Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

*TRACTATVS*

# DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS, HIERONYMO GIGANTE FOROSEMPRONIENSI AVTORE.

Adiecta eſt in calce operis Tabula quæſtionum ſecundum ordinem quo ſunt annotatæ.

*Poſt omnes qui de hac huiuſque materia tractarunt, eruditè & copioſè magis hic Iur. Vtr. Doct. ſcripſiſſe videtur.*

IN VIRTVTE ET FORTVNA

LVGDVNI,

*Apud Guilielmum Rouillium, ſub ſcuto Veneto.*

1572.

R-67910

Universidad de Deusto Biblioteca

## AD [illegible]ECTOREM.

*Edere quos potuim[illegible] fœtus, candide Lector,*
*En tibi, quo damur [illegible]ſo legas animo.*
*Occurrent forſan quæ non [illegible]danda putabi[illegible]*
*Corrige: quæ proſint ne[illegible]era[illegible] [illegible]lis.*
*Vtilitas noſtro nam ſi eſt fo[illegible] [illegible]cito*
*Parta tibi, noſtro parta lab[illegible] venit.*

## REVERENDISSIMO ET

Illuſtriſſimo Domino, Domino Benedicto Accolto Cardinali Rauennæ Domino ſuo Colendiſſimo, Hieronymus Gicas Iuris vtriuſque Doctor inoffenſam felicitatem vouet.

*NIHIL vnquam minus eſſe hominis existimaui Accolte clariſsime, quàm quum aliis prodeſſe poſsis, id vel negare vel ſaltem nimia cunctione differre. Si quidem non natura ſolum ipſa nobis inſitum eſt, vt homo homini opitulari debeat, ſed & veterum philoſophorum autoritate, atque præceptis hoc ipſum admonemur. Et diuinus ille Plato teſtatur, non ſolum nobis ipſis natos eſſe, ſed noſtri ortus partem patriæ, partem amicis nos debere. Quum igitur amicorum precibus deuictus, quorum deſideriis obſequi ſemper ſtudui: quæ iam pluribus annis, dum in eccleſiaſtico ſacróque verſarer foro de Penſionibus eccleſiaſticis ſcripſeram, ad communem omnium vtilitatem in medium af-*



R-67910

Universidad de Deusto
Biblioteca


ferre & calcographis imprimenda exhibere de-
creuiſſem, nunquàm mihi dubiũ fuit, quin ha-
ſce noſtras elucubratiunculas, ſi quando in lucem
emitterem, eas tibi præcipuè dicarem. Tu igitur
non modò princeps mihi ex omnibus occurriſti
vnus, ſed planè ſolus, cui cũ plurimis honeſtißi-
míſque de cauſis plurimũ deberẽ eas dicarẽ vel
pro tua in me ſingulari egregiáque beneuolentia,
vel officio in te meo perpetuóque nexu, quibus ti
bi obſtringor, vel quòd præcipuum mihi ſemper
fuit Quòd quum cæteris ornamentis quibus fa-
milia tua ſemper emicuit, præcipue tamen lite-
rarum ſtudiis ornatißima omni tempore extitit,
Id verò Princeps facile teſtabitur Benedictus
Accoltus auus tuus paternus, vir ſumma do-
ctrina ſummaq; integritate præditus, qui de bel
lo à Chriſtianis contra barbaros pro Chriſti ſepul
cro, & iudæa recuperandis geſto, nõ minus docte
quàm accurrate ſcripſit, & Franciſcus ille Ac-
coltus eius frater, cuius ipſe pronepos exiſtis acu-
tißimi vir ingenij. Qui iuris ſciẽtia adeò claruit,
vt ætate ſua iureconſultorum Princeps nuncu-
pari meruerit, cuius ingenij ac doctrinæ vires
quales quantǽque extiterint, tot præclara eius
in vtroque iure commentaria poſteris relicta fa-
cile oſtendunt. Horum veſtigia ſecutus Petrus
Accoltus patruus tuus, ita & ipſe iuris ſcien-
tia præcelluit, vt inter priſcos illos Scæuolas, Pa-





pinianóſue, Vlpianóſque cõnumerari iure potue-
rit: quo factum eſt vt à Iulio ſecundo Pontifice
Maximo in Cardinalium numerum aſcitus Ro-
manam tot annis ſuis virtutibus illuſtrauit ec-
cleſiam. Accedis & ipſe demum hoc tempore
cuius excellens ingenium, probatißimos mores,
fidem, religionem, pietatem innatam, egregiám-
que liberalitatem, modeſtiã, probitatem, in pro-
ſperis prudentiam, in aduerſis conſtantiam, ani-
míque fortitudinẽ, nemo eſt qui nõ modò obſer-
uet, verùm etiam admiretur, & colat. Tu igitur
maiorum tuorum hæreditario quodam iure ve-
ſtigia ſecutus, bonarum artium ſtudiis adeò ope-
ram nauaſti, vt eloquentiæ etiam partes omnes
vigiliis, laboribus, ingenij acumine, aßiduáque
exercitatione (quod ætate noſtra paucis accidit)
aſſecutus fueris: quo fit vt à nemine huius no-
ſtri ſeculi quamuis eloquentißimo ſupereris: &
cum quocũque doctißimo contendere, & de lau-
de certare poßis. Hiſce tuis ornatißimis virtuti-
bus cõmotus ſummus ille pontifex Clemens ſepti
mus te amplißima cardinalatus dignitate decora
uit, ad quã euocatus, nõmodò vt plerũque faciũt
ad ſummos dignitatũ gradus euocati, veteres de-
ſpexiſti amicos, verùm illa tua ſolita & in-
comparabili magnanimitate quoſcunque viros
literatos, quoſque virtute excellere noſtri, nõ ſo-
lum benignè ſuſcipis, ſed ad te vocas: vocatos

Universidad de Deusto Biblioteca

*non modò laude & gloria cumulas, ſed muneribus & ampliſsimis præmiis, quod tuum eſt, inuitas & decoras, quod vtique tibi immortalitatis nomen longè latéque apud poſteros comparauit. Has igitur Gigantis tui vigilias qualeſcunque ſint, pater ampliſsime, eo quo exhibentur animo ſuſcipias quæſo, méque ea qua ſoles incomparabili humanitate tua complectere, & patrocinio amplitudinis tuæ foue: quod ſi feceris, & morem inſtitutúmque tuum bene ſemper de omnibus promerendi ſeruaris, & me ad alia emittenda, quæ ſub incude ſunt, inflammaris. Bene vale, ex inclyta Ciuitate Venetiarum octauo Calendas Maij, anno à Christi ſeruatoris natiuitate.*

***M. D. XLII.***

INSIG



# INSIGNIS ET ELEGANS TRACTATVS DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS:

Non minus vtilis quàm neceſſarius, per conſummatiſſimum Vtr. Iur. Doctorem D. HIERONYMVM Gigãtem Foroſemproni enſem elucubratum.

## Quid ſit penſio, & vnde dicatur.

### QVAESTIO I.

1 *Diffinitio quid ſit.*
2 *Beneficium Eccleſiaſticum quid ſit.*
3 *Penſio regulariter aſsignatur in certa quantitate, non in quota.*
4 *Penſio per Epiſcopum ſine cauſa aſsignari non poteſt.*
*Quæ ſint cauſa ex quibus aſsignatur penſio.*
5 *Beneficium Eccleſiaſticum eſt perpetuum, penſio autem temporalis.*
6 *Bona quæ dicantur eſſe de menſa.*
7 *Bona quorum directum dominium eſt Eccleſiæ, vtile alterius non dicuntur eſſe de menſa.*
8 *Feuda & emphyteuſis quæ ad Eccleſiam reuertuntur an dicantur eſſe de menſa.*
9 *Penſio vnde dicatur.*

SCRIPTVM eſt apud Ciceronẽ in primo Officiorum, q omnis quæſtio à diffinitione † proficiſci debet, vt ſciamus quid ſit id de quo diſputatur. Eſt enim diffinitio ſecũdũ Boëtiũ, oratio cuiuſcunq; rei ſubſtantiam demonſtrans: vt refert gloſſ. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & quidditatẽ rei oſtendit: vt dixit Aret. in l. Moribus. col. ij. verſ. ij. nota argumentum. ff. de vulg. & pupil.

Universidad de De
Biblioteca



ſubſtitur.allegat text.in l.j.§.dolum.ff. de dolo. & Bald.in
proœmio Decretalium diffinitionem eſſe dixit, propoſi-
tionem ſubſtantiæ propriã qualitatem comprehendenté.
Operæ pretium igitur eſt videre in primis Quid ſit pen-
ſio, de qua in præſenti tractatu agendum eſt: & vnde dica-
tur, Vlpiani iuriſconſulti conſilium ſequendo, qui in ſi-
mili in l.j.ff.de iuſti.& iur. Inquit, iuri operã daturũ prius
noſſe oportet vnde iuris nomen deſcendat. Dicendum
eſt igitur ſecundum Laur.in Clemen.j.de ſupplen.neglig.
prælat. quòd Penſio eſt certa portio ex aliqua menſa vel
beneficio ex cauſa ad tempus nõ in perpetuum ſeparata.
Illam diffinitionem refert & ſequitur Card.in d. Clem.j.
in §.j.q.iij. Imo, tamen ibidem col.iij.in verſi.circa ſecun-
dam partem ampliat hanc diffinitionem dicens, q̀ penſio
eſt certa portio ex menſa vel beneficio ex cauſa ad tem-
pus non perpetuò ſeparata, & pendet à proprietate bene-
ficij à quo extrahitur: ſicut vſusfructus à proprietate. alle-
gat text.in c.fina.de pigno.& xvj.q.j.c. poſſeſſiones. & xij.
q.ij.cap.quicunque. Prædicta diffinitio competit penſioni
quatenus eſt cõmodum tẽporale nil ſpiritualitatis habẽs:
& de iſta ſpecie penſionis agemus in præſenti tractatu
noſtro. ſecus autem eſſet diffinienda Penſio, quando con-
ſueuiſſet pro beneficio Eccleſiaſtico clerico aſſignari: tũc
enim diffinitur ſicuti beneficiũ, vt dixit Card.in d.Clem.j.
2 † Qualiter autem diffiniatur beneficium Eccleſiaſticum,
quia non eſt præſentis ſpeculationis, non pono: ſed vide
Petr.de Anch.in c.j.de regu.iur.in vj.col.j.verſi. Venio ad
quæſtionem. Innoc.& Hoſtien.in rubr.& in c.relatum.de
præbend.Abb.in cap.de multa.eod.tit.& latè per Ioan.de
Sylua doctorem vltramontanũ. in tractatu ſuo de beneſi.
q.j.& per Felin.in ca.in noſtra. colum.v. in verſicu.reſtant
multa.de reſcript.& habetur per ſummiſtas rub.de præ-
3 bend.& digni. † Dicitur autem in dicta diffinitione, quòd
Pẽſio eſt certa portio, quia regulariter aſſignatur in cer-
ta quãtitate nõ in quota, vt videbimus infra q.viij.& q.ix.
4 † Dicitur ex cauſa, quia per Epiſcopum aſſignari non po-
teſt ſine cauſa. Oldr.conſil.ſuo CCXXVI. Incipiente qui-
dam Epiſcopus, & Petr.de Ancha.in conſi.CCLXXIIII.
incipiẽte, quæſtio proponitur. Quinimo etiã per Papam
regulariter non aſſignatur penſio ſine cauſa ſuper fructi-
bus



bus beneficij: licet id facere poſſit cum ſit Dominus bene-
ficiorum Clem.j.cum vulgaribus, vt lit.pend.de hoc tamẽ
dicetur infrà q.vj. Quæ autem ſint cauſæ ex quibus Pon-
tifex mouetur ad aſſignandum penſiones ſuper fructibus
beneficiorum, dicas plures eſſe: prima, Ratio meritorum
eius cui aſſignatur erga eccleſiam, ex qua cauſa etiã Epi-
ſcopus penſionẽ aſſignare poteſt, de quo dicam infrà q.vj.
alia cauſa eſſe poteſt vt prouideat clerico ad hoc vt ſuſten
tari valeat, vel Cardinali, ſeu alicui alteri Prælato, vt ſta-
tum ſuum decentius valeat ſuſtinere, ſiue alia ſimili de
cauſa: & iſtæ ſunt cauſæ lucratiuæ. Aliquæ ſunt cauſæ
oneroſæ propter quas Pontifex ſæpe mouetur ad obſer-
uandas penſiones: vt puta quando alter litigantium ſuper
beneficio cedit iuri, liti & cauſæ ad commodum alterius
conlitigantis: & Papa tunc cedenti penſionem reſeruat
ſuper fructibus illius beneficij vel alterius. Item quando
quis renuntiat beneficio, & Papa illi ne nimium diſpen-
dium patiatur penſionem reſeruat. aliæ poſſent aſſignari
cauſæ quibus Papa moueri poſſet, ſed eas breuiati ſtuden
do omittam. Quum & ſine cauſa Papa poſſe penſionem
aſſignare non ſit dubium, de quo dicam infrà q.vj. Adde
quòd Paulus de Roma in tract.ſuo de penſ.nuper in lu-
cem edito plures cauſas ponit in j.q. dicti ſui tractatus, ex
quibus Papa moueri poteſt ad reſeruationem penſionis
5 alicui faciendam. cum audire poteris. † Dicitur ad tempus
ad differentiam beneficij Eccleſiaſtici quod perpetuũ eſt.
Penſio autẽ extinguitur regulariter mortuo Penſionario
cui ſoluitur, ſicuti finitur vſuſfructus morte vſuſfructuarij.
§.finitur. Inſtit.de vſufruc.nec tunc impetrari poteſt tan-
quam vacãs. Beneficium autem Eccleſiaſticũ cum ſit per-
petuum, quũ vacat impetratur & alteri confertur: de quo
6 vide infrà q.xij. † Quæ autem dicantur bona eſſe de men-
ſa Abb.poſt Innoc.in c.vt ſuper.colum.iij.dicit quòd bo-
na quorũ proprietas & vtilitas ad Eccleſiam pertinet, &
quæ fuerunt longo tempore in bonis Eccleſiæ dicũtur de
menſa, quia neceſſitatibus menſæ & vtilitatibus Eccleſiæ
& aliorum indigentium deſeruiunt. ſubdẽs ibidem Abb.
quòd ad iſta extenditur iuramentum prælati de non alie-
nando bona Eccleſiæ, aſſerens idem eſſe de bonis nouiter
7 acquiſitis Eccleſiæ ex donatione vel legato. † Bona autem

Universidad de Deu[illegible] Biblioteca

quorum proprietas eſt Eccleſiæ, eorum autem alius ha-
bet vtile dominium, vt ſunt feuda & bona emphyteutica,
nõ dicuntur de menſa: vt per Doct. in d. capi. vt ſuper vbi
Innocent. Imo. Siculus & alij, & per Doct. vbi idem Sicu-
8 lus latè in Clement. j. de reſcript. † Nunquid autem feuda
& emphyteuſis quæ per generationẽ finitam vel non ſo-
lutionem cenſus ad Eccleſiam ſunt reuerſa, vt in cap. ij. de
feud. & in ca. potuit. de locat. dicantur eſſe de menſa, tra-
dunt latè Innoc. Anto. de Butri. Imol. Abb. & alij in d. c. vt
ſuper. Card. & alij in Clem. j. de exceſ. prælat. in §. præſen-
tatos. & in d. Clem. j. de reſcript. In quibus locis Doctores
examinant an talia bona ad Eccleſiam reuerſa poſſint de
nouo infeudari vel in emphyteuſim concedi per prælatũ,
ſine conſueta ſolennitate, & quantum tempus requiratur
poſt eorum reuerſionẽ ad Eccleſiam, vt dicantur de men-
ſa, eos videre poteris. Vnde autem dicatur Penſio: dicen-
dum eſt quòd dicitur à pendeo, quia pendet à beneficio
formaliter, ex quo extrahitur: ſicuti vſusfructus à proprie
tate: vt in d. ca. fin. de pigno. & d. c. poſſeſſiones. xvj. q. j. & c.
quicunque. xij. q. ij. Ita dixit Laur. quem refert & ſequitur
Card. in d. Cle. j. §. eadem. q. iiij. de ſupplen. neglig. prælat.
& Ioannes Baptiſt. Caccialupus in tract. ſuo de Penſ. q. ij.
& Firmanus in ſuo repertorio in verbo penſio. verſi. vij.

## Penſio quo iure fuerit introducta.

### QVÆSTIO II.

1 *Tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo.*
2 *Euariſtus Papa Titulos in vrbe Roma presbyteris diuiſit, & diaconos in ordinem redegit.*
3 *Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino.*

SEcundò quæritur quo iure introducta fuerit penſio.
dicendum eſt quòd iure poſitiuo: quod manifeſtè col-
ligitur ex eo quòd tituli beneficiorum ſunt de iure poſi-
tiuo, nõ diuino, vt latiſſimè examinat Ioan. de Sylua do-
ctor vltramontanus in tract. ſuo de beneficio in j. parte q.
iiij. vbi copioſè ad partes arguit. & ita concludit Abb. in
c. cõſtitutus. de relig. domi. col. antepe. dum dicit quòd de
titulis



titulis beneficiorũ Papa diſponere poteſt ad libitũ ſuum:
& idem Abb. in diſputatione incipiente, Epiſcopus. col. ij.
verſi. Sed ad propoſitum: adducens ad hoc bonũ tex. in c.
j. & ij. xxij. diſt. vbi text. dicit Papam, Patriarchas, Archi-
epiſcopos, Epiſcopos ac alios in dignitate eccleſiaſtica cõ-
ſtitutos inſtituiſſe. Ad idem facit text. in c. in illis. lxxx. diſt.
Ponit Fel. in c. cũ acceſſiſſent de conſt. & Card. in c. j. xliiij.
diſt. col. iiij. verſi. & quantum poſtea. Idem voluit Archid.
in c. omnes. xxij. diſtin. Et Præpoſitus in c. latorem. xij. col.
2 verſic. Sed poſſet. j. q. j. † Facit quod ſcribit Platina in vita
Euariſti Papæ ſeptimi eius nominis vnici: vbi dixit quòd
Euariſtus Papa titulos in vrbe Roma presbyteris diuiſit,
3 & diaconos ſeptem in ordinẽ redegit: † Verum eſt quòd
Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino: vt latè tradit Bar-
batia in ſuo eleganti tract. de præſtant. Cardin. q. j. Licet
ordinatio perſonarum quæ in Epiſcopatu præſiderent &
dioceſum limitatio fuerit & ſit de iure poſitiuo: vt tradit
idem Ioan. Sylua. in d. ſuo tract. q. iiij. col. antepen. verſic.
vnde ex prædictis. Sicuti ergo beneficia ſunt de iure poſi-
tiuo: ita pariter eſt dicendum in penſione quæ eſt certa
portio ex beneficio, ex quo extrahitur dependens, vt di-
ctum fuit ſuprà q. j. facit regula acceſſorium. de reg. iur. in
vj. Et inuenta fuit penſio à ſum. Rom. Ponti. ex rationabi-
li cauſa, à quo vero Pontifice primum introduc. fuerit, nõ
memini me legiſſe.

## Quot ſint ſpecies penſionum.

### QVÆSTIO III.

1 *Penſionum quædam dantur in titulum beneficij.*
2 *Penſio quædam datur pro ſeruitio temporali.*
3 *Penſio quæ datur, datur loco beneficij ex cauſa oneroſa.*
4 *Penſio quædam datur ex cauſa lucratiua.*
5 *Penſio quædã apponitur per patronum in fundatione beneficij.*
6 *Penſio quædam aſſignatur clerico per laicum in titulum beneficij pro recipiendis ordinibus.*

TErtiò quęritur quot ſint ſpecies Pẽſionum quæ im-
ponuntur ſuper aliqua mẽſa beneficio vel loco pio.
Lauren. in clement. j. §. eadem de ſupplend. neglig. prælat.
duas

Universidad de Deusto Biblioteca



duas Penſionum ſpecies eſſe atteſtatur: Vnã licitam, vt in
c.quicunque.xij.q.ij.& in c.poſſeſſiones.xvj.q.j.& de hac
dicetur in ſequenti.q. Altera verò eſt illicita, vt in d.clem.j.
& de iſta dicemus infrà. q. v. Iſtam diuiſionem ſequitur
Card.in d.cle.j.§.eadẽ in v.q.& ibidem Imol.col.iij.verſi.
quæro quot ſint ſpecies.& Caccialupus in d.tract.ſuo de
1 penſio.q. iij. † Licitarum autem penſionum quædam eſt
quæ datur in titulum beneficij, vt eſt quando certa portio
ex pingui beneficio extrahitur, vt deinceps ſit perpetuum
beneficium, de qua per Card.in cle.j.§.j.de ſupplen.negl.
prælat.& habetur per Doct.vbi Abb.in j.not.in c.cõque-
rente.de cler.non reſid.de qua dicam infrà q.xxviij.verſic.
2 iiij.limita.& in pluribus aliis locis huius tractatus. † Quę-
dam alia eſt quæ datur pro ſeruitio impenſo vel impen-
dendo, vt puta pro pulſando campanas, pro aperiẽdo fo-
res Eccleſiæ, pro aduocãdo & ſimilibus.de qua dicam in-
frà, q.liiij.& q.lxvij.verſi.Secunda autẽ concluſio.& in plu-
3 ribus aliis q. † Quædam datur loco beneficij de qua in c.
quamuis. de præb. in vj. & iſta aliquando datur ex cauſa
onerosã, vt puta quando reſeruatur ex cauſa ceſſionis iu-
ris, & extinctionis litis & cauſæ alteri cõlitigantium ſuper
beneficio, ſiue ex eo quòd quis beneficium reſignauit ne
ex reſignatione nimium patiatur diſpendium, de qua di-
cam in pluribus.q.huius tractatus, & præſertim in q.lxvij.
4 ſuprà alleg.verſ.tertia cõcluſio. † Aliqua aſſignatur ex cau-
ſa lucratiua, vt puta quando Papa aſſignat alicui penſio-
nem ſuper fructibus beneficij, vt commodius ſuſtentari
5 valeat, vt ſit tota die. † Item aliqua eſt Penſio quæ appo-
nitur per patronum in fundatione Eccleſiæ, de qua in ca.
6 quanto.de conſti. † Alia eſt penſio quæ aſſignatur clerico
per laicum in titulum beneficij pro recipiẽdis ordinibus,
de qua habetur per Fel.in c.poſtulaſti.col.ix.verſic.tertia
declaratio.de reſcript.Illicitæ etiam Pẽſiones plures ſunt,
de quibus dicam infrà.q.5.

## Quæ ſint penſiones licitæ.

### QVAESTIO IIII.

1 *Penſio non debet eſſe talis, quod rectori eccleſiæ non remaneat tantum vnde viuere poſſit.*

2 *Penſio*



2 *Penſio illi qui beneficium reſignauit, licite reſeruatur.*

3 *Penſio quando ſuper fructibus monaſteriorum & epiſcopatuum reſeruari poſſit.*

4 *Renuntians beneficium ſalua conſcientia obtinere poteſt penſionem ſuper illius fructibus à Papa.*

5 *Renuntiatio beneficij debet eſſe pura & libera.*

QVartò quæritur quæ ſint Penſiones licitæ. In iſta
q.dicendum eſt quòd Pẽſiones licitæ dicuntur quæ
reſeruantur ſuper fructibus beneficiorum fraude ceſſan-
te.facit tex.in c.extirpãdæ.in §.ſi vero.vbi Abb.col.ij.ver.
ex prædictis.nota de præb.ad idem tex.in c.ad audientiã.
el ij.de reſcript.& in c.quamuis.el j.de præbend. in vj. ita
concludit Abb.in d.c.ad audientiam.col.ij.vbi Felin. col.
j.verſ.ſecunda concluſio, dicentes quòd ex cauſa licita &
honeſta poteſt alicui conſtitui Penſio danda ex redditi-
bus beneficij.pro hoc etiam facit text.in c. conquerente.
1 de cler.non reſid.vbi Abb.in primo notab. † Et ad hoc vt
Penſio ſit licita, non debet eſſe adeo exceſſiua, quòd non
remaneat rectori Eccleſiæ tantum, vnde viuere poſſit cõ-
mode, vt inquit Abb.in d.c.conquerente.colum.ij.allegat
in arg.text.in c.vacante, & in c.cum cauſam. de præbend.
quem ſequitur Fel.in d.c.ad audientiam.col.j. in allegato
verſ.ſecunda concluſio, ſubdens quòd pro bono pacis li-
citè conſtituitur Penſio: ad quod eſt tex.notabilis in c.ni-
ſi eſſent.de præb.vbi alteri litigãtium fuit pro bono pacis
conſtituta annua Penſio. Ex quo colligitur quòd licita eſt
Penſio quam collitigans cedendo iuri liti & cauſæ in fa-
uorem collitigãtis, ſibi reſeruari obtinuit ſuper fructibus
beneficij, de quo lis erat, vel alterius quod collitigans ob-
tinebat, prout hodie paſſim ſit. † Item licita eſt Penſio cõ-
ſtituta alicui qui beneficium reſignauit etiam ſi aliàs
non eſſet renũtiaturus niſi Penſio aſſignaretur, vt per Fel.
in c.ex parte.el j.col.ij.ver.Abb.in c.cũm pridem.de offi.
deleg.& idem Fel.in c.nõ ſatis.de ſimon. accedant ea quæ
voluit Præpoſitus in ca.ſed adhuc.j.q.iij.col.ij.in verſic.&
prædicta.vbi dicit, quòd nõ licet Cardinali reſignare be-
neficium adhibita pactione, quòd ſibi reſeruetur annua
Penſio ſuper fructibus beneficij reſignati. hoc enim eſſet
ſimonia. allegat notata per gloſ.in cap.ex parte. de offic.
deleg.

Universidad de De
Biblioteca



deleg.ideo dicit cautelam eſſe, quòd Papa inducat Cardi-
nalem ad renunciandum, & apponat poſtea certam Pen-
ſionem ſuper fructibus beneficij reſignati ſoluendam an-
nuatim Cardinali: quia hoc tranſiret ſine vitio ſimoniæ,
argumento text. in d.c. niſi eſſent de præb. ſubdens idem
Dominus Præpoſitus, quòd pro ſalute multorũ qui ante-
quam beneficia reſignent, conueniunt ſuper Penſione ha-
benda, conſuluit quòd ante reſignationẽ liceat huiuſmo-
di tractatũ facere inter renuntiantẽ & eũ in cuius fauorẽ
intendit renuntiare, qui Penſionem ſoluere debet: ita &
taliter, quòd aliquid liberè non concludatur, ſed totum
arbitrio Papæ remittatur: & ſi pactiones inter ipſos con-
cludantur, fiat cum cõditione, ſi ſanctiſſimo Domino Pa-
pæ placuerit, & eo approbante: vt notatur in ſimili in c. j.
de rer. permut. in vj. & dicit, quòd vtilius eſſet aſſignare
Reuer. Dominis Cardinalibus tot Penſiones quàm conce-
dere eis tot Eccleſias vel monaſteria in commendam quæ
3 Eccleſiæ deſtituuntur. † Et eſt ſciendũ, quòd Penſio ſuper
fructibus monaſteriorum & epiſcopatuum aſſignari non
poteſt niſi ex cauſa reſignationis, vel ex alia cauſa quæ in
cõſiſtorio Papæ ſecreto iuſta, probabilis & honeſta habi-
ta fuerit: vt eſt ſancitum in nona ſeſſione vltimi Latera-
nenſis concilij in bulla reformationis curiæ. Si autem ha-
bens beneficium cogitet & in mente gerat illud reſigna-
re in alicuius fauorem, vt ſibi ſuper illius fructibus annua
Penſio aſſignetur, illud licet ſit ſimonia mentalis, tollitur
tamen per pœnitentiam c. fin. de ſimo. tradit Præpoſit. in
ſumma. j. q. j. quemadmodũ quando quis renũtiat bene-
ficium gerens in animo vt illud detur nepoti. nã licet pec-
cet, nõ tamen ſimoniã cõmittit, niſi ita pactus fuerit, vel
hãc ſuã intentionẽ renunciando expreſſerit. tunc enim &
peccat, & ſimoniã cõmittit. ita Præpoſit. in c. quicunque,
j. q. j. Abb. in c. cum vniuerſorum. col. j. verſ. oppono cõtra
de rer. permut. & Archid. in d. c. quicunque. hoc quod di-
citur de reſignatione locum habet quando reſignatio fit
corã ordinario. Nam ſi fiat in manibus Papæ vel eius vice
cancellarij expreſsè in fauorem certæ perſonæ non repu-
4 tatur ſimonia. † Quinimo ſalua cõſcientia poteſt quis re-
ſignare beneficium in manibus Papæ obtinendo à Papa
impoſitionẽ annuæ penſionis ſoluendæ ſibi annuatim per
ſucceſ



ſucceſſionem in dicto beneficio de fructibus illius, etiam
ſi renuncians prius cum amico tractaſſet, quòd ſi ipſum
beneficium à Papa obtineret, ſolueret ei dictã Pẽſionem
ac ipſe renuntians ſemper in animo habuerit, quòd ille
amicus ſtatim ei habeat ſuccedere in illo beneficio, alias
illud non renuntiaſſet, ſi ſecus credidiſſet. Talis enim tra-
ctatus, Simoniam etiam mentalem non inducit: vt tenuit
Fel. in d. c. ad audientiã. col. ij. verſ. tertia cõcluſio, vbi dicit
ſe ita conſuluiſſe: & hanc ſuam opinionem comprobat
5 iuribus & autoritatibus. † Dicit enim quòd licet renun-
tiatio debeat eſſe libera, pura, & ſine vlla pactione cap. ex
parte. el j. cum gloſ. in verbo omnino. de offi. deleg. tamen
impetrare à Papa reſeruationem dictæ penſionis ipſam
reſignatione non inficit, poſtquàm cum priuato nulla eſt
incerta cõuentio in renuntiatione. Ita dicunt Abb. Io. de
Ana. & Marianus Sozi. in c. non ſatis. de ſimon. vbi volunt
quòd ceſſante pactione inter priuatos, poteſt Papa cõce-
dere pẽſionem ei qui renuntiaſſet. Idem tenet Archiepiſ.
Flor. in ij. parte ſuæ ſummæ tit. iij. c. v. verſ. de renuntiatio-
ne. dicens, quòd autoritate ſuperioris, licite fieri poteſt,
quòd dimittenti beneficium, detur aliquid temporale. al-
legat ad hoc Ant. de Butr. in c. ij. de arbitr. qui hoc dicit,
per text. in d. c. niſi eſſent. hæc ſunt quæ Fel. adducit in d. c.
ad audientiam, qui illam opinionem latiſſimè compro-
bat, eum videre poteris. Hanc etiam opinionem, ſequitur
dominus Ang. de Caſtro in d. c. ad audientiam. column. j.

## Penſiones illicitæ quæ ſint.

### QVÆSTIO V.

1 *Penſio quæ ſine autoritate ſuperioris imponitur, eſt illicita.*
2 *Penſio nimis onerosa, rectori beneficij eſt illicita.*
3 *Penſio adhibita expreſſa pactione quod reſignãti reſeruetur eſt illicita.*
4 *Penſio illicita dicitur, quæ diminutis eccleſiæ redditibus, eccleſiã nimis grauat.*
5 *Penſio ex falſa cauſa aſſignata, eſt illicita.*

QVintò quæritur, quæ ſint penſiones illicitæ, & à iu-
re reprobatæ. circa hanc q. dicẽdum eſt, quòd pen-
ſiones

Universidad de Deusto Biblioteca



ſiones quæ in fraudem canonum conſtituuntur:ſunt illi-
citæ:vt puta, quando penſio conſtituitur ei, qui beneficij
capax nõ eſt,vt voluit Abbas in c.ad audientiam.el ij.col.
ij.verſi.in gl.j.de reſcrip.& latius idem Abb.in c. conque-
rente.in verſi.ſed oppono contra.de cleri.nõ reſid.vbi di-
cit,quòd tunc in fraudem cõſtitui dicitur penſio,quando
epiſcopus habens nepotem paruulum , cui non valens de
beneficio vacante prouidere,illud alteri cõtulit,reſeruata
penſione ſuper illius fructibus nepoti.eo enim caſu pẽſio
eſt illicita.allegat tex.in c.extirpandæ.in §.fi.de præbend.
Hanc concluſionem firmat Fel.in d.c.ad audiẽtiam. col.j.
in prima concluſione,dicens,quòd dicta concluſio exem-
plificari poteſt in caſu c.audiuimus.de colluſ.& quòd pro
ipſa facit text.in d.c.niſi eſſent.cum gl.in fi.de præb.Hanc
etiam concluſionem firmat Caccialupus in tracta. ſuo de
penſ.q.iiij.ſubdens,quòd poteſt etiã exemplificari in ca-
ſu.Cle.j.§.eadem.de ſupplen.negl.prælat. vbi nouæ pen-
ſiones prohibentur, & antiquarum penſionum augmen-
1 tatio.† Tu verò prædictis adde,quòd etiam illicita penſio
dicitur illa,quæ ſine autoritate ſuperioris eſſet promiſſa,
& à promittẽte ſolueretur ſuper fructibus beneficij,quia
penſio ſine ſuperioris autoritate, nudo partium cõſenſu
imponi non poteſt.text.eſt apertus in d.§.an eadem. & in
d.c.niſi eſſent. §. quia igitur.ibi non quidem ex pactione
2 partium. † Secundo dicas,quòd etiam illicita dicetur pen-
ſio, quæ adeò eſt exceſſiua , quòd Rectori beneficij eſt ita
oneroſa,quòd ex reſiduo fructuũ beneficij grauati onere
penſionis commodè ſuſtentari non poſſet:vt colligitur ex
doctrina Abb.in d.c.conquerente.col.ij.verſ.ſed oppono.
3 † Tertio dicas, quòd penſio illicita dicetur etiam quando
quis renuntiat beneficio hac pactione expreſſè adhibita:
vt ſibi reſeruetur annua penſio ſuper fructibus beneficij
renuntiati:hoc enim eſſet ſimonia. gloſ.in c. ex parte. de
offic.deleg.Ita tenuit Præpo.in c.Sed adhuc.col.ij. verſic.
& per prædicta.j. q. iij. loquens in Cardinale faciunt ea
quæ voluit Archid.in d.c.quicunque.j.q.j.vbi dixit,quòd
voluntas renũtiandi beneficium ad commodum alterius
non facit quem ſimoniacum,etiam ſi ad actum renũtian-
di progrediatur,dummodo nõ deueniatur ad actum pa-
ciſcendi.& hanc concluſionem ſequitur Felin.in d.cap.ad
aud



audientiam.col.ij.verſi. Eſt verum,quòd frater & docto.
in c.fin.de ſimon.Si autem non fuerit expreſſe pactum in-
ter partes de penſione ſoluenda , ſed bene cogitatum &
tractatum, hoc non facit, quòd penſio, quæ poſtmodum
reſeruatur ſit illicita. videmus enim quotidie in manibus
Papæ fieri reſignationes beneficiorum,cùm reſeruatione
penſionis , ipſis reſignantibus Papa ſciente , quòd ambæ
partes de hoc prius tractarunt , & tamen Romana curia
dat literas.Quinimo illis etiam expediendis,datur forma
per regulas cancellariæ, vtputa quod non valeat aſignatio
penſionis,niſi de conſenſu illius,qui beneficium poſſidet.
vnde ſi autoritas Papæ non operaretur plenam ſecurita-
tem,etiam in foro conſcientiæ,nõ toleraſſent tot Romani
Pontifices talia,neque illis formam dediſſent : vt fecerunt
Martinus quintus,Eugenius quartus,Paulus ſecundus,In-
nocentius octauus,Alexander ſextus,Iulius ſecundus,Leo
decimus,Clemẽs ſeptimus,Hadrianus ſeptimus,in eorum
conſtitutionibus,& Cancellariæ regulis : quum igitur iſte
ſtilus Curiæ cum religioſis verſetur , & aliis integerrimis
viris , quibus cum onere penſionis quotidie Papa proui-
det de beneficiis renuntiatis, dicendũ eſt eos tutos eſſe in
foro conſcientiæ:nam ſi autoritas Papæ,non redderet eos
tutos,laqueus valde vniuerſalis immineret.illa ſunt verba
4 Felin.in d.c.ad audientiam.col.iij.in princ. † Quarto illi-
cita penſio eſſe dicetur illa,quæ licet à principio licita fue
rit, poſtmodum redditibus eccleſiæ diminutis, cœpit eſſe
nimis oneroſa eccleſiæ : quo caſu reduci debet ad hone-
5 ſtam quantitatem : de quo dicemus infrà q.xxxv.† Penſio
illicita dicetur,quãdo ex falſa cauſa fuerit impoſita,vt di-
cemus infrà q.liiij. vbi dixi an quando clericus poſſidens
beneficium pacificè,patitur ſe ab alio moleſtari colluſio-
ne inter eos facta,vt poſtmodũ pro redimẽda huiuſmodi
vexatione penſio reſeruetur ipſum moleſtanti,valeat pen
ſio per colluſionem impoſita,de quo dic vt ibi dixi.

## Quis poſsit penſionem imponere.

QVÆSTIO VI.

1 *Papa eſt dominus beneficiorum.*
2 *Epiſcopus an poſsit penſionem aſſignare.*

Universidad de Deusto Biblioteca



3 *Epiſcopus an ex mero ſuo officio poſſit aſſignare penſionem.*
4 *Epiſcopus pro bono pacis ordinare poteſt, vt alteri parti aliquid detur, litiganti ſuper beneficio.*
5 *Epiſcopus non aſſignat penſionem cum poteſtate transferendi.*
6 *Papa an ſine cauſa penſionem poſſit imponere.*
7 *Papa regulariter penſiones non imponit ſine cauſa.*
8 *Conuentiones partium de penſione danda accedente autoritate Papæ ſunt licitæ.*
9 *Papa ſine cauſa diſpenſare poteſt, in his quæ ſunt de iure poſitiuo.*
10 *In beneficialibus Papæ eſt pro ratione voluntas.*
11 *In prohibitis à ſolo iure poſitiuo, ſola voluntas ſufficit in Papa.*
12 *Papa ſemper præſumitur motus iuſta cauſa.*
13 *Diſpenſatus à Papa in his quæ ſunt iuris poſitiui, ſine cauſa eſt tutus in foro conſcientiæ.*
14 *Fallit quando ius poſitiuum eſſet fundatum aliqua ratione iuris diuini.*
15 *Fallit quando ius poſitiuum eſſet fundatum ſuper bono publico.*
16 *Diſpenſatio Papæ contra ius diuinum ſine cauſa non valet.*
17 *Papa ſine cauſa imponere poteſt penſionem ſuper beneficio.*
18 *Legatus papæ an penſionem reſeruare poſſit.*
19 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficia reſeruata.*
20 *Legatus ſimplex an poſſit penſionem reſeruare.*
21 *Legatus habet maiorem prærogatiuam, quàm Epiſcopus.*
22 *Legati ſimplicis autoritas, tanquam extraordinariè reſtringi debet.*
23 *Legatus natus, non confert beneficia.*
24 *Legatus habens taxatam autoritatem in conferendo & reſeruando penſionem, an illam excedere poſſit.*
25 *Patronus an poſſit grauare penſionem eccleſiaſticam à ſe fundatam tempore fundationis.*

SEXTO quæritur quis poſſit penſionẽ imponere ſuper
1 fructibus beneficiorum. † Nec de Papa eſt ambigendum, cum ſit dominus beneficiorũ. Clemen. j. in fin. vt lit. penden. vbi eleganter inquit text. quòd ad Romanũ Pontificem eccleſiarũ, perſonatuũ, dignitatum, aliorũque beneficiorum eccleſiaſticorum, plena & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere. idem dicit tex. in c. ij. de præben. in vj. facit etiã tex. in c. propoſuit. de

com



conceſ. præben. & in c. omnes. xxij. diſtin. c. quod autem. xxiij. q. vij. c. ſi Papa de priuileg. in vj. c. cũcta per mũdum ix. q. vj. c. per principalem. ij. q. vj. & de autoritate Papæ in beneficialibus, vide late per Specu. in tit. de legat. §. nũc
2 oſtendendum. † An autem epiſcopus penſionem conſtituere poſſit alicui ſuper fructibus beneficij? dicendum videtur, quòd ex cauſa iuſta rationabili & honeſta, ac eccleſiæ vtilitatem apparẽter concernente, epiſcopus poſſit pẽſionem aſſignare ſuper fructibus benefici j. & hoc videtur poſſe decidi ex dictis per Oldradũ in cõſi. ſuo CCXXVI. incipiente: quidã epiſcopus. vbi impugnat penſionẽ conſtitutam per epiſcopũ cuidam nobili de eccleſia benemerito: & mouetur Oldradus, quia de illius meritis non conſtabat, ac etiam quia aſſignatio penſionis erat in quantitate enormi, rationibus & iuribus per eũ allegatis, quem videre poteris, ex cuius dictis clare colligitur, quòd vbi merita apparent, & penſio eſt in moderata quantitate, poteſt epiſcopus pẽſionem deputare benemerito ad eius uitam de redditibus eccleſiæ. Hanc concluſionem tenet Felin. in d. c. ad audientiã. el ij. col. j. verſ. ſecunda cõcluſio. de reſcript. vbi dicit, quòd pro ea faciunt plene notata in cap. fraternitatem. de donat. faciũt ad prædicta, quia epiſcopus in eius diœceſi, vnã eccleſiam alteri vnire poteſt, conſentiente ſuo cãp. Clement. ſi vna. de rebus eccleſ. non alien. c. præcipimus. §. ſicut duo. xvj. q. j. & per Anton. de Butr. in c. ſicut. de exceſ. prælat. & poteſt etiam epiſcopus de dictis beneficiis de menſa, & etiam Abbas, conſtituere penſionem ad tempus: non autem perpetuo. Innoc. in c. ij. de ſtatu monac. & Ioan. de Imol. in Clem. quia regulares,
3 de ſuppl. neglig. prælat. † Prædicta concluſio procedit etiã ſi epiſcopus ex mero officio ſuo, talem penſionẽ aſſignaret: quia id facere poteſt: vt habetur per Pet. de anchar. in conſil. ſuo CCLXXIX. incipiẽte, quæſtio proponitur: vbi decidit, quòd epiſcopus ex ſuo mero officio potuit ordinare, quod ſeni renuntianti beneficium, conſtituatur pẽſio ſuper fructibus beneficij renuntiati, ex qua poſſit viuere: quia ei potuiſſet dari coadiutor, & ambo de redditibus eccleſiæ viuerent. refert & ſequitur Felin. in dicto c. ad audientiam. col. j. & ſolennis doctor Decius, in conſil. ſuo CCCCXXXIX. incipiente, viſa inſtructione caſus.

Universidad de Deusto Biblioteca



colſ.ij.iij. volum. ad idem facit quod voluit Ant. de Butr.
4 in c.audiuimus.colum.iiij. de coluſ. vbi dicit,† quòd epi-
ſcopus pro bono pacis ordinare poteſt, vt alteri parti ali-
quid detur. Supra dictam concluſionem tenuit etiã Cac-
cialupus in tract.ſuo de penſ.q.v.qui breuiter ſatis loqui-
tur:circa quam eſt aduertendum , quia in illis caſibus , in
quibus epiſcopus penſionem imponere poteſt : illam non
poterit imponere niſi ad vitam eius cui aſſignatur:ita lo-
quitur Oldrad.in dicto ſuo conſilio , & Petrus de Ancha.
5 ſuprà allegar.† Nec poteſt epiſcopus penſionem etiam ex
cauſa aſſignare alicui, cum poteſtate illam in totum vel in
partem in vnam vel plures perſonas transferendi ſicuti
poteſt Papa : & dicetur infrà , item ceſſantibus cauſis iu-
ſtis & rationabilibus apparenter vtilitatem eccleſiæ con-
cernentibus,epiſcopus pẽſionem imponere nõ poteſt ſu-
per fructibus beneficiorum, etiam ex cauſa reſignationis
niſi reſignans eſſet multum ſenex,& ad curam animarum
ineptus,vt ſuprà dictum fuit : & iſto caſu conſuluit Petr.
6 de Anchar. in d. ſuo conſilio c c x x v i. †Sed quid erit in
Papa ? vtrum poterit penſionis onere grauare beneficium
ſine cauſa? iſtam q. Felin. examinat in d.c. ad audientiam.
col.j.ij.& iij.ex cuius dictis habetur , quòd Papa ex cauſa
magna & euidenti,imponere poteſt penſionem ſuper fru-
ctibus beneficiorum,quia ſi id poteſt epiſcopus,à fortiori
Papa,aut,multò magis.C.de ſacroſanc.eccle.Veruntamen
eſt quod iſta vrgens cauſa non requiritur in Papa, ſicut in
epiſcopo : quia in papa ſufficit quæcunque cauſa licita &
honeſta: vtputa ex cauſa reſignationis , ceſſionis iurium,
extinctionis litis , & ſimilibus : & regulariter Papa non
7 imponit iſtas penſiones ſine cauſa. † Dicas tamen quòd
cum Papa ſit dominus beneficiorum d.Clem.j.vt lit.pen-
dente cùm ſimilibus , indiſtinctè poteſt etiam ſine cauſa
penſionem imponere,cùm de fructibus beneficiorũ poſ-
ſit ad libitum diſponere, vt notatur per Doct. in cap.quę
in eccleſiarum.de conſtit.hanc opinionem ſequitur De-
cius,in preallegato conſilio c c c c x x x v i. col. ij. in iij.
volum.& addit rationem,quia prohibitio ſimoniæ in be-
neficialibus,eſt ex cõſtitutione eccleſiæ : & ſic de iure po-
ſitiuo,vt latè per Felin.in d.cap.ad audientiam. col.ij. iij.
8 & iiij.† Conuentiones autem partium de penſione præ-
ſtanda



ſtanda licitè redduntur, & purgatur omnis ſuſpitio ſimo-
niæ , accedente voluntate & conſenſu Papæ , per not.per
glo.in cap.cum pridem.in verbo licitè.de pact.Papa enim
cùm habeat poteſtatis plenitudinem , poteſt ſuprà ius di-
9 ſpenſare c.propoſuit.de conceſſione præbend. † Et in his
quæ ſunt iuris poſitiui prout in caſu noſtro , Papa etiam
ſine cauſa diſpenſare poteſt, vt per Innocent. in c.cùm ad
monaſteriũ.de ſtat.monac.nam tunc ſufficit ſola voluntas
pro cauſa.Spec.in tit.de legat.§.Nunc breuiter. ad fi.verſ.
xv.Abb.in c.fraternitati.col.ij.de ſchiſmati.Card. in Rep.
c.perpendimus.in viij.col.de ſenten.excommu.& Præpoſ.
in c.per venerabilem.col.j.qui filij ſint legit.in §.quod au-
10 tẽ.vbi multa notabilia ponit. † Et maximè prædicta pro-
cedunt in beneficialibus , quorum Papa habet poteſtatis
plenitudinem:& in eis,eſt illi pro ratione voluntas : vt di-
xit gloſ.in verbo ad Romanũ.in c.ſi gratioſe. de reſcript.
in vj.vbi Domini.Ideo in beneficialibus pontifici omnia
dicuntur eſſe ad nutum amouibilia, vt dixit Bald. in l.re-
ſcripta.C. de preci. Imper.offer. Et licet Abb. in c.fin.de
confirmat.vtil.vel inutil.& in c.conſtitutus de relig. domi.
tentauerit concludere quòd Papa ſine cauſa non poſſet
clericum priuare ſuo beneficio,maximè epiſcopatu. Ta-
men contrarium & rectius ſenſit Imol. & Paul. de Lia-
zar.in clemen.j.vt lit.pen.Idem tenuit ſolennis præceptor
meus D. Anton. Burgos Hiſpanus , in Rubr. de empt. &
uend.col.pen.& domi. in d.c. ſi gratioſe. & Butrius in d.
c.conſtitutus de relig.domi.Videtur tamen dicendũ quòd
Penſionis aſſignatio facta per Papam ſine cauſa , non va-
leat quia diſpenſatio quę fit per Papam ſine cauſa eſt diſ-
ſipatio ſecundum beatum Thomam in prima.ij. q.xcvij.
arti.vlt.cuius dicta tranſcribit Archi. in c. conſequens.xj.
diſtinct.& ſequitur Ioan.And.in c.de multa.col.v. de præ-
bend.Diſtingue pro reſolutione huiuſmodi contrarij ex
11 mente Feli.in d.c.ad audientiam.col.ij.verſ. Nihilominus
attende. † Quod aut Papa diſpenſat ſuper prohibitis à
ſolo iure poſitiuo,& tunc ſufficit ſola volunt[a]s pro cau-
ſa,vt decidit Innoc.in ſuprà allegato c. cum ad monaſte-
rium,quaſi in medio.Ibi,non tamen eſt hoc verum:& di-
ctum fuit ſuprà.quibus adde , quod idem voluit Ioan. de
ana.in d.c.fraternitati.in ij.col. de ſchiſma. & Domini. in

Universidad de Deusto Biblioteca



c.conſequens xj.diſtin gloſ. & communiter doct. in cle-
men.vnica de conſang. & affini. & in c.de illa. vbi Archi.
& Gemi.xxxij.diſtinct. legitȩ communiter in l. quidam
conſulebant.ff.de re iudic.Abb.poſt alios in d.c.per vene-
rabilem,qui fil.ſint legit.& ibidem ſolennis doctor Iaco-
bus de Zochis Ferrarienſis,qui in iiij. libro Decretalium,
copioſè & optimè ſcripſit.But.in d.c.de multa, poſt.Ioan.
And.Panor.in d.c.conſtitutus de relig.domi. Card.in cle-
men.ad hæc.in vj.col.de pœnit. & remiſ. & latiſſimè Ale-
xand.in d.c.conſequens.col.ij. circa finem. diſtinct. xj. &
Felin.in c.j.in iij.fallentia de conſtit. vbi Butrius col. vlti.
dicens quòd ipſa liberalitas Papæ eſt pro cauſa quando
diſpenſat contra ius poſitiuum.†Dicas tamen,quòd ſem-
per præſumitur quòd papa ſit motus ex cauſa rationabi-
li,etiò quòd illa non appareat,ſecundum Cyn. in l.fin. C.
ſi contr.ius vel vtil.publ.& in l.reſcripta. C. de preci. Im-
per.offer.Abb.in c.quanto.col. v.verſ. ſi tamen Papa. de
iureiuran.& in c.in cauſis.in ij. notabili.de re iud. & la-
tiſſimè per Felin.copioſum commentatorē, in d.c.quæ in
eccleſiarum.col.xx. in verſ. Quinta concluſio. de conſtit.
Hoc tamen ſanè procedit,quādo Princeps motu proprio
diſponit,ſecus quando ad inſtantiam partis : quia tunc ſi
non appareat cauſa,præſumitur potius ad importunita-
tem petētis,quàm ex iuſta cauſa reſcribere.Rom.In conſ.
CCCCXXXVII.incipiente,quod indultum Petri. col.vj.
Idem Romanus in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol. matr. & Felin.
in d.c. quæ in eccleſiarum.col. xxij.verſic. Limita quinto.
†Hanc concluſionem amplia procedere,etiam quo ad fo-
rum poli:quia diſpēſatus à Papa,in his quæ ſunt de iure
poſitiuo ſine cauſa,eſt tutus non ſolum in foro fori , ſed
etiam quo ad Deum.Ita ampliat Felin.in d. c.ad audien-
tiā,col.iij. verſ.& puto hoc procedere. de reſcrip. & ad-
ducit rationem Innoc.in d.c.cùm ad monaſterium,dicē-
tis,quòd ſicut ex ſola voluntate poteſt per Papā lex crea-
ri,ita per ſolam voluntatem , poteſt cum ea diſpenſare.
14 †Reſtringe tamen dictam concluſionem non procedere,
quādo lex poſitiua eſſet fundata aliqua ratione à iure di-
uino,vel ex mero iure naturali deſcendente:quia tūc di-
ſpenſatio Papæ,deberet eſſe cum cauſa contra talem le-
gem:& ſi fieret ſine cauſa,etiam in foro fori, non valeret:
ita



ita ſenſit Felin.in loco præallegato.allegat doctrinā Abb.
in c.per tuas.col.xj.in verſ.Nec obſtat ſi dicatur quòd lex
ciuilis de arbitr. exemplificat , quando diſpenſatio Papæ
tolleret actionem : quia licet illa ſit de iure poſitiuo , ta-
men à ratione naturali deſcendit:iſta tamen reſtrictio,lo-
cum non habet in materia penſionis: quia iura prohiben
tia eccleſiis penſiones imponi,non fundantur aliquo iure
diuino vel naturali. ita Felin. in d.c.ad audientiā. col . ij.
ſubdens,quòd ſi Papa diſponit de redditibus alicuius ec-
cleſiæ in cōmodū alterius perſonæ eccleſiaſticæ,talis vide-
tur tutus autoritate illius,qui in beneficialibus liberā ha-
bet poteſtatē c.ij.de præben.in vj.& d.cle.j.in ſi.vt lit. pen.
15 †Secūdo reſtringe prædictā concluſionē non procedere,
quādo ius poſitiuū eſſet principaliter fundatū ſuper bo-
no publico,& diſpēſatio Papæ illi bono publico præiudi-
caret.nā tunc diſpēſatus à Papa in foro conſcientiæ , ſine
cauſa non eſſet tutus. ita eſt de mente Felin.in præallega-
to c.ad audientiam.col.iij.in fin.dicentis idem eſſe quan-
do Papa diſpenſat ex affectione carnali : & ita dicit in-
telligendas eſſe rationes Abb.in ca.de multa.col.iiij.verſi.
prædictis infero.de præbend.& in d.c.per venerabilem in
princ.poſt Innocen.& alios ibi,& in ca.extirpandæ.§.quia
verò.col.xxvij.in verſi.ſexto examinandum.de præbend.
& in c.conſtitutus.in iij.colum.verſi.aut quæritur de aliis.
de reli.domi.in quibus locis dixit , quòd diſpenſatio ſine
cauſa contra ius poſitiuum,non facit aliquem tutum,ha-
bens reſpectū ad bonū publicum.& licet dici poſſit,quod
largo modo omnis lex facta fuerit ad bonū publicū, non
priuatum commodū:vt in c.erit autē.iiij.diſt.tamē omnis
lex non dicitur eſſe principaliter ad publicā vtilitatē,cùm
ſæpiſſimè ſit ad priuatā.multis enim legibus partes renū-
tiare poſſunt.vt tradunt doct.in l.ſi quis in conſcribendo.
C.de pact.& late habetur in c.ſi diligēti per doct.de for.
cōpet.vnde dicebat Felin.loco ſupra allegato,quòd poſſi-
bile eſt quòd Papa rectori alicuius eccleſiæ onus penſio-
nis imponat ſine aliqua cauſa, & tamen illud præiudiciū
bonū publicū nō cōcernat, tū quia acceſſit conſenſus ex-
preſſus onerati ad ſolutionē pēſionis, tū quia propterea
eccleſiæ non præiudicatur in proprietate ſuorū bonorū,
ſed ſolùm cōmoditati ipſius prelati,cui etiam nolēti, Pa-

Universidad de Deusto Biblioteca



pa etiam ſine cauſa præiudicare poteſt:vt latè deducit idē
Felin.in c.quæ in eccleſiarū.xxvj.col. de conſtit.& ibi per
omnes doct.multo magis ei volenti, præſertim cum onus
16 penſionis finiatur morte penſionarij.† Aut Papa vult di-
ſpenſare contra ius diuinū,& cōcluſio eſt,quòd diſpenſa-
tio non valeat ſine cauſa in foro conſcientiæ.glo.eſt ordi-
naria in ca.non eſt de voto.& habetur per Innoc.in c.j. de
renun.Imol.in c.cū olim.in ij.col.de cler.cōiug.Circa hāc
concluſionē videnda ſunt ea quæ vltrà alios latiſſimè ſcri
bit Felin.in d.c. quæ in eccleſiarum.col.viij.in verſic. De-
mùm in hac cōcluſione.de conſtit.cuius dicta tranſcribe-
re non intēdo.tum quia non ſumus in prohibitis de iure
diuino , vt dixi ſupra q.ij.vbi concluſi penſionem eſſe de
iure poſitiuo : tum quia id eſſet magis laborioſum, quàm
ſubtile,vt dixit gloſ.in ſimili in l.j. in verbo ſemper. in ſi.
17 ff.ſolut.matrim.† Remanet igitur ex prædictis firma con
cluſio quòd Papa etiam ſine cauſa imponere poteſt pen-
ſionem ſuper fructibus beneficiorum, & hanc concluſio-
nem ſequitur & tenet etiam Decius in conſi.ſuo c c c c-
xxxvi.in iij.volu.col.ij.Illam tamen concluſionem intelli-
git procedere,non de ordinaria poteſtate,ſed de poteſta-
tis plenitudine,& ſic de potentia abſoluta : Quia de po-
tentia ordinata, Papa ſine cauſa penſionē imponere non
poſſet. Ita concludit Romanus in conſi.c c c l x i x.Inci-
piente circa primum propoſitæ conſultationis.col. ij. in
princ.quem ſequitur Felin.in d.c.ad audientiā.col. iiij.de
18 reſcript.Et Caccialupus. in tract.ſuo de penſ.q.v. † Quid
autem ſit in legato Papæ, an penſionem reſeruare poſſit?
circa hanc.q.puto diſtinguēdum eſſe,quòd aut loquimur
de legato à latere,qui,non eſt dubiū,quòd beneficia con
ferre poteſt in prouincia ſuæ legationi cōmiſſa,text.eſt in
c.j.in ſi.de offi.leg.in vj.& in c.dilectus.de offi.leg.Spec.in
tit.de lega.§.nunc tractemus.Marti.Laudē.in tract.ſuo,de
lega.l.ap.allegat.x c v i. Condiſal.villa diego. in tract.de
lega.in ix.q.& dicit Abb.in c.ſicut vnire. de exceſ. prelat.
quod ea,quæ poteſt epiſcopus in ſua diœceſi,poteſt lega-
tus in ſua legatione.Cùm igitur legatus de latere,in cōfe
rendo ordinariā habeat iuriſdictionē:puto dicēdū,quòd
eandem autoritatē habeat circa reſeruationem pēſionis,
19 quā habet epiſcopus per ſupradicta.† Sciendū eſt tamen
quod



quòd ſicuti legatus de latere non poteſt cōferre beneficiā
ſedi apoſtolicæ reſeruata c. deliberatione. de offic.leg.in
vj.c.ij.de præb.eo.lib.& latè per Condiſaluum in d. tract.
ſuo,de leg.q.ix.Ita arbitror dici poſſe quòd eo caſu quo
poteſt penſionē reſeruare,nō tamē poterit pēſionis onere
grauare huiuſmodi beneficia reſeruata: quia ſtante dicta
reſeruatione de talibus beneficiis inferioribus, à Papa eſt
penitus interdicta facultas ſe intromittēdi:imo quicquid
circa ea attentatur per aliū quàm Romanū Pontificē , eſt
ipſo iure nullum.c.ij.de præbend.in vj. ſuprà allegato. &
ibidē per doct.nec obſtat ſi dicatur,quòd reſeruatio pro-
hibet tantū illorum collationē fieri ab alio,quàm à Papa:
ſed penſio eſt certa portio fructuū,quæ à beneficio ſepa-
ratur : vt vidimus ſuprà q.j.ergo ſecus dicendum in pen-
ſionis aſſignatione,cùm ex diuerſis non inferatur l. Papi-
nianus exuli.de minoribus.quia reſpōdetur,quòd idē iu-
ris eſt de toto quo ad totū , quòd de parte quo ad partē.
l.quæ de tota.ff.de rei vend. cùm vulgaribus. ſi enim talis
legatus nō poteſt diſponere de toto beneficio,ita de illius
parte, & ſic de penſione:reſeruando illam ſuper fructibus
talium beneficiorū reſeruatorū,quorū colla.ei eſt inter-
dicta.Quæ autē ſit iuriſdictio legati Cardinalis de latere
circa beneficiorū collationem, vide latiſſimè per Spec.in
titu.de leg.loco ſuprà allegato:& per Condiſaluum in d.
tract.ſuo,de legat.q.ix.quorū dicta tranſcribere nō inten
do, & prædicta procedunt in legato de latere quātum ad
ordinariā iuriſdictionē ſibi à iure conceſſam: ſecus ſi ha-
beret ſpecialem facultatē reſeruādi penſiones, ſibi à ſede
apoſtolica conceſſam. Nam tunc attendenda eſſet forma
ſuæ cōmiſſionis: & id quod dixi de legato de latere circa
ordinariā facultatem reſeruādi penſiones,forte dici poſ-
ſet etiam de legato inferiore miſſo à Papa cū autoritate
legati de latere,prout ſunt nūtij ſuę ſedis,qui pro tēpore
reſident apud hunc illuſtriſſimū & ſereniſſimū dominiū
Venetorū:nam tales etiam ſine ſpeciali facultate,poſſunt
beneficia cōferre,cū ſint ad inſtar legatorum de latere,vt
concludit Dec.conſi.cc xxviii. incip.in caſu propoſito. in
j.vol.& idem in cōſi.c c x l i x.incip.in cauſa iuriſpatrona-
tus.col.vii.& per Condiſaluū in d.tract.ſuo.de lega.q. ix.
vbi dixit,quòd illam partē in practica ſequuntur domini

Universidad de Deusto Biblioteca



de Rota. & ita vidi iudicari. circa hoc tamen cogita.
20 †Quid autem dicendum ſit in ſimplici legato à Papa miſ-
ſo, vt ſunt nuncij quos eius ſanctitas quotidie ad princi-
pes chriſtianos mittit, ſiue ad gubernandũ aliquam pro-
uinciam, qui gubernatores appellantur? & dicendum eſt,
quòd cum iſti non poſſint ex vi eorum legationis benefi-
cia conferre c.j. de offic. lega. in vj. pariter penſionem aſſi-
gnare non poterũt ſuper fructibus beneficiorũ. Sed quid,
ſi tali legato Papa concedat autoritatem cõferendi bene-
ficia vacantia in prouincia ei commiſſa, iuxta tex. in d. c. j.
de offi. leg. in vj. & nil dixerit de facultate reſeruandi pen-
ſiones? videtur dicendum, quòd talis legatus circa reſer-
uationem penſionis eandem habeat autoritatem, quàm
habet Epiſcopus in eius diœceſi, cũ concurrat cũ Epiſco-
po in collatione beneficiorum c. ſi à ſede de præben. in vj.
21 †Quinimo talis legatus, dignoſcitur habere maiorẽ præ-
rogatiuam quàm Epiſcopus. patet, quia in paritate datæ
habens collationem à legato, præfertur habenti collatio-
nem ab Epiſcopo, de quo eſt tex. ad literã in d. c. ſi à ſede.
proximè allegato. Reſpõde quòd talis legatus, quãdo be-
neficium confert ex facultate ſibi attributa, confert auto-
ritate ſedis apoſtolicæ, hinc eſt quòd eius collatio habet
maiorem prærogatiuam: vt in d. tex. & habetur per Con-
diſaluum in d. ſuo tract. q. ix. Sed aduertendum eſt, quòd
epiſcopus in conferendo habet ordinariã iuriſdictionẽ,
vt patet in toto tit. de offic. ordi. in vj. in tit. de præbend. &
dignit. & toto tit. de offic. ord. tales verò legati, licet ordi-
nariam habeant iuriſdictionẽ, in conferendis tamẽ bene-
ficiis, dicuntur extraordinariã iuriſdictionem habere, vt
colligitur ex tex. in d. c. j. de offic. leg. in vj. & notatur in c.
ij. eod. tit. ſecus eſt in legato de latere, qui etiã in cõferẽdo
beneficia ordinariam iuriſdictionem habere dicitur. ideo
quando cõfert, dicere debet: autoritate legationis noſtræ.
Legatus verò inferior, qui non vi legationis, ſed ex facul-
tate ſibi attributa beneficia cõfert, dicere debet autorita-
te apoſtolica nobis attributa, vt latè tradit Cõdiſaluus in
d. ſuo tract. prædicta. q. ix. & ideo dicendum eſſet, quòd
tales legati nullo pacto penſiones ſuper fructibus benefi-
22 ciorum aſſignare poſſunt: † quia eorũ poteſtas tanquam
extraordinaria reſtringi debet, vt voluit gl. in Cle. j. de off.
ordi.



ordi. maximè quia penſio eſt onus & quædã ſeruitus ec-
cleſiæ cui imponitur: eccleſiaſtica enim beneficia ſine di-
minutione cõferri debẽt c. j. vt eccleſi. benefi. ſine dimi.
cõfer. c. maioribus. de præbẽ. c. vacante. & c. cum cauſam.
eo. tit. Verũtamẽ quoties Papa mittit iſtos inferiores le-
gatos ad gubernãdũ aliquã prouinciã, ſiue nũcios mit-
tit ad principes chriſtianos, cõſueuit illis authoritatẽ cõ-
cedere, cõferẽdi beneficia, & ex cauſa reſignationis reſer-
uãdi penſiones, vſq; ad tertiã partẽ fructuũ, vt ſæpiſſime
vidi in facultatibus conceſſis Ampliſſimo patri Domino
Thomæ Cãpegio, Epiſcopo Feltrẽſi, viro ſummæ integri-
tatis & iuſtitiæ. Necnõ Reuerẽdiſſimo domino Hierony-
mo Meãdro, Epiſcopo Brũduſino, quorũ vterq; legatio-
nis munere functi ſunt pluribus annis pro ſancta apoſto-
lica ſede, apud Illuſtriſſimũ hoc Dominiũ Venetorũ. Et
nuper Aleãder ipſe, propter eius eminentẽ doctrinã, ad
Cardinalatus honorẽ aſſumptus, Romanã virtutibus ſuis
23 illuſtrat curiam. †Reſtat videre, quid ſit in legato nato: &
breuiter dicendũ eſt, quòd ex quo legatus natus virtute
ſuæ legationis beneficia cõferre nõ poteſt. d. c. j. de offic.
leg. in vj. & habetur per Nerutiũ in c. j. col. j. verſ. ij. ibi le-
gatus. de app. nõ eſt ambigendũ, quòd pẽſiones reſeruare
nõ poterit. Legati autẽ nati, ſunt qui naſcuntur cũ priui-
legio legationis per adeptionẽ dignitatis Archiepiſcopa-
lis, vt ſunt Archiepiſcopus Cãtuarieñſis, Eboracẽſis, & Re-
menſis. in Italia verò eſt ſolùm Archiepiſcopus Piſanus,
vt dicit Franc. in c. j. col. j. de offi. leg. ſuprà allegato: & no-
24 tat in c. j. de appel. †Aduertendũ tamen, quod quãdoque
legatus, qui habet taxatã facultatẽ ſuper collatione be-
neficiorũ vtputã quòd poſſit cõferre beneficia annui va-
loris ducatorũ centũ, & ab inde infra: necnon ex cauſa re-
ſignationis reſeruare reſignanti penſionẽ vſque ad tertiã
partem, recipit reſignationem beneficij annui valoris du-
catorum puta. xxx. & cum ſuper beneficio reſignato, nõ
niſi penſionem annuam ducatorũ. x. reſeruare poſſit, re-
ſeruat tamen pẽſionem ducatorum viginti, decem vide-
licet ſuper fructibus beneficij reſignati, & aliorũ decem
ſuper fructibus alterius beneficij, quod is obtinet, cui de
beneficio reſignato prouidetur, quod ei facere nõ licere
arbitror: egreditur enim terminos ſuæ facultatis contra
text.

Universidad de Deusto Biblioteca

tex.in c.cum dilecta.cum ſimi.de reſcrip. Itē quandoque
etiā vidi quòd recepta reſignatione beneficij valoris cō-
prehenſi in facultatibus ſibi cōceſſis,Legatus penſionem
imponit ſuper fructibus alterius beneficij,quod obtinet
ille,cui ſimiliter de beneficio reſignato prouidetur,quā-
uis beneficium grauatū onere penſionis ſit longè maio-
ris ſummæ,quàm ſit expreſſum in facultatibus legato cō-
ceſſis:quod ſimiliter puto ei non licere,cùm non valeret
collatio facta per ipſum de tali beneficio grauato, vt per
dominos de Rota,deciſ.ix.de præben.in nouis.Feli. in c.
ad aures.col.iij.de reſcr. facit tex.in c. cui de non ſacer-
25 dotali.de prębēd.in vj.†Prædictis adde,quòd etiā patro-
nus in fundatione eccleſiæ, licitè apponere poteſt pēſio-
nem ſoluenda per eccleſiā fundatā alteri eccleſiæ.tex. eſt
in c.quanto.de cenſ.& etiam apponere poteſt penſionem
annuatim ſibi patrono ſoluendā,accedente cōſenſu Epi-
ſcopi:vt eſt tex.& ibi no.Abb.in c.pręterea.col.ij.de iure
patron.imo poteſt patronus tempore fundationis,cōdi-
tionem apponere,quod fructus eccleſiæ,quando illā va-
care cōtigerit,ſpectent ſibi.gloſ.eſt in c. generali.in ver-
bo fundatione de elec. in vj. quomodo autem limitetur
illud,quod de patrono diximus, vide Roc. de Curte , in
ſuo tract.de iure patron.in verſ.& vtile.in ij.col.

## Super quibus bonis reſeruetur annua penſio.

### QVAESTIO VII.

1 *Penſio reſeruatur ſuper bonis & iure temporali eccleſiæ.*
2 *Penſio eſt quid mere temporale.*
3 *Penſio & cenſus ſunt diuerſa.*
4 *Penſio,ſi aſsignaretur pro iure ſpirituali,eſſet ſimonia.*

SEPTIMO quæritur, ſuper quibus bonis reſeruetur
1 annua penſio. † Dicas quòd ſuper bonis iure tempo-
rali,ac fructibus, redditibus,& prouentibus alicuius mē-
ſæ,Monaſterij,Epiſcopatus,vel beneficij, in quibus onus
penſionis veluti quædam ſeruitus ad ſimilitudinem vſu-
fructus, à ſua proprietate ſeparati , non autem pro iure
ſpirituali eccleſiæ grauatæ imponitur,vt in c. cōſtitutus.
de relig.domi.ita illum text.declarant ibidem Anton.de





Butr.& Cardin.& quamuis in illo text.dicatur , quòd ille
epiſcopus Albanen. conceſſit illi Abbati omne ius quod
habebat,tam in eius monaſterio, quàm in cæteris eccle-
ſiis ad ipſum pertinentibus,& ſituatis in eius diœceſi , &
quamuis ibi eſſet connexitas ſpiritualitatis & temporali-
tat is:contractus tamen tenet , nec ſimoniacus cenſetur,
quia pecunia pro temporalitate datur,non pro ſpiritua-
litate:quod etiam voluit Ioan.de Anan. in c. j. de ſimon.
col.vij.& Fel.in d.c.ad audientiā.col. ij.de reſcript.quem
etiam ſequitur Caccialupus eius contēporaneus,in tract.
ſuo,de præben.q.x.vocans Feli. diligentiſſimum cōmen-
tatorem,clarum,diſtinctum & copioſum. faciunt ad hāc
q.ea quæ dixi ſuprà q.j.& quæ voluit Bald. in d.c. ad au-
2 dientiam.†Et ibidem Fel.vbi dixit,quòd ex quo pēſio eſt
quid mere temporale,cadere poteſt etiam in laicum, de
quo latè dicā infrà q.xxj.iſta cōcluſio quamuis in ſe vera
ſit,non tamen videtur probari per text.in d.c.conſtitutus
concludenter:nam licet ibi text.vtatur iſto verbo penſio-
nis:tamen ibi penſio pro cenſu accipitur , vt ibidem ex-
ponunt duæ gloſellæ in verbo penſionis:& eſt etiam ibi-
dem gloſ.in verbo iuxta ratam.in fi.quæ dicit,vbicunque
inuenies in iſta decretali penſionem , expone cenſum. &
hoc tenet ibidem Cardin. col.iiij.ver.xij.oppono. & col.
3 v. in verſic. xv. oppono.& col.v.ver.xviij. oppono. † De
cenſu autem ad penſionem non bene infertur , cum ſint
ſeparata,vt inquit Cardin.ibidem col.iiij.in verſi. xj.op-
pono.eſt tamen in ſe vera prædicta concluſio,vt ſupra di-
4 xi,†quia ſi penſio aſſignaretur pro iure ſpirituali,eſſet ſi-
monia.c.cum pridem.de pact.c.ſtatuimus.de tranſact. &
c.de cætero.eo.tit.& latè per Doct.in d.c.cōſtitutus.Præ-
miſſam etiam concluſionem ſenſit etiam Fel. in c.j.de ſi-
mon.vbi dixit quòd in d.c.conſtitutus,de reli.domi.ideo
penſio tenuit,nec cenſetur data pro iure ſpirituali , quia
non fuit data ſeu impoſita ex pacto, ſed mera liberalita-
te:quod etiam ſentiunt Doct.in d.c. conſtitutus. & quia
in principio huius quæſtionis dixi quòd penſio aſsigna-
tur ſuper bonis alicuius menſæ:quæ ſint bona menſæ,vi-
de ſupra q.j.

Universidad de Deusto Biblioteca



## An penſio conſtitui poſsit in quota fructuum, vel in quantitate.

QVÆSTIO VIII.

1 *Papa penſionem etiam in quota fructuum aſſignare poteſt.*
2 *Papa ſolus beneficia confert ad tempus.*
3 *Papa ſolo verbo poteſt aliquem pronunciare ſacerdotem.*
4 *Papa non ſubiicitur canonibus.*
5 *Papa tollere poteſt conſtitutiones concilij.*
6 *Papa eſt ſupra concilium.*
7 *Papa in quota, & in quantitate poteſt penſionem aſſignare.*

OCTAVO quæritur an penſio cõſtitui poſſit in quo-
ta fructuum, redditũ, & prouentuum beneficij, vel
in quãtitate. Circa quod dicendũ eſt, quòd pẽſio in quo-
ta conſtitui non debet, vt in dimidia, vel tertia parte fru-
ctuum ſine aliqua taxatione. Nã tũc eſſet beneficiũ ſcin-
dere, quod vtique non licet c. maioribus. de præb. c. ſi de
cætero. de trãſac. & ita cõcludit Ioan. de Anan. in c. audi-
uimus. col. iiij. de collu. vbi dixit, quòd epiſcopus pro bo-
no pacis ordinare poteſt vt alteri parti aliquid detur: id
tamẽ ordinare debet per viã quãtitatis pecuniæ vel bla-
di, nõ autẽ per modũ quotæ: vt puta dicẽdo des ſibi ter-
tiã vel quartã partẽ. Ananias refert, & ſequitur Fel. in d.
c. ad audiẽtia. el ij. col. ij. in prin. verſi. & ex deductis, de
reſcript. & Caccialupus, in tract. ſuo, de penſ. q. vj. qui etiã
ad corroborationẽ præmiſſæ cõcluſionis adducit not. per
Bart. in l. ſi merces. §. ius maior. ff. locati. & in l. ſi apes. ff.
de furt. Tu verò dicas cõcluſionem prędictã procedere in
epiſcopo vel legato reſeruãte penſionẽ in caſibus, in qui-
bus illam aſſignare poteſt, de quo dictum fuit ſuprà q. vj.
ſecus in Papa: quia licet regulariter Papa obſeruet quòd
ſupra concluſum fuit: † tamen poteſt etiam in quota, vt
1 ſibi magis placet penſionẽ aſſignare, & ideo videmus ſæ-
piſſimẽ, quod Papa reſeruat alicui dimidiã partem fru-
ctuũ, loco annuæ pẽſionis, eſt enim dominus abſolutus in
beneficialibus, Clemẽt. j. vt lit. pẽden. cum ſimilibus. † So-
2 lus enim Papa beneficia ad tẽpus cõfert c. ſi gratioſè. cum
gloſ. iij. de reſcr. in vj. nec inferior id facere poteſt. Card.
conſilio LVIII. incip. propoſita quæſtio. Feli. in c. in no-
ſtra.



ſtra. verſi. reſtant multa, de reſcript. & ſolo verbo poteſt
3 epiſcopum facere. Ang. in l. j. C. de ſent. paſ. † & ſolo ver-
bo poteſt Papa aliquem pronunciare ſacerdotem. Ang. in
l. ij. C. de crimi. ſacrileg. & faciunt quæ not. Innoc. in c. j.
4 de ſacr. vnct. † Nec Papa ſubiicitur canonibus. gloſ. in c. j.
de cõſtit. in verbo ab omnibus. pro qua facit text. in cap.
non dubium. de ſenten. excom. & in c. propoſuit. de con-
ceſ. præbend. ad idem eſt gloſ. in c. nulli. de ſent. excom.
gloſ. in c. ſtatuimus. de ſent. excom. in vj. & in c. ſi inimi-
5 cus. xciij. diſt. & late per Doct. in d. c. j. de conſtit. † & ſolus
Papa tollere poteſt conſtitutiones concilij, etiam ſine
concilio. gloſ. in c. vbi periculum. in verbo concilium. de
elect. in vj. quem ibi Dominus ſingularẽ dicit. col. iiij.
6 facit tex. in c. cũcta. in verſi. ſine vlla ſinodo. ix. q. iij. † Pa-
pa enim eſt ſupra concilium, vt per Beatum Thomã ij. ij.
q. c. v. art. j. Hinc eſt quod legibus & ſtatutis vniuerſalium
conciliorum non ligatur, neceſſario ſubiicitur: vt late tra-
dit Turre cremata, in tractatu ſuo, de poteſta. Papæ, libr.
iij. c. ij. multa poſſent dici circa Papæ poteſtatem, quæ ad-
ducere hic impertinẽs eſſet: ideo vide lat iſſimẽ in d. tract.
per Turre crematam: & quæ ponunt latè Doct. in d. c. j.
7 de conſtit. & in pluribus aliis locis. † Erit ergo concluſio,
quòd Papa, & in quantitate & in quota, prout ſibi magis
placet, poteſt penſionem aſſignare. Melius tamen facit
aſſignando illam per viam quãtitatis pecuniæ, quàm per
viam quotæ: quia per viam quantitatis, facilius exigitur
à ſoluente, quando certa & determinata eſt illius quanti-
tas, alias inter ſoluentem & recipientem oriuntur quoti-
die infinita litigia, vt nos docet experientia, rerum magi-
ſtra. c. quam ſit. de elect. in vj. & tali caſu, potius paſſionis,
quam penſionis nomen meretur.

## Penſio in quanta quantitate conſtitui poſsit & debeat.

QVÆSTIO IX.

1 *Penſio in quanta quantitate conſtitui poſſit & debeat.*
2 *Quæ ſint exprimenda in literis gratioſis.*
3 *Penſio aſſignata motu proprio, an valeat.*
4 *Penſio ſi extendit ad maiorem fructuum partem, quàm in lite-*
*ris*

Universidad de Deusto Biblioteca



*ris ſit expreſſum, non valet.*
5 *Motus proprius non operatur in preiudicium tertij.*
6 *Motus proprius non operatur contra præſumptam voluntatem Papæ.*
7 *Penſio aſſignata Cardinali non facta mentione quod excedat tertiam partem, an valeat.*
8 *Cardinalis non tenetur contribuere charitatiuũ ſubſidiu.*
9 *Exceſſum allegans contra poſſeſſorem illum probare habet.*
10 *Beneficij redditus præſumuntur ſuffi. pro vita duorum.*
11 *Probandi onus an agenti vel excipienti incumbat.*
12 *In quibus caſibus pro aliquo præſumatur.*

NONO quæro, vidimus in proxima præcedenti q. an
1 penſio in quota, †vel in quãtitate reſeruari debeat.
Nunc videndum erit in quanta quãtitate cõſtitui debeat
& poſſit penſio: iſtam quæſtionem examinat Caccialu-
pus, in d. tract. ſuo, de penſ. q. vij. dicẽs, quod ad hoc vt pẽ-
ſio ſit tolerabilis & honeſta, tãtũ remanere debet eccle-
ſiæ: vnde prælatus ſeu rector illius, cõmode valeat ſuſtẽ-
tari: aliàs ſecus. alleg. ad hoc Abbatem in c. conquerente.
de cler. non reſiden. vbi Abb. allegat in arg. text. in cap. va-
cante. & in c. cum cauſa, de præbend. ſubdens Caccialu-
2 pus, †quod hinc putat inoleuiſſe practicam, quod vt plu
rimum ſtatuitur penſio vſque ad tertiam partem reddi-
tuum quantitatiue tamen, non per viam quotæ. Et hinc
eſt quod regulariter legatis apoſtolici,, datur facultas re-
ſeruandi annuas penſiones ſuper fructibus beneficiorum
ex cauſa reſignationis, vſque ad tertiam partem fructuũ,
vt etiam dixi ſuprà q. vj. Quinimo in reſeruatione pẽſio-
nis eſt ſpecifice facienda mentio, quod pẽſio tertiam par-
tem fructuum non excedit: & ita ſeruat ſtilus curiæ, licet
& in maiori quãtitate Papa poſſet pẽſionẽ reſeruare, per
ea quæ dicta ſunt ſupra in d. q. vj. & q. viij. & multoties
Papa reſeruat penſionẽ vſque ad medietatẽ fructuũ quã-
titatiue: & tũc ſimiliter in literis faciẽda eſt mentio, quòd
pẽſio ipſa, dimidiã partem fructuum beneficij, ſuper quo
imponitur, excedit, ad hoc vt Papa ſciat ſpecifice onus:
nam quanto maior eſt onus: tanto difficilior eſt Pontifex
ad illud concedendum, † & in literis gratioſis ea expri-
3 menda ſunt, quæ retardare habẽt, vel difficiliorẽ redde-
re



re Papam ad cõcedendum gratiã c. poſtulaſti. de reſcript.
& ibi Doct. maximè Felin. & idem in c. in noſtra. col. vj.
3 verſi. Theorica. eo. tit. † Quinimò ſi penſio aſcenderet ad
maiorem partem fructuũ, quàm in literis eſſet expreſſum,
non valeret reſeruatio penſionis, ſicuti non valeret impe-
tratio beneficij, vt per Doct. in c. ad aures. de reſcript. vbi
4 Felin. & ſtatutum eſt per regulas cancellariæ. † Quid au-
tem dicendum ſit, quãdo penſio excedens tertiam partem
fructuum aſſignaretur motu proprio nulla facta mentio-
ne dicti exceſſus? videtur dicendum aſſignationem penſio-
nis valere: quia motus proprius excludit ſurreptionẽ in-
petrationis beneficij, ob non expreſſionem iuſti valoris, vt
latè habetur per Felin. in d. c. ad aures. col. iiij. de reſcript.
tamen in reſeruatione penſionis cõtrarium videtur dicẽ-
dum, cum in ea tractetur de præiudicio rectoris beneficij
5 grauati. † Conſtat enim quòd motus proprius, non opera
tur in præiudicium tertij. Cardin. in conſil. CXXXVII. in
fin. domi. in c. ſi propter. col. vj. de reſcript. in vj. Imo in c.
mandatum col. penul. de reſcript. Cardin. concil. CXVIII.
incipiente, caſus talis, agitatus eſt proceſſus. Felin. in dicto
c. ad aures. col. v. verſi. tertius caſus. & Dec. cõſil. CCCCX.
col. iiij. in iij. vol. Secundò moueor quia præſumpta volũ-
tas Papæ, videtur eſſe regulariter, quòd penſio non exce-
6 dat tertiã partem fructuũ beneficij grauati, † motus autẽ
proprius, non operatur contra præſumptam voluntatem
Papæ. gloſ. in Clem. ſi Romanus. de præben. Siculus in d.
c. ad aures. Marianus in c. poſtulaſti. col. xvj. de reſcript.
& notatur in c. ſi motu proprio. de præbend. in vj. & ha-
betur per Felin. in c. cõſtitutus. col. iiij. in princ. de reſcrip.
& col. verſi. autoritas. in verſic. niſi ſcriberet motu pro-
prio: & idem Felin. in c. cauſam quæ. el ij. col. ij in verſic.
& illa concluſio de teſtib. Romanus tamen in conſil. ſuo,
CCCLXIX. voluit, quòd quãdo penſio eſt aſſignata mo-
tu proprio, ſolum peti poſſit reductio ad quãtitatem cõ-
uenientem, ſi ſit exceſſiua: cuius opinio probabilis videtur:
7 cogita tamen. † Quid ſit autẽ dicendũ quãdo pẽſio aſſi-
gnatur Cardinali nulla facta mentione, quòd excedat ter
tiam partem fructuum? videtur dicendum penſionem va-
lere: quia ſi Cardinalis in impetratiõe beneficij exprimat
falſum valorẽ, impetratio valet, cum ſub regula de expri-

Universidad de Deu[sto] Biblioteca

mendo valore,non comprehĕdatur cardinalis:vt decidit
Pet.de Anch.in conſilio CCXCV. incipiente pro clariori
euidentia:vbi hanc partem pluribus corroborat fundamentis per eum adductis,tenens quòd conſtitu.licet generalis,
cardinales non comprehendat,ſi de eis mentionem
non faciat,idem voluit idem Anch. in conſil. CCXCVII.
8 incipiĕte,efficacibus.† idem voluit Ioan.monachus.in c.j.
de ſchiſma.in vj.ad idem facit quod dixit Roma.in conſil.
ſuo,CCCCXCVIII.incip. in caſu quo quæritur: vbi per
multa fundamĕta tenuit,quòd cardinalis nō tenetur cōtribuere in ſolutione charitatiui ſubſidij à ſede apoſtolica
impoſiti pro recuperatione regni occupati. Iſta tamen
cōcluſio procedit tenendo prædictam opinionĕ Anch. &
Romani:ſecus ſi teneamus opinio. Felin.in c. quod ſuper
his.col.iij.de fide.inſtru. in c.cùm in iure peritus. de offic.
deleg.& in c.ad aures.col.vij.ver.viij.cōcluſio de reſcr.ſupra allegato:in quibus locis Felin.concludit,quòd cardinales comprehendantur ſub generali cōſtitutione & cācellariæ regulis.Contra quem tenuit Iaſon in conſil.ſuo
CXVII.incipiente.in cauſa & lite vertente.col.iij. ver.iij.
principaliter,in iiij.vol.qui tenet cardinales non comprehendi in generali conſtitutione , & cancellariæ regulis.
Ideo conſulendo dixit,quòd iura feudorum prohibentia
clericos ſuccedere in feudo,locum non habent in cardinali.Bene verum eſt , quòd ſi eſſemus in caſu quo factum
eſſet in ſe malum,ſub quo fieret prohibitio, tunc appellatione clericorum, cardinales comprehenderentur, vt inquit Iaſon, in conſil. præallegato , & rationem adducit,
quare quando factū eſt malum in ſe , tanto grauius peccat is, qui cōtra facit, quanto maior eſt.c.homo.xl.diſtin.
& ita dicit tenere Domi.in c.nemo deinceps.col.j. de elec.
in vj.idem tenuit idem Iaſon conſil. XCVIII. incipiente.
cauſa quæ vertitur.col.fin.iiij.vol. dicas , quòd iſta difficultas eſt declarata per regulam cancellariæ, præſertim
clemen.vij.cuius tenor talis eſt.Item cum S R E. Cardinales ipſi S. D. N. aſſiſtant , & propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis & priuilegiis gaudere. idem. D. N.ſtatuit,ordinauit,decreuit,& declarauit,quod in quibuſcunque conſtitutionibus & regulis , per ſanctitatem ſuam in
poſterū poſt hanc primam editionem , & præſentiū ſua-
rum



rum conſtitutionū & regularū publicationem faciendā,
nō includatur ipſi cardinales in eiſdĕ cōſtitutionibus &
regulis ſic faciendis, niſi illæ eorundĕ cardinaliū fauorĕ
concernant,vel ipſę conſtitutiones edendæ de eorundem
cardinalium , vel maioris partis eorū conſilio editæ fuerint.
9 †Quis autem probare habeat penſionĕ excedere tertiam partĕ fructuū:dicendū eſt , quod alleganti exceſſum
incumbit onus probādi,nā videmus,quòd quando ex cauſa fit diſpenſatio ,impetrans diſpenſationĕ cauſam probare tenetur:vt not. Ioan.And.in c.j.de lit. conteſt. in vj.Oldra. conſ.CCXXVI.incipien. Clemens Epiſcopus. col. ij.
verſ.ad ſecundū.Card.conſ.LXIX.incip. quo ad primum,
col.fi.Abb.in conſtitutus. in fine, de reſcrip.& in c. fin.
in fin.de pręſump. nec ſurreptio præſumitur , niſi probetur l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob. & dicebat Sicul. in d.
c.ad aures.ſe conſuluiſſe, quòd onus probādi veritatĕ valoris beneficij,incūbit opponēti : alleg.ad hoc Bal. in cōſil.incip.plurima dubia ſunt examinādā. col.ij.facit quod
voluit Bellemera,deciſ.CCCCLXXI.incip. teſtis cum fama:vbi dixit,quod allegans exceſſum contra poſſeſſorem,
illum probare debet:& dixit Ang.in conſ.CCLXX. incip.
Bonifacius epiſcopus.col. vlt. quod narranti in reſcripto
redditus eſſe diminutos,incūbit onus probādi : per tex.in
§.quo vero.in authen.de æquali.dot.& latè tradit Card.in
conſ.ſuo x.in tit.de proba.vbi facit pulchrā diſtinctionĕ:
cū videre poteris.& prædicta maximè procedunt, quoties
in eo quod allegatur,eſt iuris præſumptio in contrarium
vt eſt in diminutione redditū,quæ iuris præſumptionem
cōtra ſe habet,durare pręſumitur c.maiores,de bapt.ideo
allegāti beneficiū nō valere pluſquam expreſſerit, incumbit onus probādi:quia licet aliàs aſſerens aliquod patrimonium non tantū valere,eo ipſo probaſſe dicatur niſi cōtrariū probetur.l.cū de.l.falcid.ff.de prob.quod ideo eſt,quia
iuris præſumptionĕ habet pro ſe præſumĕtis nil eſſe ſoluendo l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog. † Iſta tamen
præſumptio in beneficiis ceſſat,in quibus redditus ad minus præſumuntur pro vita duorum c. vt quiſque, de vi.&
hone.cleri.ita dixit Card.in d.conſil.x.& Card. in c.fin.
col.ij.de præſump.Felin.in c.cōſtitutus,col. j. verſ. & ſub-

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



dit.& in d.c.ad aures.col.iij.verſ.iij.concluſio.de reſcrip.
11 †An autem agenti vel excipiẽti in cumbat onus probãdi?
late examinat Abb.in d.c.conſtitutus & poſt eum Felin.
ibidẽ.Imo.in c.ſuper literis,vlti.car. de reſcrip. & Roma.
in l.illa.col.xiiij.ff.de verb.obl.in quibus locis communi-
ter concludunt,quod is qui habet iuris preſumptionẽ pro
ſe,ſemper releuatur ab onere probandi,ſed probare tene
tur habens iuris præſumptionem contra ſe.ad quod facit
text.& ibi Bal.in ij.notabili in l.ſiue poſſidetis. C.de pro-
12 bat.†Qui autem ſint caſus in quibus pro aliquo præſu-
matur,videre poteris Roma.in l.ſciendum.ff.de verb.obl.
& Bar.in tract.ſuo de præſump.& Felin.in c. iij. de prob.

## Conſenſus rectoris beneficij,an requiratur cum aſsignatur Penſio.

### QVAESTIO X.

1 *Epiſcopus ſine conſenſu rect. penſionem non aſsignat.*
2 *Legatus ſine conſenſu, Penſionem non poteſt aſsignare.*
3 *Papa an ſine conſenſu imponere poſsit penſionem.*
4 *Papa poteſt aliquem priuare ſuo beneficio ad ſui libitum.*
5 *Dominium rerum eccleſiæ, eſt apud Chriſtum.*
6 *Papa in rebus eccleſiaſticis diſponere poteſt, quomodo vult etiã ſine cauſa.*
7 *Papa ſine cauſa epiſcopum deponere poteſt.*
8 *Penſionis reſeruatio motu proprio facta ſine conſenſu grauati regulariter non valet.*
9 *Quid ſit quando Papa dicit motu proprio.*
10 *Verbum nullatenus quid importet.*
11 *Verbum nullatenus importat clauſulam decreti irritantis.*
12 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, quid importet.*
13 *Papa quando ordinarie procedit, ius ſeruare debet.*

DECIMÒ quæritur an in reſeruatione penſionis re-
quiratur conſenſus rectoris beneficij grauati, ſuper
cuius fructibus penſio imponitur:circa quòd diſtinguen-
1 dum puto:quòd aut loquimur † in Epiſcopo,aut in lega-
to,aut in Papa : ſi in Epiſcopo in caſibus in quibus pen-
ſionem poteſt aſſignare:vt vidimus ſupra q.vj.& dicendũ
eſt vt dicit etiam Caccialupus in tract.ſuo de penſio.q.v.
quòd



quòd cum epiſcopus in partem ſolicitudinis,nõ autem in
plenitudine poteſtatis ſit vocatus,beneficium onere pen-
ſionis grauare non poterit,niſi prælati,aut rectoris illius
conſenſus accedat:& ſi vacaret locus, beneficium vel di-
gnitas,ſuper cuius fructibus imponitur penſio conſtituto
eidem vacanti legitimo defenſore,ad conſentiendũ pen-
ſioni prædictæ:iuxta not.per Innoc.in c.vt noſtrum.vt ec-
cle.bene.ſine dimi. confer. in glo.in verbo cõſtituatur &
glo.in clemen.ſi vna.de reb.eccle.non alienan.& in c. du-
dum eod.tit.in vj.iſta fuerunt originalia verba Roma.in
conſil.ſuo CCCLXIX. incipiente circa primum præpo-
ſitæ conſultationis artic.& illud etiam ſenſit Old. in con-
ſil.CCXXVI.incipiente quidam epiſcopus, & Petrus de
Anch.in cõſi.CCLXXIX.incipiente quæſtio proponitur.
2 †Aut loquimur in legato,& tũc quãuis autoritate funga-
tur,in caſibus in quibus penſionem imponere poteſt : de
quo vidimus ſupra in d.vj.q.& ſimiliter dicendũ eſt,quòd
penſionem reſeruare & imponere non poteſt ſine con-
ſenſu rectoris beneficij grauati,faciunt dicta ſupra in d.
vj.q.faciunt quæ ſcribi Felin.in c.quæ in eccleſiarum. col.
xij.verſ.& ideo dixit de conſi.vbi allegat Feder.de Senis,
conſil.CC. dicentem quòd legatus non poteſt ſine cauſa
auferre vni eccleſiæ,& dare alteri : licet in Papa ſit ſecus,
& facit regula cãcellariæ, qua cauetur ne penſiones ſine
cõſenſu aſſignari poſſint,& idẽ quod dixit Fede. de Senis.
tenuit etiam Roma.in conſi.XXXVI.incipiẽte viſa diſce-
ptatione.& Card.in conſi.LXXVII.incipiẽte, tenor talis
3 eſt.in ij.col.† Aut loquimur in Pontifice, & in illo caſu.
Roma.in præallegato cõſil.CCCLXIX. dicit quòd nulli
dubiũ, quòd Papa in onerando monaſterium ſeu benefi-
ciũ penſione alteri ſoluenda,ſubijciẽdo illud obligationis
vinculo,vti poteſt duplici poteſtate abſoluta,quam habet
ſuper vniuerſa beneficia,& loca religioſa c. ad honorem.
de auto.& vſu pal.c.cum ex eo,de pœnitẽ.& remiſ.c. de-
creto.ij.q.vj.c.multum ſupro.iij.q.vj.c.per principalẽ. ix.
q.ij.c.cõqueſtus.& c.nũc verò.de præben.in vj. c. ſi Papa.
de priuileg.eo.lib.& tunc dicendũ eſt, quòd Papa poteſt
imponere penſionem beneficio ſine conſenſu Rectoris il-
lius:quia quemadmodum poteſt Papa beneficium vnũ.
alteri eccleſiæ vnire nõ vocato ipſius rectore, ſic in con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſequentiã omnes eius redditus, prout poteſt Epiſcopus
accendente cõſenſu ſui capituli, eccleſiam aliquã ad ſe per
tinentem alteri loco religioſo vnire & donare non citato
illius pro tempore rectore: vt eſt caſus in clemen. ſi vna.
de reb. eccleſ. non alienan. & in c. paſtoralis. & in c. con-
ſultationibus. de donat. multo magis illius redditus pote-
rit abſque cõſenſu rectoris illius onere ſoluendę penſio-
nis grauare: & pro iſta concluſione, eſt tex. in c. extirpãdæ
in fi. per locum à contrario: & in c. expoſuiſti. & c. vacan-
cante. de præben. Confirmatur prædicta concluſio: quia
Papa poteſt aliqua bona eccleſiæ liberè donare, & præ-
ſumitur iuſta cauſa motus. c. cum redemptor. & c. à nobis
de decimis. Abb. in conſi. xli. incipiente, Saluatoris noſtri,
4 colum. fi. ver. & inſtar ſacrilegij: † & poteſt Papa in be-
neficialibus aliquem priuare, pro libito eius voluntatis:
vt latè per Archi. ix. tract. ſuo, de hæret. incip. ſanctiſſimo
in Chriſto patri. car. xv. verſi. & quia tanta eſt præemi-
5 nentia. † facit quia dominium rerum eccleſiaſticarũ pro-
priè loquendo, non eſt apud aliquam eccleſiam: ſed apud
Chriſtum, ſecundum Innoc. in c. cum ſuper, de cauſ. poſ. &
proprietã. cuius Papa eſt vicarius, cum omnimoda pote-
ſtate in terris, vnde dicit Feli. in c. quæ in eccleſiarum, col.
xiiij. quod cum Papa aufert rem alicui particulari ec-
cleſiæ, potius adminiſtrationem, quàm dominium aufer-
re dicitur, iuxta tex. in c. ij. de dona. quia dominiũ eſt po-
tius apud ipſum Papam, cum ſit apud Chriſtum, cuius
ipſe eſt vicarius, vel apud eccleſiam catholicam, quæ eſt
vnica c. loquitur. xxiiij. q. j. cuius ipſe eſt caput, & prin-
6 ceps: † & in rebus eccleſiaſticis poteſt Papa diſponere
quomodo vult. & etiam ſine cauſa remouere vnum à be-
neficio ſuo, ſecundum Butrium in c. conſtitutus. de reli-
gio. domi. & ideo poteſt etiam Papa concedere immuni-
tatem vni eccleſiæ, contra aliam, etiam ſine cauſa, ſecun-
dum glo. fi. in c. conqueſtus. ix. q. iij. & Archi. in c. reſer-
7 uatis xx. q. ij. Hoſt. in c. confir. vtil. vel inutil. † & dixit
alibi glo. ſingu. ix. q. iij. in c. per principalem. quòd Pa-
pa poteſt ſine cauſa deponere Epiſcopum, licet ſecus eſ-
ſet, ſi vellet deponere omnes epiſcopos: quia tunc eſſet
turbare eccleſiam vniuerſalem. & illam glo. ſequitur Car.
in conſi. lxxv. incipien. Venerabilis vir. & idem in cle.
j. vlti.



j. vlti. not. vt lit. pen. & domi. in cap. in iſtis iiij. diſt. Abb. in
c. tranſlato. de conſtit. & Imo. in ca. ad ſupplicationem, in
vlt. not. de renunt. Circa præmiſſa aduertendum eſt, quia
Papa vbicunque præcedit regula derogatiua voluntatis
ſuæ, prout eſt in caſu noſtro, in quo habemus regulam
Cancellariæ. nume. 43. diſponentem clare & aperte, quod
etiam motu proprio literæ reſeruationis annuæ pẽſionis
ſuper alicuius beneficij fructibus, expediri non poſſint, niſi
de conſenſu illius, qui penſionem prædictam perſoluere
tunc debebit: qui ſi præſens in curia ſit perſonaliter, alio-
quin per procuratorẽ ſuũ ad hoc ſpecialiter conſtitutum
cum ſolito iuramento conſentire habeat, aliàs literæ nul-
latenus expediãtur. ita dictat regula cancellariæ, quæ in
regulis Hadriani eſt xlj. in regulis verò Leonis, eſt xliij.
8 † Et ideo reſeruatio pẽſionis etiã motu proprio facta non
valeret ſine cõſenſu rectoris, beneficij grauati, niſi in tali
reſeruatione Papa derogaret illi regulæ: ita in ſimili dixit
Petr. de Anch. in conſil. cccx. incip. tres Domini ad finem
vbi dixit, quòd licet Papa ſuper rebus & bonis eccleſiaſti-
cis habeat pleniſſimã poteſtatem: tamẽ hoc procedit vbi
apparet ꝙ illa vult vti. Sed vbi præcedit lex derogatoria
volũtatis ſuæ, vt in caſu noſtro, diſpoſitio Papæ cõtra illã
legẽ, niſi de illa fiat mentio, nõ valet. alleg. not. in l. reſcri-
9 pta. & in l. vniuerſa. C. de precib. impe. offeren. † Sed quid
ſi papa aſſignando penſionem alicui ſine conſenſu recto-
ris beneficij grauati dicat motu proprio, & ex certa ſcien
tia: abſque eo, quòd mentionẽ faciat de dicta regula, ſiue
quòd illi deroget, an aſſignatio penſionis valeret? & vide-
10 tur dicẽdũ quod nõ: † quia in dicta regula adeſt verbum
nullatenus valeat, quod importat nullitatẽ actus ipſo iu-
re, ſi ſecus fiat: vt not. domi. in c. Romana. §. penul. de app.
in vj. ad idem glo. in cle. j. in verbo nullatenus de ſequeſt.
poſ. & fruct. Imol. in d. cle. j. col. iij. per quã gloſ. dicunt ibi
Zenzel. Imol. & alij, quod lex vtens hoc verbo, nullatenus,
videtur tacitè decretum irritans inſerere, videlicet quòd
ſi ſecus fiat, actus ſit ipſo iure nullus. ſequitur Ana. in ca.
quia fruſtra. iij. col. de vſur. & Fel. in ca. cũ acceſſiſſent. col.
iiij. in prin. verſi. idem etiã no. de cõſti. & idem Fel. in c. ex
parte. el. ij. col. pen. ver. quintus caſus, eo. tit. vbi aperte di-
11 xit, † quòd dictio nullatenus quo ad actus nullitatem tan-

Universidad de Deusto Biblioteca



tum importat, quantũ clauſula decreti irritãtis. idẽ voluit
ſolennis præceptor, & promotor meus magnus crimina-
liſta, Dominus Hippolytus de Marſiliis, in ſingulari ſuo,
numero 575. & de hac dictione, vide Decium in capitu.
eam te. colum. iiij. verſic. ex prædictis no. de reſcript. & latè
ponit Feli. in c. Rodulphus. colum. xviij. eodem titu. Iaſon
in conſi. ſuo v 11. in j. volu. incipiente adeò copioſè. & Ale-
xandrinus conſil. 11. incipien. ſtatuto. col. j. nu. 3. Puto ta-
men dicendum, præmiſſis non obſtantibus, quòd tali caſu
valeat penſionis aſſignatio. Nã licet regulariter princeps
reſcribens contra legem habentem clauſulam derogato-
riã, nõ ſufficit quòd dicat ex certa ſcientia: ſed requiritur
quòd expreſſè illi deroget, vt latè per Fel. in c. nõnulli. poſt
alios, in verſi. iij. contra iſtam in verſi. limita. j. de reſcript.
tamen quando Papa cõcedit reſcriptũ in beneficialibus in
præiudiciũ alicuius ex certa ſcientia, ex quo in illis habet
pleniſſimã poteſtatem ca. ij. de præben. in vj. & clemen. j.
vt lit. penden. reſcriptum valet, ſine aliqua derogatione, &
ſine clauſula non obſtante, ſi aliàs cõſtet de eius intentio-
ne, ſecundum Butri. in d. c. quæ in eccleſiarum. col. pen. &
ibi Imol. in xiij. col. verſi. ſi autem, reſcribit ad idem Fel. in
c. nonnulli. col. xviij. verſic. excipiuntur ab illa, quem vi-
deas, quia latiſſimè examinat hunc articulum, an reſcri-
ptum emanatum ex certa ſcientia deroget legi in cõtra-
12 riũ facienti. † Et idem erit quando dictũ fuerit de pleni-
tudine poteſtatis: quia tunc apparet Principem velle di-
ſponere contra ius. Abb. in c. ad hæc, verſi. ex his infertur.
de reſcrip. Bal. in l. eos. C. de app. Ana. conſil. x c 1. & Fel. in.
in d. c. nonnulli col. xviij. verſi. fallit. v. & hoc ſenſit Pet. de
Anch. in d. c. ſuo cõſi. cccx. inci. tres domini magnifici. col.
13 fi. verſic. nõ obſt. quòd Papa. † Secũdo vti poteſt Papa po-
teſtate ordinaria, & tanquã ordinarius iudex aſtringitur
ad iuris poſitiui obſeruationẽ: & tunc nõ eſt dubiũ quod
in ferenda per eum, tanquam iudicem ordinarium, ſenten
tia, neceſſaria eſt partis vocatio: ita Romanus loco præ-
allegato: cuius verba ſimpliciter refert Caccialupus, qui
ſicco pede pertranſit in hac q. ideo dicendum eſt, quòd re-
gulariter Papa ſine conſenſu rectoris beneficij grauati,
penſionẽ imponere non poteſt, ſtante regula Cancellariæ,
de qua ſupra, quam Clemens ſeptimus inuiolabiliter ob-
ſerua



ſeruauit, & ante ipſum obſeruauit diligenter Hadrianus
ſextus. Leo tamẽ decimus eius prædeceſſor contrariũ fa-
ciebat, conſtituendo & reſeruando acceſſus & regreſſus
ad beneficia: necnon annuas penſiones ſuper illorũ fructi-
bus ſine aliquo conſenſu rectorum illa poſſidentium: &
in beneficialibus multum vſus eſt abſoluta põtificis pote-
ſtate. Præfatus verò Hadrianus, qui eidem in Pontificatu
ſucceſſit, per eius cõſtitutionem reuocauit omnes pẽſio-
nes, acceſſus, regreſſus, & coadiutorias, à præfato Leone
ſine cõſenſu illorũ, quos negotiũ tãgebat reſeruatos: quã
tamẽ conſtitutionẽ præfatus Clemẽs qui eidẽ Hadriano
immediatè ſucceſſit, fortè potius Leonis Põtificis honoris
tuẽdi gratia, quàm æquitate motus reuocauit, caſſauit, &
annullauit, vt ex eius reuocatoria conſtitutione clarè pa-
tet: & ſtatuit cõceſſa per piæ memoriæ Leonẽ decimũ, cir-
ca prædicta ſine cõſenſu valida eſſe, & obſeruari debere.

## Præſens in curia, an per procuratorem con-ſentire poſſit reſeruationi penſionis.

QVÆSTIO XI.

1 *Præſentia alicuius vbi requiritur, non ſufficit procurator eius.*
2 *Statuto requirenti præſentiam propinquorum, non ſatisfit per pro-curatorem.*

VNdecimò quæro, in proxima præcedenti quæſtio-
ne mentionem fecimus de regula cancellariæ di-
ſponente circa cõſenſum præſtãdum in aſſignatione pen-
ſionis per rectorem beneficij: ſuper cuius fructibus pen-
ſio reſeruatur, in qua dicitur, quod ſi is præſens ſit in cu-
ria, perſonaliter cõſentiat, & iuret: ſin autẽ per procura-
torem ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutũ: cõtingit dubi-
tari vtrũ præſens in curia conſentire poſſit per ſpecialem
procuratorẽ. Circa quod reperio, quòd gloſſator in regu
la xliiij. in regulis cancellariæ Innocentij octaui, mouẽs
hanc q. tenet partem affirmatiuam dicens, ſatis ſe conſen
tire per procuratorẽ ſpecialiter ad hoc conſtitutũ. allegat
regulam iuris. qui per alium. de reg. iur. in vj. dicit tamen,
quod neſcit ſi cancellaria hoc admitteret, propter perti-

Universidad de Deusto Biblioteca

naciã abbreuiatorũ,ſed de Camera,quod eſt certũ.Con-
trariam tamẽ partẽ tanquam veriorẽ de iure amplector:
pro qua faciunt not.per Doct.in c.ſtatutũ. §. cùm verò.de
reſcrip.in vj.vbi Archid.dixit, quòd in terminis illius text.
propter illa verba proprio iuramẽto,non ſufficeret iura-
mentum procuratoris etiam habentis ſpeciale mandatũ:
quẽ ſequitur ibidem Philip.Frãc.col.j.in iiij.not.& etiam
not.in ca.vt circa.in fin.vbi Archid. de elect.in vj. & idem
Archid.in c.nulli.eo.lib.Accedãt quæ voluit Abb. in c.fin.
de iura.calum.per gl.ſecũdam ibi,per quam,iũcto tex.in
1 c.j.de iudi.in vj.dicit, † quòd vbi lex alicuius præſentiam
requirit,actus per procuratorem expediri nõ poteſt: quia
ille preſens dicitur , qui ſe conſpectui exhibet.alleg.gl.in
Clement.dudum.de ſepult.ex qua infert Abb.in c.cũ pa-
2 rati.de appel. † quòd vbi in ſtatuto requiritur præſentia
propinquorũ , non ſufficit quòd propinquus mittat pro-
curatorem.idem voluit Ang.in l.Titius.ff.quib.mod.pign.
vel Hyppo.ſol.& dixit Bartol.in conſilio incip.factum tale
eſt.Ceccolus Petri,quòd nõ ſufficeret tali caſu ratificatio.
idem dixit Bald.in l.j.in vlt.col.C.qui admit.faciunt plura
adducta per Felin.in c.licet ex quadam.col.j.& ij. de teſti.
& ita ſeruat Curia , quicquid dixerit præfatus gloſſator:
cuius opinio eſt cõtra text.illius regulæ de directo, in quo
dicitur , quod aliter nullatenus literæ expediãntur : & ſic
annullat literas aliter expeditas ipſo iure.vide quę dixi de
dicta dictione nullatenus ſuprà q.proxima præcedenti.

## Penſio vtrum ſit perpetua vel temporalis.

### QVAESTIO XII.

1 *Penſio non vacat morte penſionarij, ſed extinguitur.*
2 *Penſio an de vna in aliam perſonam transferri poſſit.*
3 *Papa eandem penſionem mortuo penſionario alteri reſeruare poteſt, ſine conſenſu rectoris beneficij.*

DVodecimò quæritur , vtrum penſio ſit perpetua vel
temporalis ? & dicendum eſt , quòd ſit temporalis,
vt colligitur ex eius diffinitione,de qua ſuprà q. j. vbi di-
ctum fuit , quòd penſio eſt certa portio ex aliqua menſa
vel beneficio ex cauſa ad tempus,non perpetuò ſeparata:
extinguitur enim penſio cum perſona illam percipiente,
ſicuti



ſicuti finitur vſufructus morte vſufructuarij.§.finitur .in-
ſtit.de vſufruc.l.antiquitas.C.de vſufru.& habit. hinc eſt
quòd in literis reſeruationis penſionis ſemper apponitur
clauſula,tibi quoad vixeris,vel procuratori tuo legitimo
annis ſingulis perſoluendã.†Nec penſio vacat morte pen
1 ſionarij,ſed extinguitur,vt dictũ fuit ſuprà d. q.j. videtur
tamẽ in eo differre pẽſio ab vſufructu,quia penſio regu-
lariter conſtituitur in quãtitate determinata, nõ in quo-
ta,vt dixi ſuprà q.viij.& ideo dixit Caccialupus in dicto
tract.ſuo,de penſ.q.viij.quod nõ videt quid obſtet,quòd
Papa non poſſit aſsignare penſionem vni monaſterio,vel
eccleſiæ perpetuã ſuper fructibus,redditibus, & prouen-
tibus alterius eccleſiæ grauatæ. cũ facultates illius illud
onus ferre poſſunt cõmodè.ad quod alleg.Rom.in conſi-
lio CCCLXIX. facit illud conſilium in eo quòd tibi ap-
paret , quòd fuerat aſſignata annua pẽſio per Bonifaciũ,
vni monaſterio mõtis maioris,ſoluẽda per monaſterium
ſancti Antonij perpetuò.Nec eſt dubiũ id Papã poſſe , cũ
adeò lata ſit poteſtas Papæ in beneficialibus,de quo dictũ
2 fuit ſuprà q.vj. & q.viij. † An autẽ pẽſio poſſit de vna in
aliã perſonam transferri? dicendũ eſt quod nõ : cum non
ſit perpetua,ſicuti eſt beneficiũ,quod reſignari poteſt to-
to titulo,de renũ.niſi Papa pẽſionario ius trãsferẽdi illã
conceſſiſſet:nam ſolent pontifices ſæpenumero concede-
re huiuſmodi facultatem:quod paſsim Leo decimus piæ
memoriæ faciebat vtens multũ pontificia autoritate &
abſoluta poteſtate in ſimilibus. Clemẽs autem ſeptimus
difficilius id concedebat,& erat bene factum propter o-
neris cõtinuationem,quæ eſt euitãda:ideo Sanctiſsimus
D.N.Paulus quartus (vt audio) admodũ ſe difficilem red-
dit in concedendo talem facultatem,etiam cum cõſenſu.
3 †Poteſt tamen Papa,& viuente eo,cui penſio ſoluitur, &
eo mortuo,eandẽ penſionem alteri reſeruare, etiam ſine
conſenſu rectoris beneficij grauati, dum tamen id faciat
ex certa ſcientia,& de poteſtatis plenitudine:nã de pote-
ſtate ordinaria id non poſſet, obſtãte regula cancellariæ,
de conſenſu præſtando:de qua latè ſcripſi ſuprà q.x. verſ.
circa præmiſſa,& in ver.ſed quid ſi Papa.

Qua

Universidad de Deusto Biblioteca



## Qua ætate quis ſit capax penſionis,

QVÆSTIO XIII.

1 *Beneficium curatum requirit ætatem annorum xxv.*
2 *Epiſcopatus requirit ætatem annorum xxx.*
3 *Ad primam tonſuram, anni ſeptem ſufficiunt.*
4 *Penſiones etiam pueris aſsignari poſſunt.*

TErtiodecimò quæro, qua ætate quis ſit capax pen-
1 ſionis.† Nam tu ſcis quòd beneficium curatum ob-
tineri non poteſt, ſine diſpenſatione à minore xxv.anno.
cap.cum in cunctis.de præbend.Ad canonicatũ in eccleſia
cathedrali, vel collegiata ſufficit ætas xiij.anno.glo.in ver-
bo ætatem.in cap.ſi eo tẽpore.de reſcrip.in vj.Rot.deciſ.
CCCXXIIII.In nouis, & ita etiam eſt ſancitum per regu-
2 lam cancellariæ apoſtolicæ: † ad epiſcopatũ verò requi-
ritur ætas annorum xxx.d.c.cum in cunctis.facit tex. in c.
presbyter.lxxviij.diſt.gloſ.& Docto.in Clem. generalem,
de æta.& qualit.Abb.in cap.ſuper inordinata.colum.ij.de
præben.eadem ætas annorũ xxx. requiritur in Abbate.vt
not.Abb.d.c.cum in cunctis,vt in prin.& in d.c.ſuper inor
dinata.Felin.in c.cùm vigeſimum.de offic. deleg.in iſta q.
quam non vidi.ab aliquo tactam,dicendum puto, quòd cùm
penſio non ſit eccleſiaſticum beneficium, ſed quid tempo
rale,vt vidimus ſuprà q.j.& q.vij.Imò poſſit etiam cadere
in merum laicũ,de quo videbimus infrà q.xxj.quòd quan
do reſeruatur clerico,ſufficiat ad penſionẽ conſequendã
illa ætas quæ requiritur ad ſuſcipiendũ minores ordines,
quæ eſt annorum vij.c.nullus à contrario ſenſu,& ibi glo.
de tempo.ordin.in vj.Cardin.in Clem.vlt.co .antepenult.
de ætate & qualita.vbi † dicit, quòd ad primã tonſuram
3 ſufficiunt anni ſeptem, & ab inde ſupra conferri poſſunt
alij minores ordines,& hinc eſt quòd minori infanti be-
neficium conferri non poteſt,cum non poſſit ordinari gl.
Ioan.monachi Cardinalis,in c.ſi annũ.de iudic.c.nullus,
de temp.ordi.in vj. ſufficit enim quòd quis ſit clericus, vt
ei reſeruari poſſit penſio. Nec refert,meo iudicio, vtrum
penſio reſeruetur ſuper monaſterio,menſa,dignitate, vel
beneficio curato vel ſimplici, cum penſio nil habeat ſpi-
ritualitatis. vt in d.q.j.ſupra, quinimò etiam in laicũ ca-
dit,



dit, ſecundum Bal.in d.c.ad audientiam.col.ij.de reſcript.
4 & dicetur infrà q.xxj.†& dixit Vincẽtius, quẽ refert Card.
in Clement.ij.q.ix.de offic. ordin.ca.ſuper inordinata.de
præben. quòd penſiones etiam pueris aſſignari poſſunt.
Puer autẽ in beneficialibus quis dicitur à ſeptennio vſq;
ad quartumdecimũ annum. Abb.in d.c.ſuper inordina-
ta.col.j. verſi. & dicitur puer. & ità vidi curiam ſeruare.
Minori autem ſeptennio etiã aſſignari poteſt pẽſio, cum
diſpenſatione tamen,& ego dum eſſem Bononiæ tẽpore
coronationis Cæſareæ Maieſtatis Caroli quinti quæ fa-
cta fuit ſub die xxv.Februarij M.D.XXX.vidi literas apo-
ſtolicas, in quibus Clemẽs ſeptimus, reſeruabat penſionẽ
annuã ducatorũ XXIIII.auri de camera, cuidam Pro-
gnę de Purcinigo infanti Concorcien. Diœceſis, qui etiã
defectum natalium patiebatur, ex clerico & ſoluta geni-
tus, conſtituto in quarto ſuæ ætatis anno: quæ aſſignatio
fiebat poſt quam eſſet inſignitus clericali charactere, cum
eo diſpenſando, quòd in illa ætate annorũ quatuor pro-
moueri poſſet ad primam tonſuram, & pẽſionem ex tũc
percipere valeret, & erat conſtituta dicta penſio, ſuper
fructibus parochialis eccleſiæ ſancti Zenonis de Auiano,
Concordien.Diœceſis:& aderat clauſula, quòd ex quauis
cauſa, etiam vrgentiſſima, reduci non poſſet ad minorem
ſummam.

## Penſio an reſeruari poſsit excommunicato.

QVÆSTIO XIIII.

1 *Collatio beneficij, facta excommunicato non valet.*
2 *Excommunicatus, non poteſt eſſe iudex.*
3 *Excommunicatus, non poteſt eſſe procurator in iudicio.*
4 *Excommunicatus, non poteſt eſſe aduocatus.*
5 *Excommunicatus, non poteſt eſſe arbiter.*
6 *Excommunicatus eſt priuilegiorum incapax.*
7 *Excommunicatus, non poteſt beneficia conferre.*
8 *Excommunicatus, non poteſt præſentari.*
9 *Penſionis reſeruatio facta excommunicato, non valet.*

QVARTODECIMÒ quæro, an penſio excommuni-
1 cato reſeruari poſſit:†& dicendum eſt, quòd non:
videmus enim collationem beneficij excommunicato
factam

Universidad de Deusto Biblioteca

factam, non valere, imo ſcienter conferens beneficiũ ex-
cõmunicato, priuatur poteſtate cõferẽdi. tex. eſt in c. po-
ſtulaſti. in prin. de cler. excõ. miniſt. Nec valet electio facta
2 de excõmunicato. c. cũ inter R. de elect. c. cũ dilectus † cir-
ca fi. de conſue. Nec poteſt excõmunicatus eſſe iudex, ca.
ad probandũ. & ibi Doct. de ſent. & re iud. Nec poteſt re-
ſcriptum impetrare ſiue occulte, ſiue publice ſit excom-
municatus. Domi. in c. j. de reſcr. in vj. not. Abb. in c. veri-
tatis. in fi. per tex. ibi de dolo & contum. Imò regulariter
reſcriptum ad lites excõmunicatorum impetratũ, eſt ip-
ſo iure nullũ c. j. de reſcrip. in vj. Hoc tamẽ quãdo & qui-
bus caſibus procedat, vide latè per inſignem præceptorẽ
meũ D. Ioan. Crotum de mõte Ferrato in d. c. j. de reſcri.
3 † Nec poteſt eſſe procurator in iudicio c. poſt ceſſionem.
& ibi not. Doc. de probat. Item excõmunicatus eſt ab offi.
4 ſuſpenſus & beneficio c. paſtoralis. de appell. † Nec poteſt
eſſe aduocatus c. decernimus. de ſenten. excom. in vj. & ſi
agat in iud. repellitur c. intelleximus. de iudic. & ibi Doct.
& ſtãs per annum in excommunicatione, beneficio quod
obtinet, priuari debet. vj. q. iij. c. rurſus. & c. quicunq; . glo.
in c. cum contumacia. de hæret. in vj. Doct. in c. j. de iud.
5 † Nec poteſt excõmunicatus eſſe arbiter. not. Abb. in cap.
veritatis. & ibi Doct. de dolo & contum. & in c. quintaual-
lis. de iureiur. & excommunicatus habetur pro mortuo.
Innoc. in c. grauem. de ſentent. excomm. maximè quo ad
ſpiritualia. Bart. in l. Barbarius. co. x. ff. de offic. prætor. &
carere debet omnium ſubſidio xxiiij. q. iij. c. corripiãtur.
6 in l. hi qui. C. de apoſt. & eſt priuatus ſacramentis † eccle-
ſiæ xcv. diſt. c. illud. & eſt priuilegiorum incapax. Io. And.
in c. non poteſt. de regul. iur. in vj. Præterea excommuni-
catus alium ſibi obligare non poteſt, licet poſsit aliis ob-
ligari: vt per Spec. in tit. de procur. §. fi. verſ. Quid ſi excõ-
7 municatus. Domi. in c. j. §. j. de iure patr. in vj. † Nec poteſt
excõmunicatus beneficia cõferre, quãdo eſt notarius, pro-
batur in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. & in c.
de exceſ. prælat. & in ca. j. ne ſede vacan. in vj. Nec poteſt
excõmunicatus iurare ad ſui cõmodum, quia ſacra tan-
gere nõ licet illi, cui ſacra ingredi eſt prohibitum. Facit
quod voluit gloſ. in c. quòd in dubiis. de ſent. excõ. & glo.
8 in c. cũ inter. de excep. † Nec poteſt præſentari, cum cele-
brare



lebrare nõ poſsit c. ſi celebra. de cler. excom. miniſt. à quo
remouetur enim conſequens, remouetur & antecedens,
vt in c. ſuper his. de accuſ. Nec excommunicatus accuſare
poteſt: per not. in c. exceptionẽ. de except. ſupra allegato.
& eſt text. expreſſus in c. à nobis. de except. facit text. in c.
pia. eo. t it. in vj. etiã ſi ſuã vel ſuorũ iniuriã proſequatur.
Imol. in d. c. à nobis. & ibidẽ ſolennis doctor Do. Petrus
Paul. Pariſius nũc benemeritus, ſacroſ. Rom. eccl. card.
Nec excõmunicatus ſpoliatus, poteſt petere reſtitutionẽ:
ita voluit gloſ. pen. in c. ex inſinuatione. de procur. idem
ſentit gloſ. & ſequuntur Io. And. & Hoſt. in c. dilectus. el
j. de reſcrip. in c. prudentiã. ſuper ver. non debet. & in cap.
pia. de excep. in vj. & hoc intellige in excõmunicato ma-
iori excõmunicatione. Poſſent multa alia adduci ad pro-
poſitũ de excõmunicato, quæ adducere plus laboris quã
9 ingenij eſſet, ideo prædicta ſufficiant: † ex quibus conclu-
do quod reſeruatio annuæ penſionis ſuper fructibus be-
neficij facta, excommunicato non abſoluto, non valet, &
hãc opinionẽ amplectitur Curia, quæ ſtylum introduxit,
quòd quãdo alicui reſeruatur pẽſio in literis, apponitur
illa clauſula ſolita etiã apponi in literis beneficialibus:
videlicet tẽque à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpẽſio-
nis & interdicti aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cẽſuris &
pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa
latis, ſi in his quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectũ
præſentium duntaxat conſequendum, harũ ſerie abſol-
uentes, & abſolutum fore cenſentes.

## Penſio an religioſo aſsignari poſsit.

### QVÆSTIO XV.

1 *Vſuſfructus concedi poteſt monacho pro ſuis neceſſariis.*
2 *Monachus ad eius vitam an habere poſsit penſionem.*
3 *Confirmatio ex certa ſcientia facit monachum obedientiarium Papæ.*
4 *Beneficium manuale confirmatum ex certa ſcientia religioſo fit illi perpetuum.*
5 *Confirmatio ſimplex Papæ, non alterat rei confirmatæ naturã.*

QVINTODECIMÒ quæro, an pẽſio annua ſup fru-
ctibus beneficij religioſo aſſignari poſsit? & vide-
tur

Universidad de Deusto Biblioteca

tur dicendum, quòd nó, quia religioſus regulariter pro-
prium habere non poteſt c. cum non dicatis. xij. q. j. c. cum
ad monaſterium. in princ. de ſtat. monacho. in contrariũ
tamen quod religioſus ſit capax penſionis, videtur tex. in
c. niſi eſſent. de præbend. vbi alteri ex electis, in priorem
monaſterij ſoluitur penſio, ex fructibus capituli & prio-
ratus. In iſta quæſtione diſtingue ex mente Inno. Abb. &
aliorum in d. c. niſi eſſent. in fi. quòd aũt quęrimus vtrum
religioſus poſſit habere annuam pẽſionem ſuper fructi-
bus monaſterij vel beneficij ad eius vitam, ſine autoritate
Pontificis: & tunc dicendum quod non: quia ſi Abbas il-
lam ſibi aſſignauerit, poterit eã ſibi ad nutũ auferre. ita
dixit. Abb. in d. c. niſi eſſent. in fi. verſ. ſecunda ſolutio. vbi
dixit, quod religioſo licitè aſſignatur aliqua penſio ſeu
prouiſio, non vt faciat eam ſuam, ſed vt illius diſpẽſatio-
nem habeat: & hoc permittente vel ſciente, & nó contra-
dicente ſuo Abbate. Nam vt ſeruus habet peculium ex
permiſſione domini ſui tacita vel expreſſa, licet propriũ
habere non poſſit l. iiij. C. de manumiſ. & l. quam tube-
1 ronis. ff. de pecul. †Ita religioſus penſionem habere pote-
rit: facit quia monacho concedi poteſt vt habeat vſum-
fructum pro ſuis neceſſariis, vt per Calder. in conſil. 11.
in rub. de regula. & voluit Inno. in c. inſinuante, ne cler.
vel mona. idem firmat Bar. in aut. ingreſſi. C. de ſac. ſanc.
eccle. faciunt etiam ea quæ copioſe & eleganter adducit
Io. And. in regula, non eſt obligatorium. de regu. iur. in
vj. in mercuri. vbi diſputat an valeat ſtatutum editum in
monaſterio, vt quiſque habeat decem quolibet anno pro
2 indumentis, & concludit quòd ſic. †Aut quærimus vtrum
monachus autoritate Papæ habere poſſit penſionem ad
eius vitam, quæ ſibi auferri non poſſit per eius Abbatem
ſeu alium eius ſuperiorem: & tunc dicas quòd ſic. Ita de-
cidit Abb. in dicto c. niſi eſſent. in fi. dicens, quòd habens
certam pẽſionem ex confirmatione Papæ, per ſuum Ab-
batem illa priuari non poteſt: quòd dicit eſſe notabile in
penno. Circa prædictam doctrinam Abb. eſt aduerten-
dum: quia aut quærimus vtrum religioſo à Papa reſerua-
ri poſſit annua penſio duratura ad eius vitam: & tũc cla-
rum eſt, quòd ſic vt ſupra concluſi. j. aut quærimus vtrum
religioſus penſionẽ ſibi ab eius Abbate aſſignata, poſtea
vero



verò confirmatam à Papa, retinere poſſit inuito Abbate
ad eius vitam. & in hoc Abb. videtur indiſtinctè tenere
3 quòd ſic: cuius doctrina non eſt indiſtinctè vera, † ideo
diſtinguendum eſt quòd aut talis confirmatio fuit facta
ex certa ſcientia, aut non, primo caſu procedat doctrina
Abb. proxime relata: confirmatio enim ex certa ſcien-
tia efficit, vt religioſus in actu confirmato efficiatur obe-
dientiarius Papæ: vt per Cardi. in d. c. niſi eſſent. ij. q. &
idem Card. in c. porrecta. j. q. ij. de cõfir. vtil. vel inutil. Imo.
4 in Clemẽ. j. in gl. in verbo reuocari, ver. †Noto gloſam, de
ſupplen. negli. prælat. & hinc eſt, quòd beneficium ma-
nuale collatum per Abbatem religioſo ex confirmatione
Papæ facta ex certa ſcientia efficitur perpetuum, nec re-
uocari poteſt per Abbatem, vt concludunt doct. vbi Abb.
in c. ad noſtram, & ibi Decius in ij. col. ver. ſucceſſiue. de
confir. vtil. vel inut. & idem Decius in c. porrecta. col. iij.
5 uer. † In glo. in verbo confirmat. eo. tit. aut talis pẽſio fuit
per Papam ſimpliciter confirmata, & tunc per talem con-
firmationem penſionis natura non alteratur, & ſic pote-
rit per Abbatem quandocunque reuocari: ita determinat
Abb. in beneficio manuali ſimpliciter per Papam cõfir
mato, in d. c. ad noſtram. quem ibidem ſequitur Decius co
lumna ij. in prædicto ver. ſucceſſiuè. Abbas. vide ad prædi-
cta quæ latè ponunt doct. in d. c. ad noſtram. & in d. c.
porrecta. maximè Abb. & Decius, quid autem ſit dicen-
dum, quando profeſſus in aliqua religione fuit promotus
ad Epiſcopatum, quem demum reſignauit reſeruata ſibi
annua penſione ducatorum c c. ſuper fructibus illius:
demum vixit in priuata vita: & ex dictæ penſionis pro-
uentibus emit aliquas poſſeſſiones: an dictæ poſſeſſiones
eo mortuo eſſe debeant monaſterij, in quo eſt profeſſus,
vel ſucceſſoris in dicto epiſcopatu reſignato? vide de hac
q. deciſ. Neapolitanam. nu. 200. in nouiſ. vlt. loco editis.

## Illegitime natus, an ſit capax penſionis.

### QVAESTIO XVI.

1 *Penſio eſt quid profanum.*
2 *Illegitimus eſt capax iuris patronatus.*
3 *Illegitimi ſunt odibiles legibus.*

4 *Illegitimi nõ includuntur in diſpoſitione legis, ad eorũ commodum.*
5 *Naturales, non ſuccedunt in fundo etiam legitimati.*
6 *Naturales, non ſuccedunt in emphyteuſi.*
7 *Excommunicatus ex fundatione & constructione, ac dotatione, ius patronatus acquirit.*
8 *Excommunicato penſio reſeruari non poteſt.*
9 *Meretrix eſt capax iuriſpatronatus.*
10 *Argumentum de iure patronatus ad penſionem, non valet.*
11 *Papa promouẽs ſcienter indignũ, cẽſetur inhabilitati diſpẽſare.*
12 *Papa promouẽs ſpuriũ ad epiſcopatũ, videtur cum eo diſpẽſare.*
13 *Papa promouens homicidam ad epiſcopatum, ſcienter, videtur cum illo diſpenſare.*

SEXTODECIMÒ quæro: clarum eſt quòd illegitimè
natus neque ad ordines, neque ad Beneficia, promo-
ueri poteſt ſine diſpenſatione. c. literas. de fil. preſbyte. c. j.
eo. tit. in vj. modo quæritur, an talis ſit capax penſionis ſi-
1 ne diſpenſatione: & videtur dicendum quòd † ſic, quia
penſio eſt quid profanum, nil habens ſpiritualitatis, vt ui-
dimus ſuprà q. j. & cadere poteſt in merum laicum, vt di-
cetur latè infrà q. xxj. temporalium autem redditũ, nul
lus ambigit quòd illegitimus eſt capax. † Pro iſta parte fa-
2 cit, quia illegitimus eſt capax iuris patronatus. confert
tex. in c. pię mentis. & c. frigentius. xvj. q. vij. quæ cõcluſio
eſt vera, ſiue illegitimus ſuccedat in hæreditate, vel aliter
in vniuerſitate: in qua ſit ius patronatus, & ſic in conſe-
quentiam, ſiue etiam principaliter, vt putà, quando ei le-
garetur vel donaretur ius patronatus, vel ipſe illegitimus
capellam vel eccleſiam fundaret, dotaret, vel conſtrui fa-
ceret. ita concludit Rochus de Curte, in ſuo tract. de iure
patro. In verbo cõpetens. in ij. q. principali, vbi hunc arti-
culũ ad partes diſputat in verſ. Ego in hoc puncto. cuius
opinionẽ ſequitur Lãbertinus epiſcopus, in ſuo copioſo
tract. de iure patro. lib. j. fol. 64. in verſ. quæro decimò. &
tamẽ ius patronatus habet in ſe admixtã ſpiritualitatẽ.
tex. eſt in c. quanto. & ibi doct. de iud. Si igitur illegitimus
eſt capax iuriſpatronatus, i quo adeſt miſtura ſpiritualita-
tis, & laico ex gratia cõpetit, vt latè per Rochũ, in d. ſuo
tract.



tract. in verbo iuſtã fortiori dicendũ videtur, quòd illegiti
mus ſit capax pẽſionis, quæ nil ſpiritualitatis in ſe habet:
vt dictũ fuit ſuprà. Iſtis tamen nõ obſtãtibus, contrariam
opinionem tenendã puto: quòd imò illegitimus ſine diſpẽ
ſatione non ſit capax penſionis: pro qua faciunt infrà di-
3 cenda † Primò quia illegitimi ſunt odibiles legibus & ca
nonibus c. niſi cũ pridem. §. non tamẽ de renun. l. vulgo. ff.
de ſtat. homi. c. ſi gens anglorum. l. vj. diſt. vbi dicitur, quòd
tales non ſunt in bello fortes, in fide ſtabiles, honorabiles
hominibus, nec Deo amabiles. † Secundò facit, quia illegi-
4 timè nati nõ includuntur in diſpoſitione legali quãtũ ad
commodũ & honorem, ita voluit gl. in cle. j. de baptiſ. in
5 verbo liberi. † Tertiò pro iſta concluſione facit, quia natu-
rales nõ ſuccedũt in feudo etiam ſi ſint legitimi, tex. eſt. &
ibi doct. in c. naturales. in tit. ſi de feud. fuer. contr. in vſib.
feud. & eſt ratio, quia feudum eſt beneficiũ & honor: vt
dixit Bal. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inſti. & ſubſti.
Penſio autẽ beneficiũ eſt, ſicuti feudũ, quatenus beneficiũ
eſt beneuola actio gaudiũ tribuẽs capienti. de quo latè di
6 xi infrà q. xxviij. † Quartò facit quia illegitimi non ſucce-
dunt in emphiteuſi eccleſiaſtica, etiam ſi ſint legitimati: ita
voluit Bald. in d. l. generaliter. §. cum autem. & idem in c.
quæ in eccleſiarum. col. xviij. de conſtit. Alex. in l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. col. xij. ad Trebel. ff. & in l. ſi peperce-
rit. col. ij. ff. de liber. & poſthu. & latè per Iaſonem, in d.
§. cum autem. & latiſſimè per docto. in d. c. naturales. in
vſib. feud. vbi Matthæus de afflic. Fallit tamen dicta con-
cluſio, niſi eſſet legitimatus ad feuda & emphiteuſim ec-
cleſiaſticam, per habentem autoritatem faciendi talẽ le-
gitimationem: vt per doct. in d. c. naturales. Quintò facit:
quia certum eſt quòd penſio pẽdet à beneficio ex quo ex
trahitur, vt vidimus ſuprà q. j. in fin. Cùm autem aliquid
alicui prohibetur, videntur eidẽ omnia prohibita, quæ ex
eo ſequuntur l. non dubiũ. C. de legi. c. cùm quid prohibe
tur. de reg. iur. in vj. prohibitum eſt illegitimo poſſe conſe
qui eccleſiaſticum beneficium ſine diſpẽſatione: ergo idẽ
erit in penſione, quæ pendet & ſequitur ab ipſo benefi-
cio. facit text. in c. denique. diſt. iiij. vbi dicitur quòd ex
quo vſus carnium eſt prohibitus tempore quadrageſimę,
erũt etiam prohibitã oua, caſeus & lac: quia ex carne oriũ

Universidad de Deusto Biblioteca



ginē trahunt.facit etiam tex.in c.cos.lxxxj.diſtinct.vbi ha
betur quòd is qui eſt ſuſpenſus ab officio in pœnam deli-
ctj,in conſequentiam videtur etiam ſuſpenſus à beneficio
cùm propter officiū,detur beneficium. Ad idē facit text.
in c.paſtoral.de appel.vbi habetur,quòd illi cui eſt prohi-
bita cōmunio eccleſiæ,in qua eſt ſtipendiatus,prohibetur
etiā perceptio ſtipēdij & prouentuum illius:& eſt ad hoc
gl.no.& magiſtr.in d.c.cum quid prohibetur. de reg.iu.
in vj.in glo.j.Sexto facit:quia regulariter de ſtilo Curiæ,
cui reſeruatur penſio,datur etiam regreſſus ad beneficiū,
in euentum non ſolutionis penſionis; Per regreſſum au-
tem clericus penſionarius dicitur habere ius ad benefi-
cium:vt voluit Aeneas de falconibus,in tract.ſuo de reſer
ua. in. xlvij. effectu.nu.10. & 11. quod nō videtur cadere in
naturali non diſpenſato.Sic igitur videtur dicendum per
prædicta,quòd naturalis ſine diſpenſatione, pēſionem ſu-
per fructibus beneficij eccleſiaſtici habere nō poterit.Nec
obſtant ſupra in contrariū adducta.Et primò, quòd pen-
ſio ſit quid profanum,quia etiam emphiteuſis & feudum
ſunt quid profanum , & nullam in ſe ſpiritualitatem ha-
bent:vt de ſe patet & tamen horum non eſt capax illegi-
timus per ſupra dicta.Nec obſtat quòd pēſio cadere poſ-
ſit in merum laicum , quia idem de feudo & emphiteuſi.
Nec obſtat quòd illegitimus ſit capax iuris patronatus,
quia non valet conſequentia , quòd propterea ſit capax
7 penſionis ſine diſpenſatione. † Patet quia excōmunicatus
ex fundatione,dotatione,vel cōſtructione eccleſiæ,ius pa-
tronatus acquirit,licet donec non abſoluatur,illius nō ha
beat exercitium.Ita dicunt Ioan.And.Abb.& alij in c.no-
bis.de iur.patr.& Rochus de Curt.in d.tract.de iur.patr.
8 in verbo.competens.col.ij.verſ.ij.pro hac cōcluſione. † Et
tamen excommunicato penſio reſeruari non poteſt:vt vi-
dimus ſuprà q.xiiij.Poteſt & alio modo reſponderi, quòd
ius patronatus eſt introductum fauore eccleſiarū, vt laici
inuitentur ad illarum fundationem,conſtructionē, & do-
tationem,vt notatur in c.quoniam.de iur.patr.& per Ro-
chum in d.tract.ſuo in verbo ius.in ij.vbi reprobat opi-
nionem Abb. in c.ad apoſtolicam de ſim. qui dixit , quòd
ius patronatus principaliter fuit introductum fauore lai-
corum.hinc eſt quòd illegitimus eſt capax iuris patrona-





9 tus. † Patet,quia etiam meretrix eſt capax iuriſpatrona-
tus:vt per Roch.in d.tract.in verbo cōpetens. col. ij. ver.
ſed hic ſuboritur quæſtio acceſſoria.& Lambertinus epi-
ſcopus,in tracta.ſuo,de iure patro,lib.j. in x. artic.q.j. &
idem in dicto j.lib.lxxj.verſ.quæritur decimo.Penſio au-
tem non eſt introducta fauore eccleſiarum,ſed ad cōmo-
dum illorum, quibus ſolui debet.patet , quia eccleſiis eſt
10 oneroſa:imo dici poteſt quædam ſeruitus. † Ergo ex iure
patronatus ad penſionem non eſt bona illatio,cum ſint di
11 uerſa,vulgata.l.papinianus exuli.ff.de minor. † Sciendum
tamen eſt , quod ſi Papa ſciens , quòd aliquis ſit illegiti-
mus,ei reſeruet annuam penſionem ,licet ſecum non di-
ſpenſet,quòd defectu natalium nō obſtante,penſionē re-
tinere poſſit:nihilominus tamen valebit talis reſeruatio:
nam licet collatio beneficij facta indigno,ſit ipſo iure nul
la c.cum in cunctis.in princ.& in §. penul. iuncto c.inno-
tuit.§.quamuis.de elect.& latè per Nerutium. in c.j. col.
pen.& vult.de re iud.tamē Papa promouens ſcienter indi
gnū,videtur inhabilitati diſpenſare:facit quod voluit Bal.
12 in l.imperialis.§.C.de nupt.vbi dixit , † quòd Papa pro-
mouens ſpurium ad epiſcopatum,videtur cū eo diſpenſa-
re:ad idem facit quod voluit glo.in c.cum eccleſias.de ex-
cep.dicens quòd Papa concedens beneficium clerico inha
bili,videtur voluiſſe ſecum diſpenſare,ſi ſcienter contulit:
facit gloſ.in verbo oportet in d.l.imperialis.§.i.C.de nup.
13 & not.Bart.in l.quidam. ff. de re iud. † & dixit Bart. in l.
Barbarius.col.viij. verſ.ſed quid ſi Papa. quòd Papa pro-
mouens ſciēter indignum ad epiſcopatum , vtputà homi
cidam vel apoſtatam, cenſetur cum illo diſpenſare.Et di-
xit Abb.in c.ſi quando.de reſcrip.quòd quando Papa ſcri
bit pro notoriè indigno,vt illi beneficium conferatur,eius
mandatum exequi debet:quia conſtat de mente Papæ, in
caſu in quo poteſt diſpenſare. Et prædicta firmat idem
Abb.in c.fraternitatis.col. ij. & in c.præterea. de teſti. co-
gen.& ibi Felin.col. ij.vbi dicit,quod ſi princeps promo-
uet notoriè inhabilem,videtur tacitè diſpenſare. d.l.qui-
dam conſulebant.ff.de re iudic.& l.idem Vlpianus. ff. de
excuſ.tuto.nec tunc requiritur cauſæ cognitio, cùm in eo
ſola voluntas ſufficiat:vt notat Inn.in c.cum ad monaſte-
rium.poſt med.de ſta.mona.& concluſionem præmiſſam

Universidad de Deusto
Biblioteca



tenuit & ſequitur Decius in d.c.ſi quando.col.ij. in verſi.
ex ſupradictis, Abb.de reſcript.vbi illam defendit à qui-
buſdam obiectis.idem voluit Ioan.de Ana.in ca.veniens.
colum.j.de accuſa.Concluſionem ſuprà firmatam, quòd
illegitimus non ſit capax penſionis ſine diſpenſatione, in-
tellige procedere, ſiue penſio aſſignetur in titulũ benefi-
cij,iuxta ea quæ poſui infrà q.xxviij.in verſicu.iiij.limita.
ſiue aſſignetur penſio loco beneficij: vt doctores conſide-
rant.in c.quamuis.de præbend.in vj.quando autẽ penſio
aſſignaretur alicui in ſtipendium,tunc & eo caſu nulla di-
ſpenſatio illegitimis requiritur:quia talem penſionem ſi-
ne diſpenſatione habere poſſunt. faciunt ea quæ dixi j.
qõ.xxj. & iſto caſu procedere poſſunt ea quæ nuper vidi
voluiſſe.R.P. Ludouicum Gomes audit.Rotæ,virum acu-
tiſſimi ingenij,in commento regulæ cancell.de annal.poſ.
q.xxj.vbi dixit,quòd illegitimi & baſtardi, poſſunt penſio-
nes habere ſine diſpenſatione,& quòd ita tenuit Rota.Nã
ſic intelligendo, dicta per eum ſaluari poſſunt, ſecus ta-
men eſſet in pẽſione ſimpliciter aſſignata clerico illegiti-
mo ſuper fructibus beneficij. Et mihi certe durũ videre-
tur,quòd curia daret reſeruationem penſionis illegitimo
nõ diſpenſato:per ſupradicta tamen ſtilus Curiæ lex eſt.

## Illegitimus an poſsit per Epiſcopum diſpenſari ad penſionem.

### QVÆSTIO XVII.

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex.*
2 *Illegitimus ad ordines maiores, & ad curatum per Papam diſpenſatur.*
3 *Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo ad prælaturam & rectoriam, quæ non cadat in dignitatem.*
4 *Diſpenſandi facultas conceſſa epiſcopo latè interpretatur.*
5 *Epiſcopus quibus caſibus poſsit diſpenſare.*

DEcimoſeptimò quæro, ſuppoſita veritate ſupra-
dictæ concluſionis, de qua in præcedenti proxima
quæſtio. An illegitimus poſsit ab epiſcopo diſpenſari ad
1 penſionẽ?† in iſta q.dicendum videtur quòd ſic,quia epi-
ſcopus



ſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo quo ad minores
ordines:& vt obtinere poſsit beneficium,cui cura nõ im-
mineat animarũ.text.eſt clarus in c.j. de fil. presbyt.in vj.
2 & ibidem Ioan.Andr.Gemin.Pet.de Anchar.& alij.† Ad
ordines verò maiores, & ad beneficia curata non poteſt
diſpenſari, niſi per Papam: vt eſt text.ibi, penſio enim ſi
aliqualiter comparari poſſet beneficio eccleſiaſtico,ma-
gis ſimplici comparanda eſſet, quàm curato licet propriè
loquendo eorum neutri cõparari poſsit.Nihilominus vi-
detur,quòd ſi epiſcopus diſpenſat cum illegitimo,quò ad
beneficium ſimplex,quod eſt quid maius: quia beneficiũ
datur in titulum,ſecus in penſione quę morte penſionarij
nõ vacat,ſed extinguitur,vt dictum fuit ſuprà q.xij.à for-
tiori diſpenſare poterit quo ad penſionem. facit reg.iur.
3 cui licet.de reg.iu.in vj.corroboratur dicta opinio:† quia
epiſcopus poteſt etiã cum illegitimo circa prælaturã vel
rectoriam quæ nõ cadit in nomen dignitatis vel perſona-
tus diſpenſare:ſecundum Archi.Ioan.And.Pet.de Anch.
& Franc.in d.c.j.de fil.presbyt.in vj.vbi Franc.col.ij.verſi.
in gl.in verbo beneficiũ.Quinimo poteſt etiam epiſcopus
diſpenſare cum patiente defectũ nataliũ, vt habere poſsit
canonicatũ in eccleſia cathedrali:vt cõcludunt Doct.in d.
c.j.vbi Domi.& alij.Et habetur etiã per Oldr.in cõſil.ſuo
CCXV. incip.puncta breuia,col.iij. iſtam quæſtionem ab
aliquo tactam nõ inueni:ideo circa eam aliorũ opiniones
referre nõ poſſum,circa quam puto dicendũ, quòd in ca-
ſibus in quibus poteſt epiſcopus pẽſionẽ aſſignare,de quo
vidimus ſuprà q.vj.in eiſdem poſsit cũ patiente defectum
nataliũ,quòd penſionem ſuper fructibus beneficij cõſequi
4 poſsit,diſpẽſare:† præſertim,quia facultas diſpẽſandi con
ceſſa epiſcopo,vt ſuprà,eſt latè interpretanda.vt not. Doc.
in d.c.j.de fil.presbyt.in vj.vbi Franc.col.ij. & idem eſt in
poteſtate legitimãdi:quæ cum ſit fauorabilis,eſt amplian-
da:quamuis ipſa legitimatio ſit odioſa: vt per Iaſ.cõſilio
CLVI.incipiente,quoniam per eximium.col.iiij.in fin.in
iiij.volum.in caſibus autem, in quibus epiſcopus pẽſionẽ
imponere non poteſt:vt in beneficiorũ caſibus puto dicen
dum quod non poſsit,etiam circa illius reſeruationẽ cum
illegitimo diſpenſare.arg.tex.in d.c.j.ſed tali caſu ſit ne-
5 ceſſaria diſpenſatio ſedis apoſtolicæ.† In quibus caſibus

Universidad de Deusto Biblioteca



epiſcopus diſpenſare poſſit,& in quibus nõ,vide latiſsimè
per Specu.in tit.de diſpen.in §.nunc de epiſcorum. & per
Bertachi.in ſuo eleganti tract.de epiſc.lib.iiij. in ſecunda
parte in rubr.de aut.epiſcopi circa ſpiritualia.q.xlviij.

## Diſpenſatus ad beneficia ſimplicia & curata, an penſionem habere poſsit.

### QVAESTIO XVIII.

1 *Quem licet occidere, licet verberare.*
2 *Mulier bannita ſi poteſt occidi, an poſſit adulterari.*
3 *Argumentum à maiori, locum habet in ſtatuto.*
4 *Extenſio non fit in diſpenſationibus iam factis.*
5 *Diſpenſatus vt ad archiepiſc. tranſire poſſit, non poteſt tranſire ad epiſcopatum.*
6 *Diſpenſationes ſuper defectu natalium ſunt reſtringendæ.*
7 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, reſpectu diſpenſati.*
8 *Argumentum de maiori ad minus, locum non habet in diſpenſationibus.*

DEcimoctauo quæro, præſuppoſito quòd illegitimus
non ſit capax penſionis, ſuper fructibus beneficij ſi-
ne diſpenſatione, de quo dixi ſuprà q.xvj. vtrum diſpen-
ſatus ad beneficia ſimplicia & curata, vigore talis diſpen-
ſationis habere poſſit penſionem ſuper fructibus ſimpli-
cis vel curati beneficij: & videtur dicendum quòd ſic:
quia ſi ei licet habere beneficia, à fortiori videtur quòd
habere poſſit pẽſionem, quæ eſt quid minus c.cui licet.de
regul.iur.in vj.& l.non debet. ff. eo quòd autem penſio ſit
quid minus, patet: quia à beneficio extrahitur,& ab eo
1 dependet, vt vidimus ſuprà † q.j.facit:nam videmus quòd
ſi eſt licitum alicui aliquem occidere, à fortiori eſt licitũ
illum verberare,& iniuriis afficere.l.nec in ea.ff. de adult.
& ibi Bart.Hinc eſt, quòd dicebat gloſ.in l.iij. C. de patri.
qui fil.diſtr, quòd ſi pater poteſt filium vendere, à fortiori
illum pignori dare poterit: quam ibidem ſequitur Azo in
ſumma:& dicit Nellus in tract.ſuo bannitorũ, in ſecunda
2 parte ſecũdi temporis q.xlvj.† quòd ſi mulier bannita po-
teſt occidi, à fortiori poterit adulterari, cum homicidiũ
ſit maius quàm adulterium c.ſi quid verius.xxxiij.q.ij. eſt
tamen



tamen aduertendum circa hoc dictum Nelli, quod cõtra-
rium tenuerit Bald.in l.fin.C. ſi contra ius vel vtil. public.
cuius opinionem contra Nellum cõmunem eſſe, atteſtatur
3 Decius in c.quæ in eccleſiarum.col.vij.in fi. verſ.† & ideo
infert.de conſtitu.iſtud arg. à maiori, habet etiam locũ in
ſtatutis vt habetur per Bald.in l.quòd verò.verſ.ſed pone.
ff.de legib.& in l. ij. C. de in ius vocand.& in l.affinitatis.
verſi.pone ſtatutum.C.communia.de ſucceſ. Prædictis ta-
men non obſtantibus, contrariũ videtur de iure dicendũ,
quòd diſpenſatus ad beneficia ſimplicia & curata, ratio-
ne defectus natalium penſionẽ conſequi non poſsit ſuper
fructibus beneficij, ſine expreſſa diſpenſatione ad penſio-
nes. Nam regula prædicta cui licet, locum non habet in
4 diſpenſationibus † iam factis, in quibus non fit extenſio,
etiã ad caſum habẽtem maiorẽ rationem: vt inquit Hoſt.
in capit.poſtulaſti.de reſcrip.allegat text.in c.j.& ij. de fil.
presbyt.idem voluit Abb.in c.at ſi clerici.§. de adulteriis.
de iudic.& habetur per Felin.in d.cap.poſtulaſti.col.xj.de
reſcrip.Hinc dixit Io.And.in c.quæ à iure cõmuni. in mer
curi. quòd licet epiſcopus diſpẽſet cũ monacho ad cura-
tum, nõ tamẽ vigore talis diſpenſationis beneficiũ ſimplex
5 habere poterit.& † dicit etiã text.in c.fi.de tranſl.prælat.
quòd diſpenſatus, ſi poſſit tranſire ad archiepiſcopatum,
non poterit tranſire ad epiſcopatum.& eſt ratio, quia di-
ſpenſatio eſt odioſa & reſtringenda, ideo eſt, quod diſpen
ſatio facta ad certũ actum, non habet locum in alio actu.
Iaſ.in conſi.cxxvij.incip.dubitatur in occurrente. colum.
fin.num.9.in iiij.vol.confirmat prædictam concluſionem:
quia videmus quòd is cui eſt mãdatũ prouideri de bene-
ficiis, vigore talis mandati penſionẽ conſequi non potuit.
tex.eſt in c.quamuis.el j.de præbend.in vj.concludendum
igitur videtur ex prædictis, quòd diſpenſatus ad beneficia
ſimplicia & curata: vigore talis diſpẽſationis penſionem
6 conſequi non poterit.† Facit ad prædicta, quia diſpenſa-
tiones ſuper defectu nataliũ, ſunt reſtringẽdæ c.lator.in j.
gl.qui fil.ſint legi.& ibidem Ioan.And.ea enim quæ con-
tra rationem legis introducta ſunt, reſtringuntur l.quod
verò.ff.de leg.Matthæus de afflic.in c.naturales.ſi de feud.
fue.controuer.inter domi.& agnat.verſi.ij.not.num.26. &
7 dixit Ioan.de Ana.† poſt Ioan.And.in c.mandato.cõl.j.de

Universidad de Deusto Biblioteca



ſimo. quòd diſpenſatio eſt ſtricti iuris, reſpectu illorum
cum quibus diſpẽſatur. Sed reſpectu illius cui datur pote
ſtas diſpenſandi, eſt late interpretãda: quia quò ad ipſum
8 eſt beneficium. † Ad allegata ſupra in contrariũ reſpon-
deri poteſt, quòd argumentum de maiori ad minus, locũ
non habet in diſpẽſatione iam facta, per doctrinã Hoſt.
in d. capit. poſtulaſti. de reſcript. cum aliis ſupra adductis.
Quinimo etiam ex identitate vel maioritate rationis, nõ
valet argumentum de maiori ad minus in diſpenſatio-
nibus iam factis: vt per Lancel. gallaulam in l. ij. ff. de ver-
bor. obli. col. ij. allegat Panor. in c. at ſi clerici. §. de adulte-
riis colum. iij. de iud. & prædicta concluſio procedit, præ-
ſuppoſito quòd vera eſſet concluſio ſupra firmata q. xvj.
quod illegitimus penſionem conſequi nõ poſſit ſuper fru
ctibus beneficij ſine diſpenſatione, vt ſupra dixi; Limitan-
da tamen eſſet præmiſſa concluſio, quod illegitimus pen-
ſionem conſequi nõ poſſet, etiam diſpenſatus ad ſimplicia
& curata: non autem ad penſionẽ vt non procedat, qu an-
do taliter diſpenſatus conſecutus fuiſſet beneficium ſim-
plex ſiue curatum, & illud renuntiaſſet, reſeruata ſibi an-
nua penſione ſuper fructibus illius, quia ſi potuit retine-
re totum beneficium, ergo & illius partem, videlicet pen-
ſionem retinere poterit, cum idem iuris ſit de toto quo
ad totum, quod de parte quo ad partem c. maioribus, de
præben. & l. quæ de tota. ff. de rei vendic.

## Illegitimus diſpenſatus ad beneficia cum cura & ſine cura, & ad alia quæcunque beneficia, an penſionem conſequi poterit vigore talis diſpenſationis?

### QVAESTIO XIX.

1 *Penſio comprehenditur vbi dicitur: & aliud quodcunque bene-ficium.*
2 *Dictio quodcunque, denotat omnimodam generalitatem.*
3 *Feudum conceſſum alicui pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque, dicitur eſſe hæreditarium.*
4 *Statutum puniens occidentem aliquem quouis modo, & quali-tercunque, comprehendit homicidam non doloſum.*





5 *Vbi requiritur de aliquo ſpecialis mentio non ſufficit generalitas verborum.*
6 *Conferre non poteſt beneficia reſeruata, qui conferre poteſt qua-litercunque vacantia.*
7 *Mandatum quòd alicui prouideatur de beneficio ſpectante ad præſentationem quorumcunque, non intelligitur de iure pa-tronatus laicorum.*
8 *Diſpenſatio illegitimi ſemper strictè intelligitur.*

DECIMONONO quæro: præſuppoſito quòd illegi-
timus non poſſit penſionem habere ſine diſpenſa-
tione: vt dixi ſupra q. xvj. ſi per ſedem apoſtolicam ſit di-
ſpenſatum cum patiente defectum nataliũ: vt eo nõ ob-
ſtante habere poſſit beneficia cum cura & ſine cura, &
alia quæcunque beneficia. An taliter diſpenſatus penſio-
nem cõſequi poſſit: ſuper fructibus beneficij & pro parte
affirmatiua facit: quia licet appellatione beneficij eccle-
1 ſiaſtici non cõprehendatur † penſio c. quãuis. el j. de præ-
ben. in. vj. tamen vbi dicitur, & aliud quodcunque benefi-
cium, cõprehenditur pẽſio, & preſtimoniũ: vt voluit Feli.
in c. poſtulaſti. col. x. verſi. quarta declaratio. de reſcr. alle-
gat gloſ. in Clem. ij. in verbo quodcunq; de vit. & honeſt.
cler. hoc idem voluit Cacci alupus in ſæpe allegato tract.
ſuo, de penſ. q. vlt. Ad idem facit quod voluit idem Fel. in
d. c. poſtulaſti. col. xj. in verſic. ſimiliter dicit Anania: vbi
refert Ioan. de Anan. in c. ij. in iij. colum. de cle. pugnan. in
duel. poſt Abb. ibi dicentem, quòd diſpenſatus ſuper be-
neficio intelligitur diſpenſatus ſuper beneficio ſimplici:
Dicit autem Felin. ibidem. hoc fallit quando diſpenſatio
diceret ad quæcunque beneficia. allegat Io. And. in addit.
Spec. in rubr. de fil. presbyt. & Rotam deciſ. ij. in antiquis
ſub eadem rub. quæ eſt Deciſ. x i v. incipiens nota quòd
ſi aliquis. ad idẽ eſt 1 1. Deciſ. Rot. in antiq. nu. 408. incipit.
2 nota quòd voluerũt domini, † Facit quia dictio quodcũ-
que, denotat omnimoda generalitatẽ, & ideo vbicunque
apponitur in lege, vel canone, ſi lex vel canõ nõ diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus. c. ſolitæ. prope fine. de ma-
ior. & obed. & ibidẽ Abb. in vlt. no. faciũt etiã ad prædicta
ea quæ dixit Dec. in ſuo coſ. 1 x x v 1 1 1. incip. licet in caſu
3 propoſito. ij. col. in fi. j. vol. vbi voluit, † quod licet feudum

accepium

Universidad de Deusto
Biblioteca



acceptum pro ſe & hæredibus ſuis non dicatur hæreditariũ,cum eo caſu ad extraneos nõ tranſeat hæredes: tamẽ hæreditariũ erit quando alicui cõceſſum fuerit pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque:quia tunc traſibit ad hæredes,etiam extraneos,citat ad hoc Bald.in l.cum virũ.col.fin.C.de fideicõ.& Alex.in l.ſi patroni.in princ.col,penul.ff.ad Trebel.idem voluit Bald.in l.imperialem.in prin.de prohib.feud.alien.per Fed.& latè tradunt Docto.vbi per Aret.& Iaſonem in l.gallus.§.etiam ſi à parente.ff.de lib.& poſth.& prædicta doctri.Bald.eſt communiter approbata.Ad idem facit quod voluit Ang.in l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de edil.edict.vbi dixit quod ſi fideiuſſor promiſit principalẽ quandocũque pręſentare,intelligitur per illam dictionem quandocunque, quod etiam poſt ſententiam præſentare teneatur licet aliàs ſecus eſſet.l.græce.§.
4 poſt litem.ff.de fideiuſ.† Hinc eſt,quod Salic.in l.ſi ſerui.C.de noxal.dixit,quòd ſi ſtatutum punit occidentem aliquem quouis modo & qualitercũque, tale ſtatutum comprehendit etiam homicidam nõ doloſum, ſed culpoſum, licet aliàs eſſet ſecus. Pro parte verò negatiua, quod taliter diſpenſatus aſſequi nõ poſſit penſionem ſuper fructi-
5 bus beneficiorum, faciunt infra dicenda:† & primò,quia quoties iura requirũt, ꝙ de aliquo fiat ſpecialis mentio: tunc illud non cõprehenditur ſub illa generalitate verborum:& aliud quodcunque.text.eſt expreſſus in ca.cum in illis.in prin.de præb.in vj.vbi expreſſe dicitur,quod quando mandatur alicui prouideri de eccleſiis, perſonatibus, dignitatibus vel aliis beneficiis quibuſcunque,in tali mandato non comprehenduntur beneficia curam animarum habentia.niſi expreſſe ſit dictum : quia animarũ cura debet ſpecifice exprimi:vt ibi,modo inferẽdo ad caſũ noſtrum iure cautũ eſt,quòd quando mandatur alicui prouideri de beneficiis,non veniat penſio, niſi de ea ſit facta expreſſa mentio.text.eſt clarus in dicto capi.quamuis ibi, niſi de pẽſione in noſtris literis mẽtio habeatur expreſſa, ergo in dictis verbis,& alia quæcunque beneficia, penſio non comprehenditur.Nam non veniunt ſub aliqua generalitate verborum,quantumcunque prægnatiũ requirentia de ſe ſpecialem mentionem, quod etiã probatur per gloſ.in ca.inquiſitores.in ver.expreſſe.de hæret.in vj.& in





cle.ij.in verbo ſpecialis.de offi.ord.& facit tex.& ibi not.
6 per doct.in c.j.de præben.in vj.†Secundò facit quod voluit Domi.in c.ſi cui nulla,in fine.proximè allegato tit.de præben.in vj.vbi dixit, quòd is cui data eſt facultas cõferendi beneficia qualitercunque vacantia.conferre nõ poterit beneficia reſeruata:vt per conſtitutionem c.execrabilis.vel alio modo.idem voluit Fran.in d.c.ſi cui nulla.in
7 fi.†Tertiò facit doctrina domi.in d.c.cum in illis.§.j.col.vlt.de pręben.in vj.vbi dixit,quòd etiam ſi diceretur in literis Papæ,quòd alicui prouideatur de beneficio ſpectate ad præſentationem quorumcunq;:quod tamen nõ intelligetur de beneficiis ſpectantibus ad præſentationem laicorum, dicens idem Domi.poſt Lap.ibi,quod ita conſuluit Ioan.And.& idem voluit Ant.de But.in c.dilectus.col.iiij.de offic.leg & hanc opi.Ioan.And.Lapp.Butr.& quæ etiam fuit Ioan.de Fantu.& non habere contradictorem atteſtatur Feli.in tract.ſuo,quando lit.apoſtólicæ præiudi.patri.eccle.col.iij.circa finem.Quartò facit doctrina Bald.Angel.& Alexand.in l.ſi filius à patre.§.fin.per illum text.ff.de lib.& poſthu.vbi dicunt, quod habẽs poteſtatem diſpenſandi cum quibuſcunque,in qualicunque ſtatu ſint,non poterit diſpenſare ſuper defectu iuris diuini vel naturalis.hanc doctrinã refert & ſequitur ſolennis doctor,præceptor meus Do.Io.Crotus de Monte ferrato.in c.j.de conſti.in verſic.primus caſus eſt quando
8 princeps:† Quintò facit:quia habilitatio facta illegitimo,ſemper ſtricte intelligitur:vt voluit Ioan.And.But.& Imol.in c.licet.de tranſla.præla.& eſt gl.in c.ordinarij.in verbo diſpẽſationes.de offi.ordi.in vj.& ibi Domi.ſequitur Fel.in c.cauſamque.col.x.verſi.limita hanc.de reſcri.tenendo iſtam partem, ad allegata ſupra in contrarium poteſt reſponderi, & primo dum dicitur ex mente Fel.& Caccialupi,quòd vbi dicitur,& aliud quodcunque beneficium,venit penſio,dici poſſet ex prædictis, quòd eorum opinio non ſit vera, quando exprimũtur prius beneficia, vtputa curatum & non curatum: demum dicitur & alia quæcũque beneficia.Nam dictiones geminatæ, vt eſt illa quæcunque,adiectę dictioni alius alia aliud, reſtringuntur ad ſimilia. expreſſus caſus eſt in l.ſi fugitiui.& ibi glo.communiter approbata.C.de ſer.fugit.Ita dixit poſt

Universidad de Deusto
Biblioteca



alios Sozi.in conſi.ſuo c l i i i. incip.in caſu cõuentionis, col.j.verſi.primùm probatur,in iij.volum. vbi alios citat idé conſi.c x.incip.viſo ſtatuto & conſi. x x i i i. col. j. & conſi.l x x x v i.col.vlt.in iiij.vol.item dicas quòd Feli. & Caccialupus allegant pro fundamento eorum opinio.gl. in d.c.e.ij.in verbo quodcunque.de vit.& honeſt.cle.quæ glo.loquitur de penſione,in titulum aſſignata clerico vel ſacerdoti,& non de ſimplici pẽſione : ideo ex illa nõ probatur eorum opinio.Adde prædictis, quòd ſi ſit lata ſententia contra clericum priuatoria quorumcũque beneficiorum,cõprehendũtur tantũ penſiones quæ in titulum dantur:ſecus in aliis. Ita deci. rot. vt refert Gomes audi. Rotæ,in com.regu.cicel.de anna.poſ.j.q.xxj. in fi.faciunt quæ dicam infra q.xxviij. Ad alia allegata in contrarium reſponderi poteſt,quòd procedũt in caſibus in quibus nõ eſt lege cautũ , quòd de aliquo fieri debeat ſpecifica vel expreſſa mentio,tali enim caſu ſub omnimoda generalitate,omnia cõprehenduntur habilia cõprehendi.Ita intelligitur tex.in d.c.ſolitæ.de maio.& obed. prope finem ea autẽ quę in generalitate habiliter cõprehendi nõ poſſunt ſub eadẽ nõ cõprehenduntur,cum ad habilia tantũ extẽditur.text.eſt clarus in l.vt gradatim. ff. de muner. & hono.in.§.ſed ſi.l.j.C.de ſacroſa.eccle.glo.in cle.j. de ſequeſt.poſ.& fruct.in glo. ſi. per Alex. & Imol.in l. de pupillo.§.qui opus.ff.de no.ope.nunc.ad doctrinam Salic.in d.l.ſi ſerui.de noxa.dicas quòd eius deciſio non eſt vera: patet,nam qui occidit aliquem ad ſui neceſſariam defenſam,id facit iure permittente, cũ defenſio ſit de iure naturæ.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.quæ quidẽ defenſio nec per ſtatutũ,nec per principem tolli poteſt : vt in cle. paſtoralis.§.cæterũ.de re iudi.& per iſta fundamenta deciſionem prædicta Sal.reprobat ſolẽnis doctor & præceptor meus dominus Carolus Ruinus,in ſua elegãti rep.§.renũtiatio. l.hoc edicto.ff.de no.oper.nunc.col.xvj.nu.75.& prædicta ſanè procedunt præſuppoſita concluſione , de qua ſuprà q.xvij.pro vera:videlicet quod illegitimis nõ ſit capax pẽſionis ſine diſpenſatione:tamẽ præmiſſis omnibus nõ obſtantibus.ſi eſſem iudex,iudicarem ſemper illegitimũ diſpenſatum quo ad ordines & ad beneficia,eſſe capacẽ eccleſiaſticæ pẽſionis , & iſto etiam modo procedere poſſet

quod



quod voluit Reuer.pater Ludo.Gomes,Rotæ auditor , in cõmento regu.cicel.de anna.poſ.q.xxj.circa fin. dum dixit illegitimum capacem eſſe penſionis ſine diſpẽſatione.

## Si fiat reſeruatio penſionis illegitimo,non facta mentione, quòd ſuper eo ſit diſpenſatus , an valeat reſeruatio talis.

### QVÆSTIO XX.

VIGESIMÒ quæro , ſi illegitimus ſit diſpenſatus ad beneficia,& fortè etiam ad penſiones, quatenus eſſet opus de expreſſa diſpenſatione , etiã ad penſiones de quo dixi ſupra q.xvij.An literæ expeditæ ſuper reſeruationes annuæ penſionis,in quibus de huiuſmodi diſpenſatione non eſt facta mentio, ſint ſubreptitiæ:dicendũ eſt quod non:facit ad hoc deciſio Rotæ.nu.280.incip. Nota, quòd vbi eſt diſpenſatum.in antiquis,vbi Domini de Rota decidunt,quòd diſpenſatus vt poſſit tenere duo beneficia,nõ obſtante defectu natalium, ſi impetret beneficiũ nulla facta mentione dictæ diſpenſationis, valebit tamen impetratio.& ita audio ſeruare Curiam.

## Laicus an ſit penſionis capax.

### QVÆSTIO XXI.

1 *Clericus ſeu Laicis benemeritis, prælatus aſſignare poteſt aliquos redditus ad eius menſam ſpectantes.*

2 *Laico pauperi aſſignari poſſunt decimæ ad eccleſiam ſpectantes in eleemoſynam.*

3 *Præbenda à Canonicatu ſeparata, poteſt laico aſſignari.*

4 *Papa poteſt laicum priuilegiare vt beneficia tenere poſſit.*

5 *Laicus ex priuilegio apoſtolicæ ſedis, beneficia conferre poteſt.*

6 *Leo x pontifex,primus in vrbe creauit milites Sancti Petri.*

VIGESIMOPRIMÒ quæro,an laicus ſit capax penſionis,ita,quòd ei reſeruari poſſit annua penſio ſuper fructibus beneficiorũ ſibi quoad vixerit,ſoluẽda.Circa hanc quæſtionẽ,Arch,in c.quamuis verſi.prouideri.de præben.in vj.dicit,quòd ſic, loquendo tamen de pẽſione,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ in mera temporalitate cõſiſtit. & nil habet ſpiritua-
litatis.iuxta ea quæ dixi ſuprà q.j.idẽ voluit in d. c. quã-
uis. Franchus in ij. not. & Petr.de anchar. col.j.verſi.iiij.
collige.Idem voluit Bal. in c. ad audientiã. el ij. de reſer.
dicens, quòd penſio ſui natura non cenſetur beneficium
eccleſiaſticum,cum etiã laico aſsignari poſsit. Idem vo-
luit ibidem Felin.colum.iiij. in fi. verſi.iiij. concluſio , &
ibidem collecta:& Archi.in c.ſi motu proprio. colum. fi.
verſi.beneficium.de præbend.in vj.Card.in clemen.ij.de
offi.ordi.q.ix.Ioan.de Imol.in clemen.j.col.vj.verſ.quærit
Gulielmus.de reb.eccle.non alienan.mouetur per tex.in
1 c. poſſeſsiones xvj. q.j. & c.illud.q. vj. eadem cauſa.† fa-
ciunt ad prædictam concluſionem ea quæ voluit Lauren.
& poſt eum Zenzel.in clemen.j.de reb.eccl. non alienan.
quos refert ibidem Card.q.xv.vbi dicunt,quòd Prælatus
aliquos redditus,ad ſuam menſam ſpectantes, tempora-
les tamen,poteſt clericis,ſeu laicis benemeritis,cõcedere
2 ad tempus , vel ad vitam. † Quinimò & laico pauperi in
eleemoſynam,& ad ſuſtentationem aſsignari poſſent de-
cimæ ad eccleſiam ſpectantes:non tamen vt illas in titulũ
haberet,ſicuti clerico aſsignantur,ad quem pertinẽt ra-
tione beneficij.ita voluit Lauren.quem refert & ſequitur
Car.in d.clem.j.q.xvj.allegat Innoc.in c.cauſam.de præ-
ſcript. & faciunt ea quæ latè ponit Oldradus in conſilio
CCXXVI. incipiente,quidam Epiſcopus : vbi impugnat
penſionem conſtitutam cuidam nobili, per Epiſcopũ de
eccleſia ſua benemerito , ex eo quòd eſſet in quantitate
exceſſiua,& nimis oneroſa illi eccleſiæ. Si ergo id poſſet
epiſcopus electus in partem ſolicitudinis,à fortiori pote-
rit Papa electus in plenitudine poteſtatis:ad quod faciũt
dicta ſuprà q.vj.iſtam concluſionem tenuit etiã Caccia-
lupus,in tract.ſuo de penſio.q.xiij.dicens,quòd in ſtipen-
dium,ſeu piã ſubuentionẽ , poteſt laico aſſignari annua
3 penſio.†Pro iſta concluſione facit etiam, quià præbenda
ſeparata à canonicatu,& ſic à iure ſpirituali , etiam laico
aſſignari poteſt.glo.in c.cum M.Ferrarienſis,in verbo re-
periunt.de conſtitut.& ibidem Abb. dicens , quòd laicus
poteſt habere præbendam in eccleſia, non canoniam. Nã
præbenda ſine canonicatu,conſiſtit in mera temporalita-
te,cùm ex temporalibus bonis cõſtituatur,& cadit etiam
in lai



in laicum.Idem voluit Inno.in c.maioribus.de præben.&
Ioan.de Ana.in c.tua nos.in vlti.not.de ſimon.Vbi autem
præbenda eſſet annexa canonicatui:tũc cenſetur quid ſpi
rituale:probatur in c.dilecto.de præbẽdi.ita dicit Abb.in
loco præallegato:& Card.in clemen.fin.q.ij. de præbend.
ad idem Abb.in d.c.maioribus.de præbend. & latè tradit
poſt alios Felin.in d.c.cùm M.Ferrarienſis. col. vj. verſic.
in glo.in verbo receperunt. & ideo tunc non poſſet laico
aſſignari : cùm ſpiritualium non ſit capax c. cauſam. de
præſcript.nec illum tenere poſſet & adminiſtrare c.ij. de
iudi.c.fin.de reb.eccle.non alienan.& c. bene quidẽ. xcvj.
diſtin.Et idem dicẽdum eſſet,quando penſio eſſet loco be
neficij eccleſiaſtici:pro vt conſiderant doct. in d.c. quam-
uis.de præbend. in vj. & dicam infra q. xxviij. in fin. nam
tunc penſio non caderet in laicum,cui beneficium nõ po-
teſt conferri per ſupradicta , niſi ſuper hoc eſſet à Papa
4 priuilegiatus. †Poteſt enim Papa laicum priuilegiare , vt
beneficia tenere poſſit:vt habetur per Inno.in c.quanto,
de conſuetudi.& ibi Abb.hinc videmus quòd Rex franco
rum eſt canonicus in eccleſia S.Hillarij ciuitatis Pictauiẽ-
ſis,vt dicit Abb.in c.extirpandæ.§.quia verò, in repet. col.
5 xj.de præbend.†Poteſt etiam laicus , non ſolùm priuile-
giari à Papa,vt beneficia retinere poſſit : ſed vt illa poſſit
conferre:vt notant docto.vbi Domi.in c.ij.de præbend.in
vj.& in c.ſacroſancta.& in c. meſſana. de electio. & in c.
præterea.vbi docto.de iur. patrona. & in c. imperium. x.
diſtin.gloſſ.in c.verum.in verbo ducibus xxij . diſtinct. &
in c.menna.in verbo arbitrium.ij.q.v.Petrus de Ancha.in
c.j.col.j.de regul.iur.in vj.vbi dixit , quòd ad laicum non
poteſt,niſi ex priuilegio,pertinere ius conferendi beneſi-
cia.vide Archi.in c.imperium.ſuprà allegato : & in c.Ha-
drianus.el j.lxiiij.diſtinct.docto.in c.dilecto. de teſti.Abb.
in rubr.de iudi.col.penul.Abb.in c.nouit.in gl. in verbo.
conſuetudine.de iudi.& Præpoſitum in d.c.imperium. Et
vide Corſetum in iſto artic.plura accumulantem in tract. 8
ſuo,de poteſta.& excel.regia. q. xj. vbi cõnumerat omnes
Principes Chriſtianos priuilegiatos ab Apoſtolica ſede,
circa beneficiorum collationem,aut denominationẽ præ-
latorum : qui tangit & examinat etiam illum articulum,
an laicus ius conferendi beneficia præſcribere poſſit. Ad

Univerſidad de Deusto Biblioteca

prædicta vide etiam Ioan.de Sylua,doctorem vltra monta-
num,in tracta.ſuo de beneficio in ij.parte.q. xxiij. & in j.
parte q.vij.Erit ergo firma cõcluſio ſecundum omnes do
cto.quod penſio,prout eſt quid temporale,nil ſpirituali-
tatis habens poſſit etiam laico reſeruari, propter eius be
nemerita erga eccleſiam vel pro eleemoſyna & eius ſu-
6 ſtentatione.†Vnum non omitto,quod felicis recordatio-
nis Leo x.qui primus in vrbe creauit collegium militum
Sancti Petri,eiſdem militibus indulſit,vt etiam merè laici,
poſſent obtinere penſiones ſuper fructibus beneficiorum
vſque ad ſummã ducatorum centum quinquaginta:vt ex
priuilegio dictis militibus conceſſo apertè legitur, quo-
rum orationi præſens fui,tunc in curia exiſtens.

## Reſeruatio penſionis facta alicui tanquam clerico:qui tamen erat laicus,an valeat.

### QVAESTIO XXII.

1 *Cauſa poſita in narratione legis vel ſtatuti, præſumitur impulſiua.*
2 *Cauſa impulſiua ceſſante, non ceſſat effectus.*
3 *Cauſa impulſiua, non dicitur propriè cauſa.*
4 *Effectus durat ſtante cauſa finali,deficiente impulſiua.*
5 *Ceſſante cauſa impulſiua,ceſſat effectus in beneficialibus.*
6 *Litteræ reſeruationis penſionis in multis regulantur, vti literæ beneficiales.*
7 *Motus proprius facit valere gratiam,non obſtante ſurreptione.*
8 *Penſio reſeruata alicui, vti clerico,qui erat laicus, an valeat.*
9 *Falſa cauſa dans cauſam conceſſioni,etiam ſi de corpore conſtet, vitiat gratiam.*
10 *Vitiatur reſcriptum,ſi Papa mandat alicui tanquàm ſcolari Bononienſi prouideri,qui tamẽ erat Paduanus Bononiæ ſtudẽs.*
11 *Faciẽs ſe clericum,cum non ſit,punitur iudicis arbitrio.*
12 *Collatio beneficii facta alicui tãquã clerico,qui tamen clericus nõ erat,& ſi habitũ geſtabat & p clerico ſe gerebat,nõ valet.*
13 *Clericus eſt laico dignior & maior.*
14 *Stilus Curiæ ius facit & pro lege ſeruatur.*
15 *Penſionis reſeruatio facta alicui tanquàm clerico , qui clericus non erat etiam motu proprio,non valet.*





16 *Tẽpus datæ inſpicitur in gratiis,non habilitas ſuperueniens.*
17 *Tempus datæ inſpicitur in conſideranda delegati habilitate.*
18 *Ordo clericalis in beneficiis eſt de ſubſtantia.*

VIGESIMOSECVNDÒ quæro , an reſeruatio pen-
ſionis facta alicui tanquàm clerico , qui tamen erat
merus & purus laicus,valeat? Iſtam quæſtionem non in-
uenio ab aliquo examinatam:circa quam putarem diſtin
guendũ, quòd aut penſio aſſignatur per ſedẽ Apoſtolicã
alicui vti benemerito de eccleſia vniuerſali, vel particula-
ri,aut pauperi,vt ſe ſuſtẽtari valeat , vt ſupra proxima q.
dictum fuit:aut ſimpliciter aſſignatur,alicui prædictis ceſ
ſantibus:& puto dicendum primis duobus caſibus, quòd
ſi in literis reſeruationis eſſet expreſſa cauſa meritorum,
vel paupertatis eius,cui penſio reſeruatur:quòd eo caſu,
dato quòd ille non eſſet clericus,non propterea conſtitu-
tio penſionis vitiaretur:tũ quia ex cauſis prædictis poteſt
penſio laico aſſignari,vt ſupra dixi proxima præcedenti
q.tum etiam,quia licet in reſeruatione prędicta Papa nar
raret illum clericum,illa cauſa clericatus non eſſet cauſa
fin.propter quam Papa mouetur ad aſſignationem pen-
1 ſionis.†facit quod ſingulariter voluit Ioan. And.in c. pen.
de immu.eccle.in vj.quem ibi ſequitur Gemin.& Franch.
in c.cum ceſſante.ij.col.de appel. vbi dicunt , quòd cauſa
quæ poſita eſt in narratione legis vel ſtatuti , præſumitur
impulſiua non finalis , quando poſtmodum lex vel ſtatu-
tum largius loquitur,prout in caſu noſtro , in quo cauſæ
2 meritorum:vel paupertatis expreſſe aſſignatur , †ceſſan-
te autem cauſa impulſiua,non ceſſat effectus : & ſic diſpo-
ſitio glo.in c.quod ad tranſlationem.de renun.& in c.cu-
pientes.in prin.in verſi.periculoſis , vbi Domi. poſt Ioan.
And.de elec.in vj.& glo.in l.j. §. ſexum. ff. de poſtulan.&
glo.in l.ſi mulier. C.de iur.dot.Et per Alciatum in reper.
rub.ff.de verb.obl.col.vj.verſic.pro reſolutione,breuiter.
3 nu.24.† Et propterea dixit Bar.in rub. de inſtit. & ſubſti.
col.j.verſic.cauſa verò.quòd cauſa impulſiua non dicitur
propriè cauſa.Sufficit igitur quòd ſubſiſtat cauſa fi.quæ
fuit ratio meritorum vel paupertatis , ſiquidem ex illius
expreſſione cognoſcitur , quale fuerit principale intentũ
concedentis penſionem,vt deducit Sozin.conſ. c c 1 1. in

Univerſidad de Deusto Biblioteca



cipiente,quoniam in præſenti conſultatione,ver.compro
batur.circa prin.in ij.volu. † & cauſa finali ſtante durat
4 effectus,non obſtante defectu cauſæ impulſiuæ:vt per do-
cto.in d.c.cum ceſſante.Quinimo quando eſſent duæ cau
ſæ fin.eiuſdem diſpoſitionis ,& ipſarum altera ceſſaret,
altera verò ſubſiſteret,diſpoſitio firma maneret. ita pro-
bat text.in d.§.affinitatis. inſtit. de nupt. & in §.fi n. in au-
then.de inſtru.caut.& fide.in verſic.ex vtroque.& in §.ſed
ſi.verſi.nullus.Ad idem Bal.in l.j.col.iiij.C.de condi.inde-
bit.verſ.item do talem regulam.Bart.in l.j.ff. ſolut.matri.
5 Bald.in l.generaliter.iij.col.C.de epiſcop. & cleri. † Nec
obſtat ſi quiſpiam dixerit prædicta non procedere in be-
neficialibus,in quibus ad refrenandam ambitionem, etiã
ceſſante cauſa impulſiua,ceſſat effectus : vt notanter dixit
Abb.per illum text.in c.poſtulaſti. in vlti.not. de reſcript.
quem refert & ſequitur Decius in d.c.cum ceſſante , col.
j.verſi.& prædicta condu. de appel. quia literæ reſerua-
tionis penſionis,non ſunt propriæ literæ beneficiales : &
per conſequens non ſunt ambitioſæ & reſtringendæ:cùm
penſio ſit quid mere temporale,nil habens ſpiritualitatis:
6 vt dixi ſuprà q.j.& q.proxi.præcedenti. † Videtur tamen
quòd literæ reſeruationis penſionis,in multis regulentur,
vti literæ beneficiales,quæ per ſurreptionem vitiatur ipſo
iure.c.ad audientiam.el ij.de reſcript.& ideo fortè dicen-
dum eſſet,quòd concluſio prædicta procedat,quando Pa-
pa motu proprio Penſionem alicui reſeruat ex cauſis ſu-
pradictis,ſuper fructibus beneficiorum. faciunt ad hoc d.
7 ſuprà q.ix.in verſ.quid autem dicendũ ſit.† Clauſula enim
motu proprio in literis appoſita,facit gratiam valere,nõ
obſtante ſurreptione.text.eſt in c.ſi motu proprio.de præ
bend.in vj.& ſic tutius erit tenere prædictam concluſio-
nem procedere,quãdo conceſſio penſionis facta eſſet mo
8 tu proprio.† Tertio verò caſu,quando aſſignata fuit pen-
ſio alicui ſimpliciter,tanquàm clerico, vtputà,quando Ti
tius reſignauit beneficium in manibus Papæ,ad fauorem
Sempronij,& obtinuit Gaio eius nepoti , quem clericum
eſſe aſſeruit, ſuper fructibus beneficij renuntiati penſio-
nem annuam,puta ducatorum.xxx.reſeruari , qui tamen
Gaius erat merus laicus.Nam tali dicendum eſt,quòd re-
ſeruatio dictæ pẽſionis eſt nulla ; voluit enim Papa Gaio
vti



vti clerico,prouidere.facit : quia falſa cauſa dans cauſam
reſcripto illud vitiat.tex.in c.ſignificante , de reſcript.&
ibidem gloſſ. quod maximè procedit , quando quis ſibi
qualitatem aliquam attribuit,quam non habet,vt in ſimi
li habetur de diſponente,in l.fin.C.de hæred.inſtit.vbi er
ror nominis in diſponente , vtputà, quando vocauit ſe
Franciſcum , & ſibi nomen Hieron. acceſſit. nam tunc
actus vitiatur,vt etiam habetur in d.l.fin.per Barto.Ang.
9 & alios : vbi etiam Corneus.col. j. † Secundò facit:quia
quando falſa demonſtratio dat cauſam conceſſioni, tunc
eſto quòd de corpore conſtaret,diſpoſitio tamen non va-
leret.Ita dicit Roma. in conſil. CCCXXVII. incipiente,
iſtæ ſunt rationes,in fine:mouetur per text. in l.nec apud.
& in l.ſi pater. C. de hæredi. inſt. & in l. tanquàm. C. de
fideicom.vbi dicitur,quòd inſtitu.heredis eſt nulla,quan-
do teſtator Sempronium hæredem inſtituit vti filiũ ſuũ,
putans illum ſibi filium eſſe,aliter ipſum non inſtituiſſet,
10 cùm tamen non eſſet teſtatoris filius.† Tertiò facit doctri-
na Compoſt.in d. c. ſignificante. reſcript. vbi dixit,quòd
ſi Papa mandat prouideri in diœceſi Bononienſi Bernar-
dino ſcolari Bononienſi,& ille B. ſit Paduanus Bononiæ
ſtudens,tale reſcriptum vitiatur : & mouetur , quia Papa
cenſetur velle illum beneficiare in loco ſuæ originis , po-
tius quàm ſtudij:quia in beneficiando aliquem locus ori-
ginis attenditur.c.nullus. lxj. diſtinctio. & ſequitur Ioan.
And.in d.c.ſignificante.col. ij. & poſt eum cęteri ibidem:
11 vbi Felin. col.vltima,ver.quærit compoſtellanus.† Quin-
imo ſi quis ſe clericum facit cùm non ſit,puniri debet iu-
dicis arbitrio:vt dixit Bald.in l.ſi ſub prætextu. in fine.C.
12 de ſacroſanct.eccle.† Quartò facit,quia collatio beneficij
facta alicui tãquàm clerico , qui clericus non erat , tamẽ
habitum clericalem geſtabat , & pro clerico ſe gerebat,
cùm nullum haberet ordinem,non valet:vt concludunt o-
mnes docto.in c.ij.de inſtit.& in c.cum adeò , de reſcript.
licet ibi contrarium tenuerit Compoſt. quem cæteri im-
pugnant:& ibi latiſſimè felin. qui ad partes arguit in j. ij.
& iij. col. & latiſſimè per Ioan.Seluam vltramontanam,
in tracta.ſuo de beneficio,in iiij. parte q.vj. hanc etiam
opinio.contra Compoſt.ſequitur Archidia.in c. fina.xij.
q. j. vbi dicit , quod Bonifacius octauus ſeruauit eam in

Universidad de Deusto
Biblioteca



perſonam ſui nepotis: non clerico enim beneficium eccle
ſiaſticum conferri non poteſt nec debet. ca.cùm adeò. de
reſcript.c.ex literis.de tranſactio. gloſ. Ioan. Monachi. in
3[13] rubri.de clerico ægro.in vj.† Quintò facit: quia nulli du-
bium eſt, quod clericus eſt laico dignior & maior: quin-
imò dicitur eo potentior: vt voluit Specu. in tit.de ceſſio-
ne actio.in §.j.in verſic.ex proximè dictis: & idem de re-
ſcript.c.præſentata.§.ratione autẽ cauſæ.in verſic.quòd ſi
quis nominauit. exprimens autem perſonã digniorem in
reſcripto malitioſe, commodo reſcripti in totum carere
debet.c.ſedes.de reſcrip.vide Franchum in d.c.ſi eo tem-
14 pore.col ij.verſicu.iij.limita, de reſcript.in vj. † Sexto fa-
cit ſtilus curiæ, ſecundum quem Papa regulariter nõ con-
ſueuit laicis penſionem aſſignare, ſed clericis paſſim illas
reſeruat, qui quidem ſtilus ius facit, & pro lege ſeruatur.
Speculat.in titu.de teſtib.§. publicatis. verſicu. deinde.&
idem: de reſcri.c.præſentata.in §.ratione formæ quoque.
in prin.ad idem eſt deciſio dominorum de Rota, in anti-
quis.nome.710.incipit, nota quòd ſtilus: vbi dicunt, quòd
ſtilus ſacri palatij eſt quoddam ius, licet ex facto oriatur:
allegat c.ex literis, de conſtitutio.& text.in ca.venerabilis,
de confir.vtil.vel inutil.& notat Abb.in d.capit.ex literis.
& ibidem Decius, colum.iij.in verſicu.vij.nota.& ex præ-
dictis decidi poteſt, quòd quando Papa alicui, tanquàm
clerico penſionem ſimpliciter reſeruat, ſi is cui fit talis
reſeruatio, non ſit clericus: ſed purus laicus, reſeruatio
15 non valebit. † Iſtam concluſionem amplia duobus mo-
dis.j.vt procedat etiam ſi Papa motu proprio reſeruaret
talem penſionem: quia licet motus proprius excludat vi-
tium ſurreptionis ca.ſi motu proprio. de præbendis in vj.
tamen motus proprius non operatur vltrà intentionem
agentis: vt per Felinum in c..conſtitutus, col.iiij.inprin.de
reſcri.& ibidem, colum.v.verſicu.Autoritas, & verſicu.niſi
ſcriberet: & idem in ca.cauſamque.el ij. colum.ij. verſic.
& iſta concluſio. de teſtib.mens autem & intentio Papæ
tali caſu fuit prouidendi clerico, meritò ex defectu inten-
16 tionis, talis reſeruatio erit nulla. † Secundò amplia pro-
cedere etiam, quando poſt reſeruationem penſionis ſibi
factam tanquàm clerico, quis efficeretur clericus: quia
tempus datæ inſpici debet: & habilitas ſuperueniens nil
oper



operatur cap.ſi eo tempore.de reſcript.in vj. gratia enim
ex tempore datæ initium ſumit: ideò illa eſt potiſſimum
conſideranda. Ad idem eſt text.in d.ca.eam te.& in clem.
fin.eod.tit.& in c.ſi ſuper.de offic.deleg.in vj.Ad idem fa-
cit text.in c.fin.de reſcript.& in c.tibi qui.& in c. duobus.
eod.tit.in vj.facit quod voluit gl.in c.ſtatutum.in j.in ver-
bo canonicis ad fi.de reſcri.in vj. quæ dicit aduertendum
17 eſſe ad tempus datæ.† In conſideranda habilitate delega
ti, vide Felin.in d.ca.eam te.de reſcript.col.pen. & col.fin.
vbi multa circa hunc articulũ accumulat. Idem decidit in
canonicatu Cald.in c.ij.de inſti.vbi tenet, quòd ſi quis reci
piatur in canonicum ante clericatum, quòd talis receptio
non valeat. Idem tenuit Domi.in c.cum adeò, de reſcript.
& ibidem Felin.col.ij.verſi.contrariam partem. mouetur
per text.in l.ex co.ff.de milit.teſta.ibi ex tempore quo in
numero relatus eſt, non ante: & ad tex.in l.fin.ff. de milit.
teſt.reſpondent, vt per Feli.videre poteris, in loco præalle-
gato. Ad prædicta facit regula iuris, quòd id quod à prin.
nõ ſubſiſtit, tractu temporis non conualeſcit.c.non firma-
tur.de reg.iur.in vj.Hinc eſt, quòd in ſimilibus caſibus, ne
gratia ſit fruſtratoria, recurri ſolet ad Papã, & impetratur
gratia, quam curiales vocant perinde valere, quia ſuppli-
catur pontifici, vt gratia iam facta perinde valeat, ac ſi in
ea expreſſum fuiſſet oratorem non fore clericum, ſed de
proximo clericandum: vel ac ſi fuiſſet clericus tempore
18 datæ illius, licet ex poſt factus eſſet clericus. † Iſta tamen
quæ dicta ſunt de beneficiis, videntur habere diuerſam
rationem: quia ordo clericalis, in illis eſt de ſubſtantia,
nam laicus ſui natura non eſt capax beneficij, ſicuti eſt
penſionis: vt vidimus ſuprà quæſtio.xxj.cùm non clerico
beneficium conferri non poſſit ca.cum adeò. de reſcript.
& ca.ex literis, de tranſact.& habetur per Ioan. Mona-
chum, in c.ſi annum.de iudic.in vj.& idem in rub.de cleri.
ægrot.in vj.

### Penſio an imponi poſsit ſuper fructibus beneficij, quod eſt de iure pa- tronat. ſine conſenſu patroni.

## QVÆSTIO XXIII.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 *Eccleſia patronata, patronum inopem alere tenetur.*
2 *Patrono inopi competit actio contra eccleſiam patronatam pro alimentis.*
3 *Commenda facta de beneficio patronato, ſine patroni conſenſu eſt nulla.*
4 *Renuntiatio facta de beneficio patronato ſine patroni conſenſu eſt nulla.*
5 *Permutatio facta ſine conſenſu, patroni, eſt nulla.*
6 *Epiſcopus non reſtituit clericum in eccleſia patronata ſine patronĩ conſenſu.*
7 *Vnio de beneficio patronato, ſine patroni conſenſu eſt nulla.*
8 *Epiſcopus bona eccleſiæ patronatæ, conuertere non poteſt in præbendas ad commodum alterius eccleſiæ ſine patroni conſenſu.*
9 *Patroni conſenſus non requiritur in alienatione rerum eccleſiæ patronatæ.*
10 *Rector Eccleſiæ patronatæ ſine conſenſu patroni præſentare poteſt ad titu. ſuæ eccleſiæ clericos ordinandos qui ali debent ab ipſa eccleſia.*
11 *Epiſcopi diſpenſ. circa ius patronatus, valet quando patrono non præiudicat.*
12 *Patronus penſionem nimis oneroſam eccleſiæ petere poteſt moderari.*
13 *Portio in titulum beneficij aſſignari non poteſt ex redditibus beneficij patronati, ſine patroni conſenſu.*

VIgeſimotertiò quæro, an penſio poſſit alicui reſer-
uari ſuper fructibus beneficij quod eſt de iure pa-
tro. laicorum, ſine conſenſu patroni. In iſta quæſtione non
tacta à doctoribus quod viderim, videtur dicendum, quòd
1 non. † Intereſt enim patroni ne eccleſia, in qua ius patro-
natus habet, grauetur in diminutione reddituum & pro-
uentuum, cum eccleſia patronata patronum alere tenea
tur indigentẽ: vt per Inn. & alios in c. nobis. de iur. patro.
Ad idem facit text. in ca. quicunque. el ij. iuncta gloſ. xvj.
2 q. vij. † Quinimo patronus indigens actionem habet con
tra eccleſiam patronatam, vt ipſum alimentet: vt conclu-
dunt Doct. maximè Ioan. Andr. in d. c. nobis. in vlt. not. &
Rocchus de curte in tract. ſuo, de iure patr. in verbo vtile,
in j. idem voluit ſolennis præceptor meus Ant. Burgos Hi-
ſpanus,



ſpanus, à quo ius canonicum audiui in almo gymnaſio,
Bononienſi, in c. j. col. pen. verſi. limita tamen, de emptio.
3 & vendit. † Secundò pro illa parte facit: quia beneficium
quod eſt de iure patronatus laicorum, cõmendari nõ po-
teſt alicui ſine patroni conſenſu. gloſ. in c. nemo deinceps,
& ibi Domi. de elect. lib. vj. Si verò huiuſmodi beneficium
commẽdetur ſine patroni conſenſu, an tunc cõmenda illa
aliter non caſſata, patronus in eo præſentare poſſit. vide
per Hoſt. & Innoc. in c. dudum. el ij. de elect. & per Domi.
in d. c. nemo deinceps. col. iiij. & ibidem Franchus. de elec.
4 in vj. † Tertiò facit quia clericus habens beneficiũ, quod
eſt de iure patr. laicorum, illud renuntiare non poteſt ſine
conſenſu patroni, vt voluit Innoc. in c. fin. de renun. & hoc
menti tenendum dicit Abb. in c. ſignificatum. de præben.
Idem voluit Abb. in c. de multa. col. iiij. eod. titu. & Imo. in
d. ca. ſignificatum. colum. j. & ideo permutatio facta ſine
conſenſu patroni non valet, † vt cõcludit Stepha. Beltran.
5 in conſil. c x c i i i. incipiente, illud certum eſt. in primo
volum. & Collec. in c. cum olim. col. j. verſicu. ſed nunquid
permutat. & latè per Rocch. in d. tract. de iure patron. in
verbo honorificum. q. iij. & Domi. in d. c. nemo deinceps.
col. iiij. vbi dixit, quòd ſi laicus patronus permutationem
huiuſmodi impugnat ſine eius conſenſu factam, poterit
etiam illa permutatione nõ caſſata, vel reuocata, aliũ præ
ſentare: id tamẽ procedere dicit, quando permutãtes fue
runt in culpa ſcientes eccleſiam eſſe patronatam: de quo
tamẽ vide latius per eum ibidem, & per Vltra. in tract. de
permut. benefi. in v. parte verſic. ſed quæro an permutatio:
& Domi. in c. j. de rer. permut. in vj. col. fin. verſic. Quid ſi
fiat permutatio. & Lapp. alleg. x c v i. incipien. Beneficia
vacantia. in fin. vbi dixit, quod permutatio eccleſiarũ ad
quas laicis cõpetit ius patronatus facta in Romana curia,
ſine mẽtione iuris præſentandi laicorũ non valet. & quòd
ſic vidit ſeruari. Idem voluit Calder. conſilio i i. in rubr. de
rerum permut. in vj. & Bellame. Deciſ. c l x x i x. & Deciſ.
6 c l x x x i. † Quartò facit: quia epiſcopus reſtituere non
poteſt clericũ depoſitum ab eccleſia patronata, ſine cõſen
ſu patroni. ita voluit Gemi. dicens hanc eſſe cõmunẽ opi-
nio. in c. quamuis. de reſcript. in vj. ſuper gloſ. penul. idem
voluit Anto. de But. & Abb. in c. tranſmiſſam. in fin. de re-

Universidad de Deusto Biblioteca

nuntia.& Sicul.in conſi.ſuo XXIII.incipien.ſcripſit Pro-
7 pheta.col.vij.in j.volu.† Quintò facit: quia vnio facta de
huiuſmodi beneficiis ſine conſenſu patroni, nòn valet, vt
per Thomã Faſtoli in ſuis dubiis.in ij. cauſa in vj. dubio,
dicentẽ, quòd ita tenuit maior pars dominorũ de Rota,
quem refert & ſequitur Rocc.in d.tract.ſuo,de iure patr.
in verbo honorificum.q.iij.verſicu.inquantum etiam, &
Felin.in tract.ſuo quãdo lit.apoſt.noc. patr.eccle.in prin.
8 †Sextò facit,quia epiſcopus bona eccleſiæ patronatæ con
vertere non poteſt in præbendas, vt deſeruiãt neceſſitati-
bus alterius eccleſiæ ſine conſenſu patroni. Ita notanter
dixit Abb.in c.ſuggeſtum. de iure patro.& per Rocch.in
d.tract.ſuo,loco ſupra allegato.q.iij.col.iij. verſ.item be-
ne facit ad prædicta. Iſtis tamen non obſtantibus contra-
rium puto de iure verius,videlicet quòd penſio reſeruari
poſſit ſuper fructibus beneficij, quod eſt de iure pat.laici
ſine conſenſu patroni:& hoc comprobo ex infra dicẽdis.
9 †Primò,quia in alienatione rei eccleſiæ patronatæ,patro
ni conſenſus nõ requiritur de neceſſitate,licet ſecus ſit de
honeſtate: vt concludunt Imol.Abb.& alij in ca.vnico.vt
eccl.beneſi.ſine dimi.confer.Petr.de Anch.in conſi.c xx.
incipiente, ex narratis, & per gloſ.Bartol.& alios in au-
then.de alien.& emphi.in princi.& ratio adducitur: quia
ex tali alienatione non præiudicatur iuri patronatus.ita
inquit Anchar.in d.ſuo conſilio,quem ſequitur Rocchus
in præallegato tractatu ſuo,in verbo honorificum, quæ-
ſtio iij.colum.ij. in fine.& colum. iij.in princip.idem igi-
tur erit in reſeruatione penſionis, cum ex ea non præiu-
dicetur patrono in ſuo iure patronatus, & iure præſen-
tandi, ſed tantum rectori eccleſiæ patronatæ, cui fructus
10 diminuuntur.† Secundò moueor: quia rector eccleſiæ
patronatæ ad titulum ſuæ eccleſiæ,præſentare poteſt cle-
ricos ordinandos, qui ab ipſa eccleſia alimenta perci-
piant, ſine conſenſu patroni: & hoc ex eo quòd nullum
per hoc præiudicium inferatur patrono. text.eſt nota-
bilis.in cap.poſtulaſti.de iure patro.Federic.de Senis, con
ſilio x c v.incipiente,Super dubitationum articulis.col.ij.
& per Rocch.loco proximè allegato.q.iij.colũ.ij.in fin.in
verſicul. Hinc dicimus. ita eſt in aſſignatione penſionis,
ex qua patrono in ſuo iure præſentandi non præiudica-
tur:



11 tur: quinimo illud illæſum ſibi ſeruatur. † Tertiò facit,
quia etiam quando nullum fit præiudiciũ patrono, valet
epiſcopi diſpoſitio circa ius patronatus, & ſuper rebus
eccleſiæ patronatæ.ita dixit Abb.in d.cap. ſuggeſtum. &
hanc partẽ,quòd reſeruatio pẽſionis ſuper fructibus be-
neficij patronati valeat ſine conſenſu patroni: amplecti-
tur Curia:& ita ſeruatur,vt audio. Nec obſtant adducta
ſupra in contrarium,quia reſpondendo dicitur,quòd nõ
obſtat primũ fundamentum,de intereſſe patroni,propter
alimenta ſibi debita in caſu indigentiæ & inopiæ: quia
aſſignatio penſionis principaliter tendit in damnũ recto
ris eccleſiæ grauatæ:ideo eius conſenſus requiritur:vt vi-
dimus ſupra q. x. intereſſe autẽ patroni ratione alimẽto
rum in caſu neceſſitatis,nõ eſt in cõſideratione:quia ha-
bet ſe ad eſſe & non eſſe:& caſus, aduerſaque fortuna li-
beri hominis,non ſunt expectandi l. inter ſtipulantẽ.§. ſi
ſtipulatus.ff.de verb.obl.Patroni enim principale intereſ-
ſe,verſatur circa ius præſentandi, quod ſibi ex gratia ſe-
dis apoſtolicæ fuit indultum.c.iij.vbi Docto.de iure patr.
cui per penſionis reſeruationẽ nõ præiudicatur.Ad ij.iij.
iiij.& v.obiecta ſupra adducta reſpõdetur, quòd ideo in
illis caſibus conſenſus patroni requiritur: quia agitur de
eius præiudicio circa ius præſentandi,iuxta not.per Abb.
& alios in d.c.ſuggeſtum.de iure patr. Ad vltimũ reſpon-
detur, quod in illo caſu bona eccleſiæ patronatæ appli-
cantur præbẽdis,vt neceſſitatibus alterius eccleſiæ deſer-
uiant perpetuò.hinc eſt quòd patroni cõſenſus ibi requi-
ritur.quia eius eccleſia ſpoliatur,& altera veſtitur eius bo
nis.In aſſignatione autẽ penſionis nõ eſt ſic: quia penſio
non eſt perpetua,ſed temporalis,videlicet ad vitã penſio-
narij tantum, vt vidimus ſuprà q. xij. Ideo patroni con-
ſenſus non requiritur in eius aſſignatione:& hãc opinio-
nem,tanquam iuridicam,amplectitur Romana curia, &
12 ita ſeruatur.†Puto tamen dicendum, quòd ſi penſio im-
poſita ſuper fructibus eccleſiæ patronatæ eſſet nimis one
roſa illi eccleſiæ, quòd patronus poſſet petere eã reuo-
cari.vel ſaltem reduci ad debitã quantitatem:faciunt ad
hoc quæ dicunt Doct.in c.vnico.vt eccle.benefi.ſine dimi
nu.confer.vbi volũt, quòd licet cõſenſus patroni non ſit
neceſſarius in alienatione bonorum eccleſiæ patronatæ:
tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca



tamen ſi alienatio fiat ſine cauſa vel indebitè, tunc patronus petere poteſt alienationem huiuſmodi reuocari.
3 †Quãdo verò extraheretur ex beneficio patronato certa portio redditnũ, & aſſignaretur alicui clerico in tiulum beneficij, vt de cæterò eſſet eccleſiaſticũ beneficiũ. iuxta notata in cap. conquerente, de cler. nõ reſid. puto eo caſu dicendum, conſenſum patroni eſſe neceſſarium, eſto quòd dictum beneficium, portio ſiue penſio diceretur per ſupradicta, & per ea quæ voluit Abb. in d. cap. ſuggeſtum. col. fina. tunc enim dicta penſio diffinitur, vti beneficium eccleſiaſticum, vt dixi ſuprà q. j.

## In reſeruatione penſionis ſuper fructibus beneficij, quod eſt de iure patronatus, an fieri debeat mentio iuris patronatus.

QVÆSTIO XXIIII.

1 *An talis mentio requiratur, quando beneficium eſt de iure patronatus clericorum.*
2 *Ius patronatus ſpectans clerico ratione ſui patrimonij, Laicalis eſt.*
3 *Ius patronatus clericorum & Laicorum ſimul laicalis iudicatur.*
4 *De iure patronatus laicorum facienda eſt mentio in literis penſionis.*
5 *Collatio beneficij patronati facta ſine patroni conſenſu nulla eſt.*

VIGESIMOQVARTÒ quæro, vidimus ſupra in proxima præcedenti q. qualiter penſio ſine conſenſu patroni reſeruari poteſt ſuper beneficio patronato: modo quæro an in literis reſeruationis talis pẽſionis fieri debeat mentio, quòd beneficiũ, ſuper cuius fructibus pẽſio reſeruatur, ſit de iure patr. Circa quod puto diſtinguẽdum, quòd aut beneficiũ quod grauatur onere penſionis, eſt de iure patr. cler. aut eſt de iure patr. laicorum.
1 †Primo caſu arbitror dicendũ, talẽ mentionẽ nõ eſſe neceſſariam: quia nedũ Papa, ſed etiam eius legatus, poteſt huiuſmodi beneficia conferre, nulla facta mẽtione quòd ſint



ſint de iure patronatu clericorum. caſus eſt in c. cũ dilectus. de iure patr. & ibidem Doct. omnes: tradit Felin. in tract. ſuo, quando lit. apoſt. præiud. patr. eccle. col. vj. verſ. limitatur tertiò, & Rocchus in tract. ſuo, de iure patr. in
2 verbo honorificum. q. j. verſ. nono limita. †Iſta tamẽ concluſio limitatur non procedere, quando ius patronatus ſpectaret ad clericum nõ ratione ſuæ eccleſiæ, ſed ratione ſui patrimonij: tunc enim de eo eſt ſiẽda mentio, alioquin nõ valeret prouiſio, cum tali caſu requiratur etiam conſenſus patroni. ita Feli. in d. ſuo tract. col. iij. verſ. Ampliatur quintò. & Rocchus in d. ſuo tract. de iure patr. in verbo iuſ. q. vij. idem tenet Abb. in c. illud. de iure patr. &
3 in c. de monachis. de præbend. † Secundò limita dictam cõcluſionẽ nõ procedere, quãdo clericus haberet ius patronatus cõmune cũ laicis: tale enim ius patronatus, iudicatur ac ſi eſſet laicorũ ſimpliciter: & ſic de eo eſt ſienda mẽtio, vt per Rocchũ in d. tract. de iure patr. in verbo ius q. vij. in j. q. acceſſoria. & in ij. & Felin. in præallegato trac. col. iiij. verſ. Ampliatur ſextò. & in hoc caſu & præcedenti eſſet in literis annuæ penſionis facienda mentio de iure patronatus: quia quãdo tacetur illud, quo expreſſo, Papa gratiam non feciſſet, vel ſaltem difficilius feciſſet, talis taciturnitas gratiam vitiat. cap. ſuper literis & ibi Abb. de
4 reſcri. vbi latiſſimè Feli. col. v. verſ. exprimenda. †Secundo verò caſu, quando beneficium eſt de iure patronatus laicorum ſimpliciter: & tunc idem erit, quia facienda eſt mẽtio de dicto iure patronatus, in reſeruatione pẽſionis: & ita obſeruatur in curia, vt audio. Nam nulli dubiũ eſt, quòd Papa difficilius grauet penſionis onere beneficium quod eſt de iure patronatu laicorum, quam beneficia alia: & ratio, quia patronus egenus, ali debet de fructibus beneficij patronati: vt per Inno. & alios in c. nobis, de iur.
5 patr. & dictum fuit ſupra in proxima præcedenti q. † In prin. facit quia permu. de beneficio, quòd eſt de iure patronatus laicorum, etiam ſi fiat in curia Romana, nõ valet non facta mentione iuriſpatronatus prædicti: ita tenuit Pauinus auditor Rotæ in tract. ſuo de offic. & poteſt cap. ſede vacant. in ij. q. ij. partis principalis. verſicu. adde etiam quòd non valet. Iſtam concluſionem puto limitandã eſſe, quòd non procedat in caſibus in quibus valet col.

Universidad de Deusto Biblioteca



latio beneficij patronati, ſine conſenſu patroni, qui ſunt
infraſcripti. Primò quando ius patronatus ſpectat ad laicos
religioſè viuentes, & gaudentes beneficio fori eccleſiaſtici,
vt ſunt biginæ: ita decidit Rota deciſ. CCCXXXII.
in antiquis, idem quando ſpectat ad illos qui ſunt de tertio
ordine Sãcti Fraciſci, nõ ad ſingulos, ſed ad vniuerſos:
tale enim ius patronatus dicitur eccleſiaſticum, vt dicit
Feli. in prææallegato tract. ſuo ver. limita quarto. Secundò
quando iuſpatronatus, eſſet præſcriptione vel cõſuetudine
quæſitum, tũc enim valent literæ apoſtolicæ de illo nõ
facietes mentionẽ Fel. in prædicto tract. in ver. limitatur
vndecimo alleg. Fed. de ſenis in cõſ. LXV. inci. infraſcriptæ
quæſtiones & Car. cõſ. LXI. incip. vacãte in ſecũdo dubio.

## Penſio an poſsit alicui ſub ea conditione aſsignari, vt illam dimittere teneatur, cum adeptus fuerit competens beneficium.

QVAESTIO XXV.

1 *Collatio beneficij debet eſſe libera.*
2 *Beneficium eccleſiaſticum eſt perpetuum.*
3 *Penſio quæ datur pro ſeruitio ſpirituali, vel quæ data eſt loco beneficij, habet aliam naturam.*
4 *Pactum inter epiſcopum & ſuum familiarem de dando ſibi certo ſalario, donec ei prouiſum fuerit de beneficio, valet.*
5 *Competens beneficium, quando dicatur.*

VIGESIMOQVINTÒ quæro, An penſio poſsit alicui
ſub ea conditione aſsignari, vt illam dimittere
teneatur, cum adeptus fuerit competens beneficiũ? Circa
hanc quæſtionẽ diſtinguẽdo dicas, quòd aut loquimur in
penſione quæ in titulum beneficij aſsignatur, & tũc cum
ſit beneficium eccleſiaſticum, vt dictum fuit q. j. & q. xxj.
1 eo caſu nõ poterit ſub tali conditione aſſignari. † Collatio
enim beneficij debet eſſe libera, pura, & ſine cõditione:
vt habetur per Abbatem in conſi. ſuo XLVII. incipien.
2 illud de iure quæritur: † item beneficium Eccleſiaſticum
eſt perpetuum. vt per eundem. in d. conſ. allegat. text. in
c. ſanctorum. lxx. diſt. c. pen. de cler. ægrot. & notatur in c.
ſi gratioſè, de reſcr. in vj. hinc eſt quod ſub dicta cõditione



ne aſſignari non poterit: aut loquimur de annua penſione
quæ conſtituitur in quantitate pecuniæ vel bladi, per viã
quãtitatis: & eo caſu cùm penſio ſit quid temporale, poterit
ſub dicta conditione aſſignari: Neque propterea
dicetur promitti aliquid ſpirituale pro dicta penſione,
quia penſio datur ad tempus, videlicet, donec is cui aſſignatur,
beneficium habuerit, propter cuius adeptionem
penſio euaneſcit: ita quòd ingreſſus vnius, egreſſum alterius
operatur. c. cum renunciatur. xxxij. q. j. & in hac opinione
reſidet Imol. referens ita tenere Gulielmũ, in cle.
j. col. vj. verſ. nunquid autem. de reb. eccl. nõ alienan. Idem
voluit Lauren. in d. cle. j. vbi rationem aſſignat quare cõſtitutio
talis penſionis valeat, quam dicit eſſe ex eo, quia
non datur nec promittitur beneficium pro illa penſione,
nec econtra: ſed bene penſio ad tempus datur donec beneficium
ſuperueniat propter cuius adeptionẽ, ipſa penſio
extinguitur, ſicuti aliàs per adeptionem vnius eccleſię,
vacat prima quam quis obtinebat. c. de multa. de præbẽ.
iſtam opinionem tenuit etiam Bonifa. in d. clemen. j. col.
vlt. verſ. conclude quòd nedum. de reb. eccle. non alienan.
3 † Limita tamen dictam concluſionem procedere quando
penſio pro ſeruitio ſpirituali concederetur, vel ſi penſio
concedatur loco beneficij, vtputà, ex cauſa reſignationis
vel ceſſionis iurium, vel alia ſimili: vt in c. dilectus. el ij. de
præbend. aliàs aſſignatio dictæ penſionis modo ſupradicto
eſſet illicita, quia videretur deductum in pactũ, quòd
penſio dimitteretur, quæ eſt commodum temporale, pro
titulo beneficij. Iſtam limitationem ponit Card. in d. cle.
j. q. xvij. de reb. eccl. non alien. pro qua faciunt ea quæ tradunt
doct. poſt Hoſtien. in c. cum eſſent de ſimo. vbi Feli.
4 † In fine dicentes quòd valet pactum factũ, inter epiſcopum
& eius familiarem de dando ſibi certo ſalario, donec
ſibi prouiſum fuerit de beneficio, dummodo beneficium
non conferatur illi principaliter, propter ſeruitium
temporale. Nec poſſumus tunc dicere, quod ex parte familiaris
remittentis ſalarium, dicatur ſimonia iuxta text.
in c. veniens. de teſti. quia illud temporale erat datum ſub
conditione, qua cõditione eueniẽte, euaneſcit obligatio
dandi ſalarium. §. omnis. inſti. de verb. obli. prędictis adde
quod voluit Collecta. in c. qualiter. de clericis non reſidentibus.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



dent. vbi dixit quòd ſi epiſcopus exiſtenti in ſtudio per-
miſit x. marchas argenti, donec fuerit adeptus benefi-
cium, quod valet x. marchas vel æquæ bonum: ſi ille ſit a-
deptus beneficium x. marcharum, tunc epiſcopus eſt ab-
5 ſolutus à præſtatione illa x. marcharum. † Quod autem
dicatur competens beneficium, ſecundum qualitatem
perſonæ Felin. in cap. poſtulaſti. ver. fallit. ij. de reſer. & in
hoc an beneficium ſit competens qualitati perſonæ,
ſtatur arbitrio ſuperioris. Anton. de Butr. in c. cum dile-
ctus. colum. ij. de iure patro. quem adducit Feli. loco præ-
allegato. adde Nauarr. de Oratio. c. 22. n. 64. usq ad
n. 67.

## An & quando annata ſolui debeat de penſione.

### QVAESTIO XXVI.

1 *Benifacius nonus primus fuit, qui annatam introduxit.*
2 *Annata de penſione ſoluitur cum penſio excedit ducatos. xxiiij.*

VIGESIMOSEXTÒ quæro Benifacius nonus pri-
mus fuit, teſte Platina in eius vita, qui annatam † ſol-
uendam ſtatuit, ab his qui beneficia à ſede apoſtolica im-
petrant, vt videlicet is, cui de beneficio excedente valorē
annuum, xxiiij. ducatorum auri de cam. prouidetur dimi
diam annui valoris beneficij impetrati ſoluat fiſco apo-
ſtolico. Huiuſmodi autem ſtatutum ab Angelicis ſolum
in epiſcopatibus receptum fuit, non autem in aliis bene-
ficiis. Modò videndum an & quādo de pēſione ſit ſoluē-
da annata in expeditione literarum reſeruationis annuæ
penſionis. Circa primū videtur dicendū quòd de pēſione
non eſſet ſoluenda annata, cum penſio nō ſit beneficium.
c. quamuis. & ibi Doc. de præben. in vj. notat Card. in cle.
ij. q. ix. de offi. ord. & dixi ſupra proxima præcedenti. q. &
in q. j. ſupra. in contrarium tamen eſt veritas, quòd imò
de pēſione ſolui debet annata, nā licet nō ſit beneficium,
cōſtat tamen ex fructibus beneficij, ex quo extrahitur vt
ex ſe patet, & habetur ſuprà q. j. & ita obſeruat curia Ro-
mana



mana imò ſtilus curiæ habet, quòd quādo alicui prouide
tur de beneficio, ſuper cuius fructibus eſt alicui reſeruata
annua penſio, tunc in expeditione literarum prouiſionis
2 beneficij, ſoluitur annata detracta penſione. † Circa ſecū-
dum quādo id eſt quo caſu ſoluatur annata de penſione:
dicendū eſt breuiter, quòd ſicuti quādo beneficiū excedit
ſummā xxiiij. duc. auri de camera, ſoluitur annata, ita erit
in penſione excedēte dictam ſummā, ſecus à dicta ſumma
infra. Et ita fuit obſeruatū, vſque ad tēpora Leonis deci-
mi cuius tēpore, vt audio, ſtatutū fuit quòd annata ſolue-
retur de pēſione: quādo penſio aſcēdebat ad ducatos xij.
auri de camera, & Ab. in d. ſupra quicquid ſit, hoc totū pē
det à cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, quæ ſi
ſummis Pōtificibus quādocunque ſecūdū temporū varie-
tatē alterātur, nō debet reprehēſibile iudicari. c. nō debet.
de cōſang. & affi. ideo ſtilus curiæ obſeruabitur. Sciēdum
tamē eſt quòd annata, quādo beneficiū eſt taxatū: nō plus
ſoluitur pro ea, quàm ſit in taxa, vt dixit Caſſad. in Deciſ.
ſuis ſuper reg. Cancel. Deciſ. xix. & introducta fuit an-
nata ad ſubuentionē Papæ & Cardinaliū indigentiū, ſi-
cuti & charitatiuū ſubſidiū: vt tradit Fernandus Cordu-
benſis, in tract. ſuo, de annat. quē refert Gomes, in præfa-
tione reg. Cācell. de valore exprimen. nu. 6. quinimo dixit
Ioannes Eckius in ſuo libello, qui intitulatur Enchiridion
Locorū cōmuniū cōtra Luteranos. in tit. de annatis, quòd
annata, deſcēdit de iure diuino, quia loco decimæ decima
rum ſoluitur, illū videre poteris qui annatas defendit ab
impugnatione Luteranorū. Vnum etiā ſciendū eſt, quòd
ſi clericus obligatus ad ſolutionē annatæ, illam non ſolue
rit collectori in partibus deputato, ſiue in camera apoſto-
lica in termino ſtatuto, incidit in pœnā priuationis illius
beneficij, pro quo annatam ſe ſoluturum in camera apo
ſtolica obligauit. Is verò qui non pro ſe, ſed pro alio an
natam ſoluere ſe obligauit, principaliter non ſoluens ſta-
tuto tempore, non ſolum excommunicationis ſententia,
ſed etiam priuationis omnium beneficiorum, quæ obti-
net, pœnam incurrit. Ita ſtatuit Pius ſecundus. ac demum
Innocentius octauus, vt patet per dicti Innocētij bullā, ſub
Anno Domini 1484. tertio decimo Calend. Martij. & hoc
confirmauit Iulius ſecundus per eius bullam in tali mate-

Universidad de Deusto Biblioteca



ria editam,ſub Anno Dñmini 1505. Calend. Auguſti, pontificatus ſui Anno ſecundo.

## Conceſsio annuæ pẽſionis motu proprio facta, cuius pars ſolui debet intra terminum, intra quem eſt impoſsibile quòd ſoluatur, an pro ea parte ſit nulla?

QVAESTIO XXVII.

1 *Stipulatio vitiatur quando id quod in ea eſt deductũ, non poteſt tempore in ea appoſito, adimpleri.*

2 *Contractus bonæ fidei irritus iudicatur propter temporis anguſtiam.*

3 *Legatum non vitiatur ex temporis anguſtia, intra quod non poteſt adimpleri.*

4 *Sententia iudicis non vitiatur, ſi exequi non poteſt intra tempus in ea contentum.*

5 *Gratiæ papales, æquiparantur diſpoſitionibus teſtatorum, gratia papales non vitiatur ex temporis anguſtia.*

6 *Gratia motu proprio, ample & fauorabiliter eſt intelligenda.*

VIGESIMOSEPTIMÒ quæro, an conceſſio annuæ penſionis per ſedem apoſtolicã, motu proprio alicui facta, cuius pars in feſto Annuntiationis beatæ Mariæ virginis ſolui debet, ſit nulla in ea parte, in qua mandatur dicta die ſolui, attento quòd eſt impoſſibile propter loci diſtantiam, quòd in dicto termino fiat ſolutio. Iſtam quæſtionem examinat Romanus copioſè in cõſil. ſuo CCCXLVIII. cuius dictis aliquid addere non intendo, & breuiter concludit quòd non, & ne curiales, qui librorũ paucitate gaudent, dictum cõſilium quærere habeant, illud de verbo ad verbũ hic inſerere decreui, cuius tenor talis eſt. Omnipotentis dei poſtulato ſuffragio: quæritur nunquid conceſſio annuæ penſionis per ſedem apoſtolicam ſecũda Martij motu proprio alicui conceſſa, cuius pars in literis mandatur ſolui in feſto Annunciationis beatæ Mariæ virginis proximè futuro, pro ea parte pro qua mandatur dicta die ſolui, intelligatur nulliter fuiſſe conceſſa: attento quòd impoſſibile videtur propter loci diſtantiam ipſam





conceſſionem exequi poſſe & ſolutionẽ fieri. Videtur dicendum quòd quæſtio in id recidit, ſcilicet, nũquid tẽporis anguſtia reſultans propter loci diſtantiam, ipſam conceſſionem in parte vitiet. & in hoc quidem in ſimili reperio
1 quatuor caſus. † Quorum primus habet cõtractũ ſtricti
iuris, prout eſt mera ſtipulatio, irritum reddi, cùm in eodem apponitur tempus, infra quod id explicari, quod in contractu deuenit, impoſſibile iudicatur. caſus eſt, de eo quod cer. loc. l. ij. quæ alias incipit, non vtique, §. ſi quis ita. inſtit. de verb. oblig. l. loca. ff. eodem. & l. fin. §. ſi inter eos.
2 † Secũdus verò caſus hoc dicit: cõtractus bonæ fidei irritus
iudicatur, propter anguſtiam temporis in eo appoſitam, infra quam impoſſibile eſt quod promiſſum fuit impleri: ſed debet impletio fieri infra aliud ſpatium boni viri arbitrio terminandum. Iſte eſt caſus ſingularis. ff. loca. l. inſulam. §. fina. † Tertius hoc habet anguſtia temporis adiecti
3 ſolutioni legati, infra quam impoſſibile eſt legatum ſolui,
vel cõditionẽ legato appoſitam purificari, ipſum legatum ſeu conditionem non vitiat, imo & legatũ ſolui, & conditio impleri debet, infra aliud tempus boni viri arbitrio limitandum. Iſte eſt caſus notabilis. ff. de legat. j. l. ſi mihi &
4 tibi. §. ſi quis ſuos. C. de condi. inſtit. l. ſi quis ita. † Quartus
habet ſententia iudicis, continentẽ actum explicari debere infra diem, infra quem explicari eſt impoſſibile ex temporis anguſtia, & non vitiatur. Quoniam nihilominus actus ipſe eſt explicãdus infra terminum alium iudicis arbitrio declarandum. hoc eleganter notat Goffredus, & Hoſt. in c. cum dilecti. de dolo & contu. quorũ dicta refert & ſequitur gl. ord. in c. nemo poteſt. de reg. iur. in vj. ea ratione quia ſententia hæc duo mãdat indiuiſibilia. Primũ, quòd actus explicetur. Secundùm, quòd certa die explicetur: vt declarauit iuriſconſultus in l. celſus, ff. de arbit. & habetur in d. c. cum dilecti. Quamuis ergo impoſſibile ſit mãdatũ ſecundum, ſcilicet infra illum diem mandatum iudicis explicari, tamen certum eſt mandatũ primũ ſcilicet actum explicari. Explicandus eſt ergo poſt diem illum, atque infra aliam arbitrio boni viri declarãdam, in ſeparabilibus enim vtile per inutile non vitiatur, vt ſunt iura vulgaria.
5 † Nunc ergo præmiſſa ad propoſitum reducendo, dico
quòd, cum gratiæ Papales, æquiparentur diſpoſitionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



vltimarum voluntatum,vt eſt expreſſum, de conceſ.præ-ben.c.quia cunctis.& c.autoritate Martini. de præben. & c.ſi pluribus.in vj.igitur dicendum, quòd quemadmdum non vitiatur vltima voluntas atque contractus bonę fidei, neque etiã mãdatum iudicis propter temporis anguſtiã, infra quod impoſſibile eſt id,quod in eorum altero dedu-ctum eſt,explicari:ſed debet explicari infra diẽ illam arbitrio boni viri.Ita pariter dicendum in gratia ſeu mãdato Papæ:vt illud impoſſibile fuerit explicari infra terminum ab eo præfixum,non tamen propter hoc irritum dicatur: quod Papa mãdat: & explicandum eſt poſtmodum infra
6 terminum accõmodatum.& hoc maximè † in gratia motu proprio conceſſa, quæ amplè, & fauorabiliter intelligenda eſt:non autem ſtrictè,prout ſtricti iuris contractus:vt eſt caſus in d.c.ſi ex pluribus.de præben.in vj. & hæc ſufficiant.Hæc ſunt Romani dicta,ex quibus erit firmata concluſio,quòd in caſu præſentis quæſtionis, pẽſio in ea parte qua ſolui mandatur in tam breui termino,quòd eſt impoſſibile quòd in eo termino ſoluatur,non propterea vitiatur,imò valet & tenet.

## Penſio an veniat appellatione benefici.

### QVAESTIO XXVIII.

1 *Penſio eſt beneficium,latè ſumpto vocabulo.*
2 *Dictio alia,ſimilia implicat.*
3 *Surrogatum,ſapit naturam ſubrogati.*
4 *Dictio alia,ſimilia non implicat, vbi materia ſubiecta id non patitur.*
5 *De præſtimonio & patrimonio, fieri debet mentio in impetratione benefícij.*
6 *Hoſpitale non eſt beneficium.*
7 *Literæ ad Beneficia ſunt ambitioſæ.*
8 *Maius eſt lucrum & commodum,habere penſionem, quam beneficium.*
9 *Beneficium oneratum,non venit appellatione beneficij in materia ſtricta.*
10 *Beneficij appellatione,regulariter non venit penſio.*
11 *Clauſula & aliud quodcunque beneficium, comprehendit penſionem.*
12 *Dictio quodcũque,importat omnimodam generalitatem.*

13 Feu



13 *Feudum acceptum pro ſe: & hæredibus ſuis quibuſcunque, eſt hæreditarium.*
14 *Fideiuſſor qui promiſit aliquem præſentare quandocunque,intelligitur etiam poſt ſententiam.*
15 *Statutum puniens aliquem quouis modo,vel qualitercunque occidentem,comprehendit etiam homicidam non doloſum.*
16 *Expreſſa mentio vbi requiritur,generalitas non ſufficit.*
17 *Habens facultatem conferendi beneficia qualitercunque vacantia,reſeruata conferre non poteſt.*
18 *Penſio appellatione beneficij venit in materia fauorabili.*
19 *Penſionarius tenetur ad collectam impoſitam ſuper fructibus beneficiorum.*
20 *Facultas conferendi beneficia,intelligitur etiam de curatis.*

VIGESIMOOCTAVÒ quæro, an penſio veniat beneficij appellatione.In iſta.q.dicẽdum videtur quòd non,per tex.in c.quamuis.el.j.de præben. in vj. vbi quando mandatur alicui prouideri de beneficiis, vigore talis mandati de penſione prouideri non poterit: ex quo text. not.ibi Domi.quòd appellatione beneficiorum,non comprehenduntur penſiones in literis beneficialibus: ſed ſolum comprehenditur beneficium,quod datur in titulum habens ius ſpirituale:non autem penſio, quæ ſolum cõſiſtit in temporalitate.Idem voluit ibidẽ Pet.de Anchar.in iij.not.dicens,quòd quando Papa mandat alicui prouideri de beneficiis, vſque ad certam ſummam, nõ poterit de penſione prouideri,quia ſumitur interpretatio ſtrictior, vt ille non comprehendatur, quia propter beneficia quis intitulatur,& obligatur eccleſiæ, & tenetur ad cõtinuam reſidentiam.c.fina.de cler.non reſiden.ſed per penſionem, quis non intitulatur,nec ad reſidẽtiam tenetur xxviij.q. j. c.poſſeſſiones.& c.illud.ij.q.vj. idem tenet Archid. in d.c. quamuis.col.ij.verſ.prouideri.& ibi Ioan.And col. vlti.in verſ.in gloſ.Papa noſter:& ibidem Franc. in ſecundo not. ad idem facit text.in c.ad audientiam.el.ij.de reſcript.vbi Abb.dicit in primo notab.quòd annua penſio, quæ ſuper redditibus eccleſiarum plerunque alicui conceditur, non poteſt dici beneficium, quia in illo tex. penſio & beneficium ponuntur vt diuerſa:vt patet in text. ibi dum dicit, annuas penſiones,ſeu alia beneficia:ſubdit tamen ibidem

Universidad de Deusto Biblioteca



1 Abb.† quòd inveritate annua penſio eſt beneficium, ſu-
mendo beneficium latè:vt eſt beneuola actio, gaudium tri
buens capienti,ſed non eſt beneficium eccleſiaſticum ſpi-
rituale,cum nullã in ſe ſpiritualitatẽ habeat: ſed eſt quid
temporale,& ideo appellatioue eccleſiaſtici beneficij non
veniat:dicens, quòd iſta fuit ratio dicendi in d. c. quam-
uis.& in iſta opinione reſidet etiam Fel in d. cap. ad au-
dientiam.Barbatias tamen ibi contrarium tenet,& moue-
2 tur tribus fundamentis.†Primò quòd dictio alia,ibi poſi-
ta,dum in illo text.dicitur penſiones ſeu alia beneficia,im-
plicat ſimilia.gloſ.& Doct.in c.ſedes.de reſcrip.Clemen.j.
eod.tit.l.ſi fugitiui.C.de ſerui.fugit.not.Bald.in l. conuẽ-
ticulam.col.v.verſic.item eſt argumentum à natura.C.de
epiſc.& cler. in authent. ex teſtamento.vbi gloſ. & Doct.
C. de collat.Bart.in l.ſed & reprobari. ff. de excuſat. tuto.
Ergo dicit Sicul.quòd penſio cenſetur beneficiũ eccleſia-
3 ſticum.†Secũdo arguit ſic. Certum eſt quòd ſubrogatum
ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.c. eccleſia,
el j.vt lit.pend.c.præcipimus.xciij.diſtinct.l. ſi eum. §. qui
iniuriarum.vbi bona gl.ff.ſi quis caut.Bart.in l. certi con-
ditio.ff.ſi cert.pet.& in l.j.de præpoſi. agen.in reb. lib. xij.
C.& not.Bal.in l.parabolani. C. de epiſ. & cler. inferens,
quòd cum penſio ſubrogetur loco beneficij,ergo eſt bene
ficium.Tertiò adducit quòd illud dicitur eſſe beneficium
eccleſiaſticum,de quo quis tenetur facere mentionem in
impetratione ca.ſi motu proprio.de præbend.in vj.ſed de
penſione annua,quis tenetur facere mentionem, vt in illo
text.c.ad audientiam.el ij.de reſcript.ergo penſio dicetur
beneficium eccleſiaſticum.Et ad text. in d.c. quamuis. re-
ſpondendo dicit quòd procedit propter odium impetran
tis beneficium,ad reſtringendam ambitionem impetran-
tium.Vel dici poteſt,quòd ideo ibi penſio nõ comprehẽ-
ditur:quia videtur quòd penſio fuerit in fraudem appo-
ſita.Ioan.de Sylua Doctor Vltramontanus, in tracta.ſuo,
de benef.in prima parte q.iij.tenendo primam opinionẽ
reſpondet ad prædicta motiua Siculi, & ad primùm dicit,
quòd maior eſt falſa,quando per alia iura eſt declaratum
quòd aliquid non ſit ſimile.vt not.per Doct. in d. c. ſedes.
de reſcrip.ſed iſta dictio alia,poſita in d.c.ad audientiam.
eſt declarata per text.in d.c. quamuis. ſuprà allegata. de
præ



præben.in vj. & ſic tollitur primum argumentum. Poſſet
4 alio modo † reſponderi ad dictum primum argumentũ,
quòd dictio alia non eſt ſimilium repetitiua vbi materia
ſubiecta,hoc nõ patitur,vt in caſu noſtro in quo maniſe-
ſtè conſtat,quãtum penſio differat à beneficio eccleſiaſti-
co:de quo vidimus ſuprà q.j.& q.xxj. Poſſes & alio modo
& ſic tertiò reſpondere, quòd non eſt ſemper verum,
quòd dictio alia denotet ſimilitudinem, cũ multoties im-
propriè ponatur: vt cùm dicitur crucifixus eſt Chriſtus,
& cùm eo alij duo latrones: vt dicunt gloſ.& Docto.in d.
authẽ.ex text.C.de collat.& de iſta dictione vide per Fel.
in c.cùm non ab homine.de iudi.& in c. veniens.in fin.de
ſimo.& per eundẽ in d.c. ſedes.in fin.poſt Abb.& alios. &
Alex.in conſi.c x l i x.incip.conſideratis verbis, in ij.volu.
ad ſecundũ motiuũ Siculi,reſpondet idem Sylua,negãdo
conſequentiã:quia non omne quod ſapit alterius naturã,
eſt illi ſimile,prout dicitur patere in propoſito. Nam pa-
trimoniũ,ad quod quis intitulatur,iuxta tex.in c.cùm ſe-
cundum,de præb.ſapit naturã beneficij in hoc quòd illius
loco ſubrogatur,& tamen non eſt beneficiũ.iuxta no.per
gl.in c.ſuis, ab omnibus approbata.de præbẽ.Ad tertium
motiuũ reſpondet idẽ Doctor, negãdo maiorẽ eſſe verã:
5 †nam non ſolũ de beneficiis mẽtio fieri debet,ſed etiã de
præſtimonio & patrimonio.vt not.Doc.in c.poſtulaſti.de
reſcrip.& tamen nullus dixerit,iſta eſſe beneficia. Item de
hoſpitali quod datur in titulum fieri debet mentio ſecũ-
6 dum Card.in clem.j.q.v.de off.ord.† & tamẽ clarum eſt,
quòd hoſpitale non eſt beneficium.c.e.per literas.de præ-
ben.gl.j.in clementina ſi beneficiorum, de decim.non eſt
ergo bona illatio, debet fieri mentio de tali re in impe-
tratione beneficij,ergo talis res eſt beneficium.Reſpõſio-
nes adductæ ad motiua prædicta Siculi,per dictũ Io. Syl-
uam loco præallegato,exceptis additis per me fuerũt ori-
ginaliter Felin.in d.c.ad audientiam.el ij.de reſcript.licet
eas tacito autore recitet præfatus docto.furtũ domeſticũ
committendo:iuxta tex.in l.hereditarũ.§.ſi.ff.ad leg. falc.
vbi iuriſconſultus dixit,quòd occultator alienæ laudis furi
par eſt. & Plinius in procemio naturalis hiſtoriæ præcla-
rè ad Veſpaſianũ imperatorẽ inquit. Benignũ & plenum
ingenui pudoris eſt,fateri per quos profeceris:& obnoxij

profectò animi,& infelicis ingenij eſt, malle in furto deprehendi, quã mutuum reddere. Quæ refert Iaſon, in §. eã quoque. in fi. inſti. de act. potuit tamẽ ex inaduertẽtia præfatus doctor, Felinũ nõ citaſſe, vt multoties accidit: omniũ enim habere memoriã,& penitus in nullo peccare, diuinitatis potius eſt quã humanitatis: vt inquit iuriſcõſultus, in l. ij. §. ſi quid autẽ. C. de veter. iur. enucl. & ſubdit Feli. in d. c. ad audientiã. col. j. quod melius fuiſſet dicta motiua non ponere: cũ teſte philoſopho in lib. de cœlo, in fi. ad pauca reſpicientes de facili enũcient, illorum ſententiam cõprobans, qui Barbatiæ ſiculã garrulitatẽ aſcribũt, teſte Gammaro, in proœmio ſui cõmẽti, ſuper conſt. Iulij. ij. Põtificis verè ſummi, imò ſupremi, de ſimo. elec. Rom. Põtifi. Prima opinio cum qua omnes, prædicto Siculo excepto, pertrãſeunt, vera eſt. arbitror tamen illã non probari, per tex. in d. c. quamuis. de præbẽ. in vj. quem ad hoc omnes allegãt. Nam ſi conſideremus rationem tex. ibidem quare pẽſiones non comprehenduntur non dicemus illam, eſſe quia
7 penſiones non ſunt beneficia. † ſed quia literæ ad beneficia ſunt ambitioſæ, ideo reſtringendæ. Ita ſignanter dicit ibi tex. vbi Franchus not. in j. no. quòd literæ ad beneficia ſunt ſtrictè intelligendæ: & ſubdit rationem eſſe, quia impetrantes accedunt ad honores & lucra. Verùm quia maius lucrum eſt, habere tot penſiones aſcendentes ad ſummam, de qua in mãdato de prouidendo, quàm habere tot beneficia, ideo ad penſiones non extenduntur, vt fiat ſtri-
8 cta † interpretatio, quòd autem maius lucrũ ſit & commodum, habere tot penſiones, patet, quia penſio nõ aſtringit quem ad reſidentiam, vt dicam infrà q. xxxj. Item penſionarius non tenetur dicere officium, vt dicam j. q. xxx. Accedat, quòd ſi volumus dicere, quod ratio illius tex. ſit, quia penſio non ſit beneficium, vtique diceremus, quod beneficium curatum, non eſſet beneficium, cùm in terminis illius text. in d. c. quamuis, non poſſet de beneficio curato etiam prouideri, vt declaratur per text. in cap. cùm in illis. de præben. lib. vj. vbi aperte dicit text. quòd quando Papa mandat prouideri alicui, de eccleſiis, perſonatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuſcunque vigore talis mandati, non poterit prouideri de beneficio curato, niſi ſignanter hoc ſit expreſſum. Nec eſt mirum, quia cum

literæ



literæ beneficiales ſint ambitioſæ ſtrictè intelliguntur. d.
9 c. quamuis. † In materia autem ſtricta appellatione beneficij, non venit beneficium curatum, vt not. Pet. de Anch. in d. c. cùm in illis. in iiij. not. & Abb. in c. poſtulaſti. in gloſ. ij. de reſcrip. & in c. ſi. in ij. no. de præben. glo. in c. ſi eo tempore, in verbo cum cura. de reſcri. in vj. & per Decium in rub. de reſcrip. col. fin. in fi. & tamen nimis abſurdum eſſet dicere quòd beneficium curatũ nõ ſit beneficium, omnes tamen Doctores, text. in d. c. quamuis. ad hoc allegant, ad probandum, quòd appellatione beneficij non veniat pen-
10 ſio. Erit † ergo concl. ab omnibus doctoribus recepta. Barbatia tantum excepto, quòd beneficij appellatione regulariter non veniat penſio. Hanc concluſionem tenuit etiã Caccialup. in tra. ſuo de penſ. q. xxx. & vltima, & Decius in rub. de reſcrip. col. vlt. ver. & appellatione beneficij, & ibi etiam dixi in apoſtillis meis ad lecturam Decij, hãc etiam concluſionem ſequitur Anna. in capit. Non ſatis. col. ij. Simon, & Felin. in c. poſtulaſti. col. x. verſic. ſecunda declaratio. de reſcript. quam concluſionem limita modis infra
11 dicẽdis. † Et primo ſecundũ Caccialupum loco præallegato, vt non procedat quando in literis beneficialibus diceretur, & aliud quodcunque beneficium: tunc enim ſecundum eum comprehenderetur præſtimonium & penſio. licet non in titulum beneficij aſſignata. allegat gl. in verbo quodcunque. in cle. ij. de vit. & honeſt. cleri. iſta fuit etiam limitatio Feli. in c. poſtulaſti. col. x. verſic. quarta conclu. de
12 reſcri. ad quam tenendam mouetur Feli. per glo. proximè allegatam. † Cuius dictis, adde quòd dictio quodcunque, importat omnimodam generalitatem, itaque vbi apponitur in lege, vel canone, ſi lex vel canon non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. text. eſt notabilis in c. ſolitæ be-
13 nignitatis, circa fin. de maior. & obedien. vbi Abb. in vlti. not. † Corroboratur prædicta concl. ex iis quæ voluit ſolemnis doctor Decius. in conſil. LXXVIII. incipien. licet in caſu propoſito. col. ij. in fi. in j. volu. vbi conſuluit, quòd licet Feudum acceptum pro ſe, & hæredibus ſuis, nõ dicatur hæreditariũ, cum tunc ad extraneos non tranſeat hæredes, tamen hæreditarium erit, quando acceptum fuerit pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque: quia cum tranſit ad hæredes, etiam extraneos. adducit Bal. in l. cum virum,

Universidad de De Biblioteca

col.fin.C.de fideicom.& Alex.in l.ſi patroni.in prin.col.
14 penul.ff.ad Treb.† Facit etiã quod voluit Ange.in l.quod
ſi nolit.§.ſi quis ita.ff. de edil.edict.vbi dixit quòd ſi fide-
iuſſor promiſſit præſentare principalē quandocũque in-
telligitur etiã poſt ſentẽtiã,licet aliàs ſecus.l.græcæ.§.poſt
15 litē.ff.de fideiuſ.† Et dixit notabiliter Sali.in l.ſi ſerui.C.
de noxal.q; ſi ſtatutũ punit occidentē aliquẽ quouiſmodo
vel qualitercũque,cõprehendit etiã homicidam nõ dolo-
ſum,ſed culpoſum:licet aliàs ſecus,vt ibi per eũ. Ad hoc
tamen vide Bald.in l.data opera.colum.v. C. qui accuſ.&
in l.quicũque.col.v.C.de ſeru.fugi.Ioan.de ana.& Cardi.
in c.lator.de homici.Salicet. ſequitur Caccialupus in ſua
aurea repet.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.vbi dictum
Salice.limitat,& ſequitur etiam Alex.in l.& ſi ſeuerior.in
ij.col.C.ex quib.cau.infam.irroga.facit etiam ad prædi-
ctam limitationem,quod dixit Domi.in c.decet.in princ.
col.iij.de immu.eccl.lib.vj.vbi voluit quòd quando lex vel
ſtatutum dat facultatem cognoſcẽdi de quibuſcũque cau
ſis, tunc nulla cenſetur excepta & excluſa. Ad prædicta
vide Feli.in tract.ſuò,quando lite.apoſt.præiud.patr.eccl.
col.iij.in verſi.amplia quartò. Iſtam tamen limitationem
dicas non procedere in terminis d.c.quamuis.de præben.
in vj.quia etiam ſi ibi eſſet dictum,quòd prouideretur de
beneficiis quibuſcunque:non comprehenderetur penſio:
quia illa non comprehenditur, niſi de ea ſpecialis mentio
fieret,vt ſingulariter dixit tex.in d.ca. quamuis.verſicu.&
16 ideò. in fin.† Vbicunque enim de aliquo requiritur ſpe-
cialis mentio,& expreſſa in beneficialibus: tunc illud non
venit ſub quacunque etiam prægnanti expreſſione. text.
eſt ad hoc ſolennis in d.ca.cum in illis.in princip.de præ-
bend.in vj.vbi beneficia curata non comprehenduntur,
etiam quando dictum eſt,& aliis beneficiis quibuſcũque:
quia de illis requiritur ſpecialis mentio.Facit glo. in c.in-
quiſitores.in verbo expreſſè.de hæret.in vj.& in cle.ij. in
verbo ſpecialis.de offic. ordin.facit text.& quòd ibi no-
tant doct.in ca.ij.de præb.in vj.& iſta ratione vtitur in ſi-
mili Felin.in d.ſuo tract.col.iij.in verſi.& ſi diceres.in fin.
17 † Ad idem facit quod voluit Domi.in c.ſi cui nulla.in fin.
de præbend.in vj.vbi decidit quòd is cui data eſt facultas
conferendi beneficia qualitercũque vacãtia,conferre non
poterit



poterit beneficia reſeruata per conſtitutionem execrabi-
lis,vel alio modo. Vide omnino quæ dixi ſupra in q.xix.
18 prope finem,vbi reprobaui opinionem Caccialup. † Se-
cundò limita ſupradictam cõcluſionem nõ procedere in
materia,in qua fieret extẽſio ex lata ſignificatione voca-
buli,vtputa, in materia fauorabili, in qua reſtrictio locũ
nõ haberet:tunc enim appellatione beneficij,veniret pẽ-
ſio,quia latè ſumendo,penſio eſt beneficium,cum ſit be-
niuola actio gaudiũ tribuẽs capienti.faciunt not. per D.
Ioan.Crotum de monte Ferrato,dominum & præcepto-
rem meum,in rubri.de reſcript.in prin.Quinimo tali ca-
ſu poſſet lato ſumpto vocabulo,penſio dici beneficiũ ec-
cleſiaſticum:non tamen ſpirituale.Iſtam fallentiã elicio
ex mente & verbis Abb.in d.c.ad audientiam.el ij.in j.no.
de reſcript.cuius dicta retuli ſupra.facit regula, odia re-
ſtringi, & fauores conuenit ampliari.c.odia. de reg.iur.
19 in vj.† Tertiò limita prædictam cõcluſionem non proce-
dere,quoties imponeretur collecta ſoluenda per clericos
de fructibus beneficiorum,quia tunc penſio cõprehende-
retur,& penſionarius ad collectam teneretur,ſicuti cæte-
ri beneficiati,cum eadem tunc ſit ratio in penſione, quæ
eſt in beneficiis: identitate enim rationis fit extenſio ad
caſum,qui ſublata ſignificatione vocabuli, comprehendi
poteſt,etiam in materia exorbitãti.Cyn.in l.j.in iiij.opp.
C.quæ ſit long.conſuet.& ſentit gl. in cle.j. in verbo gre-
gibus,de deci.& in c.quia periculoſum.in verb.epiſcopo.
de ſent.excom.in vj.& in c.j.de elect.in vj.Bal.in l.ſi non-
dum.C.de fur.facit ad prædicta,quia licet in materia ſtri
cta,vt dictum fuit ſupra,appellatione beneficij, nõ veniat
beneficium curatum, tamen vbi eſſet eadem ratio, ſecus
eſſet:vt not.Domi.in c.ſi gratioſe.col.pen.de præbend.in
20 vj.† Hinc eſt,quòd ſi alicui conceditur facultas cõferendi
beneficia,etiã de curatis intelligitur.vt habetur per Do-
mi.in c.dudum.col.iij.verſi.ex his infertur.de præben. in
vj.idem voluit Domi.in c.fin.de offi.vicar.in vj.Felin.in c.
poſtulaſti.col.xv.in verſi.ſecundus caſus eſt.de reſcript.ad
quod vide etiam Decium in d. rubri. de reſcript. in fin.
Quartò limita prædictam concluſionem non procedere
in penſione,quę non ad particulare commodum alicuius
(vt communiter fit, ſed vt deinceps ſit beneficium eccle-
ſiaſticum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſiaſticum, aſſignatur: dictum fortè portio ſeu penſio. vt in
c. conquerente. de cler. non reſid. vbi Abb. in j. notab. dicit
notandũ eſſe ex illo tex. quòd ſuper redditibus vnius eccle
ſiæ, poteſt conſtitui certum beneficium, aſſignando certã
penſionem ex redditibus eccleſiæ pro tẽporalitate bene-
ficij nouiter creati: dicens tenendum eſſe menti ad hoc il-
lum text. talis enim penſio, eſt beneficium eccleſiaſticum,
vt habetur per doct. in cle. j. de ſupp. negli. prælat. & diffi-
nitur ſicut eccleſiaſticũ beneficiũ: vt dixi ſuprà q. j. Circa
prædictã q. an penſio veniat beneficij appellatione, poſt-
quàm hæc ſcripſeram, vidi tractatum Pauli de Roma. de
penſio. nuper in lucem editum. in vj. eius quæſito, in cu-
ius ſi. tenet quòd penſio, quando aſſignatur ſuper benefi-
cio eccleſiaſtico, ſit eccleſiaſticum beneficiũ: quando au-
tem datur pro præſtando ſeruitio, ſit officiũ. & quòd licet
penſio ſit beneficium, quo ad denominationẽ & titulum,
non tamen venit appellatione beneficij: cuius dicta viden-
tur implicare contradictionem, cum videre poteris.

## Penſionis reſeruatio an valeat non facta mentione, quòd idem beneficium ſit grauatum alia penſione.

### QVAESTIO XXIX.

1 *Papa in beneficiis, habet plenitudinem poteſtatis.*
2 *Papa non præſumitur velle duplici onere eccleſiam grauare.*
3 *Papa de ordinaria poteſtate, penſionem ſine cauſa imponere non poteſt.*
4 *Motus proprius, in alterius præiudicium non operatur.*
5 *Reſcripta ſumunt robur ex mente ſcribentis.*
6 *Si prima penſio erat nulla, an de ea fieri debuit mentio in aſſignatione ſecundæ.*
7 *De vnione nulla, non eſt neceſſaria mentio.*
8 *De electione nulla, non eſt neceſſaria mentio.*
9 *Litis conteſtatio inualida non interrumpit præſcriptionem.*
10 *Acceptatio inualida gratiam non conſumat.*
11 *De compromiſſo inualido, non eſt opus mentionem facere.*

VIGESIMONONÒ quæritur ſi beneficium aliquod
ſit grauatum onere penſionis, puta ducatorum xx.
ſoluendæ



ſoluendæ puta Titio: deinum Sempronius obtineat ſuper
fructibus eiuſdem beneficij ſibi reſeruari, aliam penſio-
nem, puta ducatorum xv. nulla facta mentione de prima
penſione, an valeat reſeruatio iſtius ſecundæ. Iſta quæſtio
vertitur ad præſens hic Venetiis inter dominum Pleba-
num collegiatæ eccleſiæ ſancti Lucæ, & quendam Curia-
lem: circa quam, dicendum puto ſecundam reſeruationẽ,
in qua de prima non eſt facta mentio, non valere: quia
non eſt veriſimile, quòd Papa ſi ſciuiſſet de prima, cõceſ-
ſiſſet de facili, ſaltem ſecundam penſionem, cùm nõ præ-
ſumatur velle duo onera rei. facit tex. in l. titia cum in te-
ſtamẽto. §. qui in vita. ff. de legat. ij. facit quòd habetur in
l. ij. ff. de dona. arguendo de principe ad teſtatorẽ. vt aliàs
in c. j. de conceſ. præben. in vj. cum ſimi. ad idem eſt tex. in
c. mandatum. cum duobus cc. ſeq. de reſcrip. dum decidit
non eſſe veriſimile Papam voluiſſe eundem ordinarium
grauare ſuper prouiſione duorum beneficiorum, iunctis
not. ibi per doct. facit quod habetur in c. duobus. in ſi. eo.
1 tit. in vj. † ſi igitur hoc in beneficiis, in quibus Papa habet
plenitudinem poteſtatis. cle. j. vt lit. pend. c. ij. de præbend.
in vj. & in quibus concurrit cum aliis ordinariis. c. ſi a ſe-
de. cum ſimi. de præben. eo. lib. fortius id erit in fructibus
qui beneficiato pro eius ſuſtẽtatione debẽtur. iuxta not.
in c. cũ ſecundum. de præb. & in c. ſi. de reſcript. in vj. & in
c. quia ſæpe. de elec. eo. lib. iunctis not. in c. præſenti. cum
ſimi. & infra dicẽdis, & prædicta opinio, viua etiã ratione
2 fundatur. † Nullus enim ambigit, quòd ſi Papa eandem
eccleſiam ſemel grauatã intellexiſſet, noluiſſet, ſaltem ita
de facili, eidem aliud onus imponere, per ea quæ notatur
in c. ad audientia. el ij. & in c. ſi ſuper literis. & c. ſi propo-
3 nente. de reſcrip. cũ ſimi. facit, † quia ſine cauſa etiã Papa
de poteſtate ordinaria imponere nõ poteſt ſuper fructi-
bus beneficij penſionem: vt per Roman. in conſil. CCC-
LXXXVIII. incip. in caſu propoſiti thematis. & dixi ſu-
pra q. vj. verſ. Remanet etiã & facit quod habetur per Cal
de. in conſ. viij. de reſcri. ad ſi. & etiã aliàs dixi. & fortius in
ordinario in d. q. vj. & x. ſuprà. & not. in d. c. ad audientiã.
vbi Fel. & in c. conquerente. de cleri. non reſidend. & per
Petr. de Ancha. in conſi. CCLXXIIII. & Oldr. conſi.
CCXXVIII. fortius igitur dicendum eſt eundem non
præ

Universidad de Deusto
Biblioteca



præſumendũ velle pẽſiones geminare in præiudiciũ ec-
cleſiæ niſi de illis ſit informatus. Ignorãtia enim excludit
voluntatẽ. iuxta tex. in d. l. ſi per errorem. cũ ſimi. & habe-
tur in d. cle. j. de conſti. in vj. iuxta auth, multo magis. C.
de ſacr. ſan. eccl. ex quo ſequitur, quòd licet etiã ſine cau-
ſa Papa poſſet, tamẽ ſciẽtia requiritur ad effectũ volũta-
tis vt dictum fuit, pro quo eſt regula l. idem Vlpianus &
l. quidam conſulebant, cum ſimilibus. facit: quia ex
cõtraria concluſione abſurdum ſequeretur. Si enim pro
penſione primo loco reſeruata Titio, obligati eſſent fru-
ctus, ex quibus pẽſio debetur: vt cõcludit Roma. in d. ſuo
conſi. cccLxxxvIII. per text. in l. libertis. §. Lucius: quæ eſt
iiij. ff. de alimen. & cib. lega. cum ibi not. Si diceremus va-
lere reſeruationẽ ſecundæ pẽſionis, fatendũ eſſet Papam
voluiſſe eoſdẽ fructus pro altera, & ſic ſecunda penſione
obligatos eſſe, contra not. in l. iij. ff. de crimi. ſtellio. & in
l. qui duobus. ff. de fal. cum ſimi. vt etiam cõſtat in his ter-
minis voluiſſe Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de cau. poſſ.
& propriet. §. quia vero. verſic. quod de colligentibus pe-
dagia. in addi. quæ incipit, ſuper quibuſdam. & notabili-
4 ter Oldr. in conſi. xxII. circa fi. † Et prædicta concluſio, ſe-
cundum quam audiui ſæpe fuiſſe iudicatum in curia Ro-
mana: procedit etiam ſi ſecunda penſio fuiſſet motu pro-
prio reſeruata, nam motus proprius operari non debet,
vbi de alterius præiudicio agitur: vt eſſet in quæſtione
noſtra ſi cõtrarium diceremus, præſertim vbi ſubeſt de-
fectus intentionis. vt per Felin. in c. conſtitutus. col. iiij. in
prin. de reſcrip. & ibidem. col. v. verſi. authoritas. in verbo
niſi ſcriberet. & idem Fel. in c. cauſamque. el ij. col. ij. verſ.
& illa concluſio. de teſtib. & dixi ſupra q. ix. in verſi. quid
autem dicendum ſit. & not. Lapp. alleg. vij. & Bellemera,
deciſione. ccxcvI. ccccLxxv. Dccxvll. & Anto. de Butri.
in c. quia circa. de conſang. & affinit. verſic. quæro quid
ſi motu. & eſt gloſ. notabilis in l. j. C. de collatio. & rela-
5 tio. lib. x. † Reſcripta enim ſumunt robur ex mente ſcri-
bentis. Innoc. in c. cum eccleſiaſticæ, de except. & Bald. in
l. reſcripta. col. penult. C. ſi contra ius. idem Bald. in l. j.
de conſtitut. princip. Felin. in d. c. cum eccleſiaſticæ. in fin.
Motus enim proprius non tollit ea, per quæ gratia reddi
poſſet nulla, quæ non veniunt ex dolo, vel culpa impe-
trantis



trantis: ſed potius ex veriſimilitudine mentis ipſius cõce-
dentis: vt dixit Bellemes. in d. ſua Deciſion. cccxcII. facit
quod habetur in c. mandatũ. per Doct. & per Ioan. And.
in c. penult. de reſcript. in vj. & Card. in conſil. xxxvIII.
incip. Papa viuit. Adde prædictis, quòd illam concluſio-
nem poſtquàm hæc ſcripſeram inueni tenuiſſe Gulielm.
Caſſadorum, qui fuit audit. Rotæ, in ſuis Deciſ. ſuper reg.
Cancell. Deciſ. III. in rubr. de penſio. qui dicit concluſio-
nem prędictam, firmatam fuiſſe per Rotam ſuo tempore,
& pro ea allegat plures rationes, cuius Deciſiones de an-
no præſenti 1540. primùm in lucem editæ, & impreſſioni
traditæ fuere, & ibi tradit, an penſio taliter aſſignata ſit
nulla, vel annullanda: & decidit, quòd ſit nulla ipſo iure,
& prædicta concluſio procedit etiam ſi ſecunda penſio
transferatur tempore quo iam prima ceſſauerat, etiam
eo viuente qui ſecundæ penſioni cõſenſerat, & nunquàm
reclamauerat, ita firmat idem Caſſadorus Deciſ. IIII. de
penſio. loco ſupra allegato. pro quo adducit bonas ratio-
nes: cum videre poteris. Imò plus dixit idem Caſſadorus
Deciſ. III. ſupra allegata, quòd ſi rector beneficij grauati
duplici penſione, ſolueret vtranque: non tamen præiudi-
cat eccleſiæ, & ſucceſſori, cum poſſet de ſua parte fructuũ,
indebitum ſoluere. c. veniens. & c. cum materia. de trãſac.
6 eſt enim procurator nõ dominus. c. ij. de donat. † An au-
tem valeat ſecunda reſeruatio penſionis tacita prima ſa-
cta, ſuper fructibus eiuſdem beneficij, quando prima erat
nulla, & pro nulla fuit ex poſt declarata? Dicendum vide-
tur, ſecundam penſionem valere: nam videmus quòd nõ
eſt opus facere mentionem de reſcripto nullo & elidibi-
li. gloſ. in c. cum noſtris. in verbo de facto. de conceſſione
præbend. gloſ. in c. ex tenore. in verbo negotio, in fin. de
reſcript. gloſ. in c. ſuggeſtũ in verbo poſterius. de iure pa-
7 tro. † Videmus etiam, quòd de vnione nulla, non debet de
neceſſitate fieri mentio. vt dixit Calde. in conſi. xxix. in
rubr. de præben. & dixit etiam Abb. poſt Hoſtien. in c. per
veſtras. col. iij. de donat. inter vir. & vxor. quòd non debet
fieri mentio de proceſſu nullo, vel ſentẽtia nulla. quod ſe-
quitur ibidem Præpoſ. facit quòd voluit Roman. conſilio
cccclxxxIII. incip. dubitatur. j. colum. penulti. vbi dixit,
quòd valet impetratio cõfirmationis nõ facta mentione
de

Universidad de Deusto
Biblioteca



8 de prouiſione alteri nulliter facta.†Et dixit Calde.conſi.
xi.ii.de reſcript.quòd de electione nulla,non eſt opus fa-
cere mentionem, accedit quòd cõſulendo decidit Sozin.
in conſi.cxx.incipiente,circa primum conſultationis arti-
culumn.col.j.in fin.& colum.ij.in princip.vbi dixit, quòd
gratia non eſt ſubreptitia,in qua non eſt facta mentio de
quadã tranſactione nulla,in quarto volumine.Facit quod
notanter dixit Pau.de Caſt.in l.ſancimus.in fi.C.de teſta.
vbi voluit per illum tex. quòd clauſula caſſans & irritans
omne aliud teſtamentum,habet tacitam cõditionem:vi-
9 delicet ſi teſtamentum,†in quo eſt talis clauſula, ſit vali-
dum.facit glo.in c.vt debitus.de app.in gloſ.ij. quæ dixit,
quòd litis cõteſtatio inualida, nõ interrũpit præſcriptio-
nẽ:& citatio inualida,nil operatur:gloſ.in l.ſi accuſatori-
bus.C.de accuſ.in glo.fi.Bald.in c.in nomine Domini. in
10 quarto not.de teſtib.†Facit quòd voluit Roma. in cõſilio
cccxxix. incip.præſens conſultatio.vbi dixit, quòd acce-
ptatio inualida, nõ facit gratiam expectatiuam eſſe con-
ſumptam. Facit quòd notanter voluit gloſ. fin. in c. cum
cauſam.de teſtib.quæ dixit quòd teſtimonium teſtis non
debilitatur ex primo dicto eiuſdem, contrario nulliter
11 tamen recepto.†Nec opus eſt facere mentionem, de cõ-
promiſſo nullo.Card.in conſi.xciii.incip. nobiles viri:in
verſi.quartò obiicitur.accedat etiam quòd de priuilegio
nullo, vel ſubreptitio non eſt neceſſariò faciẽda mentio:
ita dicit Domi.in c.quoniã.col.iiij.xviij. diſt. facit regula
nõ præſtat impedimẽtũ,quod de iure nõ ſortitur effectũ.
c.non præſtat.de regul.iur.in vj.vbi multa accumulat Io.
And.& vide ad hunc propoſitum quæ latè tradit Fel.in d.
c.ex tenore.de reſcri.in iij.colum.in verſi.de reſcripto.&
idem in c.in noſtra.col.iij.& iiij.eo.tit.in quibus locis,la-
tiſſimè ſcribit, an & quando ſit facienda mentio de actu
nullo, tã in literis ad lites quàm in literis beneficialibus.
& circa hunc articulum,quòd actus inualidus nõ ſit in ali-
qua conſideratione,plura accumulat etiam ſolennis præ-
ceptor meus,Dominus Hippolytus de Marſi.qui me pro-
mouit ad doctoratum, in conſi. ſuo xxxviii. incipiente,
quoniã ſaluos facis.col.j.& ij.in j.volum. & idem conſil.
xxxix. & xliii. j.col.eod. volum.erit ergo concluſ. quòd
de prima penſione nulla & inualida,nõ erit faciẽda men-
tio



tio:quæ concluſio ea ratione cõprobatur,quia verum erit
dicere,quod fructus illius beneficij, ſuper quibus penſio
eſt impoſita pro penſione vltima,tantum erũt obligati, &
non pro prima nulla & inualida : & ſic ceſſant omnia ſu-
pra adducta pro fundamento principalis quæſtionis,quod
non valet ſecunda penſio de prima mentionem nõ faciens.
& ad prædicta,vide etiam Calder.conſil.xi.de reſcrip.

## Penſionarius an teneatur dicere officium.

### QVAESTIO XXX.

1 *Fructus beneficij percipere non debet clericus officium non dicens.*

2 *Penſionarius habens penſionem ſimpliciter,officium non tenetur dicere,*

3 *Penſio cadit etiam in laicum.*

TRIGESIMÒ quæro:cautũ eſt in iure, quòd habens
beneficium teneatur officium dicere, vt in cap. fina.
de reſcript.in vj.& habetur per docto.in c.j.de celebrat.
miſſa.vbi Abb.dixit,quòd clericus de iure diuino, tenetur
ad ſeptẽ horas canonicas,licet de iure diuino dictæ horæ
non ſunt determinatæ,vt inquit Hoſtien.in d.c.j. ſed poſt-
modum de iure poſitiuo, determinatio & diſtinctio offi-
cij fuit introducta : & nuper ſtatutum fuit in vltimo La-
1 teranenſi concilio,in ix.ſeſſione, †quòd non dicens offi-
cium, fructus beneficij non percipiat, & ipſo beneficio
priuari poſſit:cuius ſtatuti tenor talis eſt. Statuimus quo-
que & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cũ cu-
ra,vel ſine cura,ſi poſt ſex menſes diuinum officium non
dixerit,legitimo impedimento ceſſante,beneficiorum ſuo
rum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis officij &
temporis,ſed hos tãquàm iniuſte perceptos,in fabrica hu
iuſmodi beneficiorum,vel pauperum eleemoſynas,eroga-
re teneatur.Si verò vltra dictum tempus in ſimili negli-
gentia cõtumaciter permaſerit,legitima monitione præ-
cedẽte,beneficio ipſo priuetur, cum propter officiũ de-
tur beneficium.intelligatur autem officium dimittere quò
ad hoc,vt beneficio priuari poſſit,qui per dies quindecim
illud bis ſaltem non dixerit:hæc ſunt conſtitutionis verba.
Quid dicendum ſit in penſionario an teneatur officium

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicere? Diſtinguendum puto, quòd aut clericus habet pē-
ſionem intitulatam: vt puta, aliquā partem fructuum alte-
rius beneficij: vt deinceps ſit eccleſiaſticum beneficium,
dictum fortè, portio ſiue pēſio. iuxta not. in c. conqueren-
te. de cler. non reſid. & dixi ſuprà q. xxviij. in verſi. quartò
limita. & iſto caſu: quia talis penſio eſt beneficium eccle-
ſiaſticum, nulli dubium, quòd illam habens, officium dice
re tenetur, cùm propter officium detur beneficium c. fina.
de reſcrip. in vj. & hoc eſt deciſum per conſtitutionem ſu-
2 pradictam. † Aut clericus pēſionarius percipit penſionem
non intitulatam: ſed ſimplicem: vt communiter accidit
prout penſio eſt quid mere temporale, & tunc officium
dicere propter talem penſionem non tenetur, & ſic illud
non dicendo, non incidit in pœnam conſtitutionis prædi-
ctæ, quæ loquitur tantum de beneficiis ſimplicibus & cu-
ratis. Penſio enim nō eſt beneficium, nec venit regulariter
appellatione beneficij: vt not. Doct. in c. ad audientiam. el
ij. vbi Felin. poſt Abbatem, de reſcrip. Et hanc concluſio-
nem inuenio tenuiſſe Hierony. Paulum Doctorem Cate-
lanum practicum Curialem, autorem libelli, qui intitula-
tur, Prouinciale omnium eccleſiarum. in dicto ſuo libello.
fol. 48. in verſicu. Quod penſiones. in fine. Et de hac quæ-
ſtione multoties fui interrogatus. pro qua faciunt ea quę
3 dixi ſuprà q. j. & q. xxj. † vbi concluſi, quòd penſio cade-
re poteſt etiam in merum laicum, cum ſit quid profanū,
nil habens ſpiritualitatis: vt dictum fuit in d. q. j. faciunt
etiam dicta ſuprà q. vij. xxv. & xxviij. & quæ dicentur
in ſequen. q. Hanc concluſionē tenuit etiā Do. Lodouicus
Gomes, Rotæ auditor, in cōmēto regulæ Cancell. de infir.
reſignan. q. xvj. vbi dixit hoc tenuiſſe etiam Iaco. de Ferra.
in tract. de hor. cano. & Petr. Andr. Gammarum, olim
Rotæ auditorem, in tract. de offic. legat. ſubdens idem Go-
mes, quòd ſi ſecus diceremus, & ſuper vno beneficio eſ-
ſent aſſignatæ, puta, tres penſiones: quòd quatuor perſo-
næ pro vno beneficio, tenerentur officium dicere, quod
vtique abſurdum eſſet.

## Penſionarius, an teneatur ad reſidem.

### QVAESTIO XXXI.

*Clerici in ſuis beneficiis reſidere tenentur, ſiue ſimplicia, ſiue cu-
rata ſint.*

2 *Rector beneficij monitus non reſidens, eo priuari debet.*

3 *Præſentatus nolens reſidere, inſtitui non debet.*

4 *Penſionarius ad reſidentiam non tenetur.*



TRIGESIMOPRIMO quæro, iure cautum eſt, quòd
clerici teneantur reſidere in ſuis beneficiis, ſiue bene
ficia ſint curata, ſiue ſimplicia: vt per Innocen. in c. ex. tuæ.
1 de cleri. nō reſid. † vbi apperte dixit, quòd omne beneficiū
de iure communi, reſidentiam requirit, idem not. Doct. in
c. fin. eod. tit. vbi Ioan. Andr. Hoſtien. Abb. & alij conclu-
dentes, quòd omnia beneficia, quæ in titulum dantur, ſiue
magnæ, ſiue modicæ ſint vtilitatis, etiam ſi eſſent viginti ſo
lidorum de iure communi reſidētiam requirunt. facit tex.
in c. quia nonnulli. de cleri. non reſiden. & in c. quia intan-
tum. de præben. & in extrauagan. Ioan. xxij. quæ incipit,
execrabilis. in fin. & poſt alios, per Decium in c. perue-
2 nit. el ij. de appel. † Et ſi rector beneficij reſidentiam non
faciat, & monitus, ceſſante iuſto impedimento, nō redeat
ad reſidendum in ſuo beneficio, tunc priuari poſſet. text.
eſt in c. ex parte. & in c. inter quatuor. de cleri. non reſid.
Quinimo ſi epiſcopus: vel archiepiſcopus non faciant re-
ſidentiam in ſuis archiepiſcopatu, vel epiſcopatu, poſt-
quàm moniti fuerint, non redeuntes ad reſidendum, poſ-
ſunt alij eorum loco eligi. text. eſt in c. qualiter. eod. tit. &
dicit text. in c. ij. de cleri. non reſid. quòd in ſinodo Anaſta
ſius præſbyter Cardinalis, tituli beati Marcelli, ab omni-
bus Canonicè fuit depoſitus, ex eo, quòd ſuam parochiā
per annos quinque contra canonum inſtituta deſeruit.
3 † Et ſi quis præſentatur ad aliquod beneficium, quod ſit
de iure patronatus, & nolit facere reſidentiam in eo, in-
ſtitui non debet à ſuperiore, & inſtitutus, & ex minus
iuſta cauſa non reſidens, beneficio ipſo priuandus eſt
appellatione remota. text. eſt in c. relatum. de cleri. non re
4 ſiden. † Quid autem dicendum ſit in clerico qui ſuper fru
ctibus ſimplicis, vel curati beneficij, penſionem annuam
ſibi reſeruari obtinuit, an ipſe ad reſidentiam teneatur?
In iſta q. Archi. in c. quamuis. el j. col. ij. verſi. prouideri. de
præbend. in vj. decidit, quòd penſionarius ad reſidentiā nō
teneatur, idem tenuit Franchus ibidem, col. j. in ij. not. &
Pet. de Ancha. col. j. verſi. Tertiò collige. Cardi. in c. fin. q.

Universidad de Deusto
Biblioteca



xj.de cleri.non reſid.idem voluit Hiero. Paulus in ſuo li-
bello,intitulato,Prouinciale omnium eccleſiarum. fol. 48.
verſi.item quia huiuſmodi penſiones.& Ioan.de Sylua,in
tracta.ſuo,de benefi.in iiij.parte q.j. Idem voluit Ioan. de
Ana,in c.non ſatis.colum.ij.de ſimo.Adde quòd idem ſen
tit Paul.de Rom.in tract. ſuo de penſio. in ſeptimo quæſi
to.verſicul.ſed per penſionem.num. 24. & Do. Lodouicus
Gomes Rotæ auditor ,in commento regulæ Cancellariæ.
de annali poſſeſſione.q.xxj.

## Penſio an faciat incompatibile ſub eodem tecto.

### QVAESTIO XXXII.

1 *Penſio non datur in titulum.*

TRIGESIMOSECVNDÒ quæro , an penſio faciat
incõpatibile ſub eodem tecto : & dicendum erit
quòd nõ,quia vt ſæpe dictũ fuit, penſio non eſt beneficiũ
eccleſiaſticum,vt vidimus ſuprà q. j. & habetur per doct.
in c.quamuis.de præb.in vj.& in c.ad audientiam. el ij.de
reſcript.ideo beneficij eccleſiaſtici appellatiõe nõ venit,
vt latè dictũ fuit ſuprà q.xxviij.Et ideo penſionarius, offi-
cium dicere non tenetur de quo diximus ſuprà q.xxx.Nec
tenetur etiã ad reſidentiã,vt in proxima præcedenti q.Iſtã
quæſtionẽ mouet etiam Hiero.Paul.magnus practicus cu
riæ Romanæ,in ſuo libello intitulato Prouinciale omniũ
eccleſiarũ.aliqui eum vocant practicã Cãcellariæ.fol.48.
verſi.recipiũtur tamẽ.vbi determinat penſionẽ nõ facere
incompatibilia ſub eodẽm tecto.†Facit ad prædicta,quia
1 penſio nõ datur in titulũ.Hinc eſt quod dicebat Præfatus
doctor in dicto ſuo libello.fo.86. in notabilibus penſionẽ.
quòd in penſione , & commendis quis non examinatur,
nec datur forma dignum,quia examen,& forma dignum,
locũ habent,quãdo beneficiũ confertur in titulũ. & quia
præſens quæſtio eſt ſatis clara,ideo vlterius non inſiſto.

## Penſio an poſsit permutari cum beneficio eccleſiaſtico.





### QVAESTIO XXXIII.

1 *Præbenda eſt duplex, Spiritualis, & temporalis.*
2 *Penſio quæ in titulum datur,poteſt permutari cum beneficio.*

TRIGESIMOTERTIÒ quæro , an penſio cum be-
neficio eccleſiaſtico permutari poſſit Cardi & Ioan.
de Imo.in cle.vnica.§. eadem. de ſuppl. negli.præla. q. ix.
decidunt quòd non ; & rationem adducunt , quia penſio
etiam quòd eſſet aſſignata clerico,pro titulo recipiendo-
rum ordinum,non tamen cenſetur titulus beneficialis. de
quo in c.tuis.de præben.& in hac opin. reſident etiam in
d.cle.vnica.Guli.& Egid. ratio autem cur permutatio ta-
lis non valeat,eſt,quia penſio eſt quid tẽporale,nil habens
ſpiritualitatis,vt vidimus ſuprà q. j. faciunt dicta ſuprà q.
xxj.vbi cõcluſum fuit,quòd penſio poteſt etiam in laicum
cadere:pro habendo autem beneficio eccleſiaſtico , nõ eſt
licitũ aliquid temporale exhibere,alioquin eſſet ſimonia
c.cum eſſent.c.querelam.& c.ex diligenti.cum ſimi. de ſi-
mo.Hanc concluſionem tenuit etiam Fede.de Senis.in tra
cta.ſuo de permut.benefi.q.ix.& Pet.de Vbal.in repe. c.j.
de rerum permu.quam etiam ſequitur Caccialupus in tra
cta.ſuo de penſio. q. xiiij. & Vltramon.in tracta. de per-
mu.benefi.in iiij.part.circa finem,comprobatur concluſio
prædicta ex his quæ voluit Cardina.in clementi.fin.q.xij.
1 de præbend. † vbi dicit duplicem eſſe præbendam videli-
cet quandam ſpiritualem,licet eius ſubſtãtia in rebus tẽ-
poralibus conſiſtat , & iſtam dicit permutari non poſſe,
niſi cum iure ſpirituali. c. ad quæſtiones. de rer. permut.
Aliã eſſe temporalem,quæ datur etiam de rebus eccleſia-
ſticis pro aliquo labore temporali,alicui benemerito pu-
ta aduocato,& ſimili , & iſta ex quo nullam continet ſpi-
ritualitatem, permutari non poterit cum ſpirituali iure.
argumen.tex.in c.cum eſſent,de ſimo.c.veniens.de pact.c.
cum pridem.xij.q.ij.c.quicũque.xvj.q.j.& adducit aliã ra-
tionẽ dicens,quòd penſionarius ad eius vitã habet penſio
nem:vnde ſi permutaret,& contingeret illum,in quem pẽ-
ſio transfertur iure permutationis viuere , vltra ipſum nil
haberet,quia ille non potuiſſet plus iuris in eum trãsfer-
re,quam haberet,c.nuper.de dona.inter vir. & vxo,quam
rationem dicit ceſſare,quando præbenda permutatur , vt

Universidad de Deusto Biblioteca



titulus beneficij: tunc enim fit permutanti collatió: & ideò
ſi moriatur is qui primò habebat, iſte titulum habere nõ
deſinit. Tu tamen dicas, quòd iſta ratio non militat quan-
do penſionarius permutans haberet facultatem transfe-
rendi penſionem in aliam perſonam, nam tunc facta pen-
ſionis tranſlatione morte transferentis, penſio non expi-
rat, ſed durat ad vitam eius, in quem transfertur: ſed be-
ne militat prima ratio, quòd de ſpirituale ad temporale,
2 non valet permutatio, ex dictis per Cardina.† Habes con
cluſionem quòd quando penſio eſſet clerico aſſignata in
titulum beneficij, ita vt deinceps eſſet beneficium eccle-
ſiaſticum, de quo habetur in c. conquerente. de cleri. non
reſid. & dixi ſuprà q. j. & q. xxj. in verſic. ad quod faciunt, &
q. xxiiij. verſicu. quando autem extraheretur. & q. xxviij.
verſicu. quartò limita: tunc bene poſſet cum beneficio
eccleſiaſtico permutari. Supradictam concluſionem, quòd
penſio permutari non poſſit cum beneficio eccleſiaſtico:
tenuit etiam Bonifac. in clemen. j. de rer. permuta. col. iij.
nume. 32. dicit enim quòd permutatio locum habet in
ſpiritualibus hinc inde, non autem in temporalibus pen-
ſio, in ſpiritualibus verò beneficium: nam in habentibus
ſymbolum, facilis eſt tranſitus. l. ſed cum patrono. ff. de
bo no. poſſeſ. l. an inutilis. §. acceptum. ff. de exceptio. Hanc
eandem concluſionem tenuit etiã Paul. de Roma. in tract.
ſuo, de penſio. nuper in lucem edito qui iſtam quæſtio-
nem, longè melius & copioſius cæteris examinat in vij.
quæſito in verſicu. venio, & nunc ad quæſtionem ſeptimi
quæſiti: vbi dicit, quòd prædicta concluſio procedit de
iure cõmuni. Sed nunquid Papa poſſit autoritatem præ-
ſtare contrahentibus: vt poſſit penſio cum beneficio ec-
cleſiaſtico permutari. Concludit idem Paulus quòd non,
quia licet Papa poſſit ſupra ius diſpenſare: vt in c. propo-
ſuit. de conceſ. præbend. non tamen tollere poteſt natu-
ram iuris, nec in eo diſpenſationem intelligere. c. cùm ad
monaſterium. de ſtatu monacho. ipſum videre poteris:
quia iſtam quæſtionẽ copioſè examinat: cuius dicta bre-
uitati ſtudendo, non intendo referre.

## Penſio an ſalua conſcientia peti, & ſolui oſsit, literis non expeditis.





## QVAESTIO XXXIIII.

1 *Litera non eſt de ſubſtantia gratiæ: ſed probationis gratiæ.*
2 *Donatio imperialis ſcriptura non eget.*
3 *Neque bullatio, neque ſcriptura eſt de ſubſtantia gratiæ.*
4 *Papa cenſetur gratiam facere, iuxta ſtilum Cancellariæ.*
5 *Clauſula quòd ſola ſignatura ſufficiat, non exigit literarum expeditionem.*
6 *Gratia Papæ ſolo verbo facta valet.*
7 *Contractus validus ſecundum ius naturale, licet nullus ſecundum ius poſitiuum, reddit quem tutum in foro conſcientiæ.*
8 *Solemnitas expeditionis literarum eſt de iure poſitiuo.*
9 *Electus eſt tutus in foro conſcientiæ, quando tenet electio de iure naturali, penſio quando ſit licita.*
10 *Regula Cancellariæ quòd gratia non ſuffragetur niſi literis expeditis, quomodo procedat.*
11 *Cautela vt quis ſine literarum expeditione, poſſit litem mouere.*
12 *Verbum ſuffragetur intelligitur in foro iudiciali.*
13 *Diſpenſatus ad plura incompatibilia: eſt tutus etiam non expeditis literis.*
14 *Diſpenſatio expreſsè facta, poteſt teſtibus, & inſtrumentis probari.*

TRigeſimoquartò quæro, an penſio ſalua conſcien-
tia peti poſſit, & exigi literis ſuper illius reſeruatio-
tione non expeditis. Hanc quæſtionem inueni tactam per
magnum illum practicum Hieronymum Paulum Hiſpa-
num antiquum curialem, in libello ſuo, intitulato Prouin
ciale omnium eccleſiarum, ſeu Practica Cancellariæ: in
qua videtur dicendum, quòd ſignata ſupplicatione licitè
& ſalua conſcientia exigi poſſit, & ſolui penſio literis nõ
1 expeditis cũ ad eſſe gratiæ litera non requiratur.† Litera
enim eſt de ſubſtantia probationis gratiæ, non autem de
eſſentia ipſius gratiæ: vt voluit Bal. in l. humanũ. C. de le-
gi. & Io. Andr. in procemio vj. vbi Franchus in verſic. vni-
uerſitati, in quibus locis dicunt, quod ſi Papa facit alicui
gratiam vel collationem beneficij, & mandat de hoc lite-
ras fieri, & antequàm fierent, moriatur, gratia per ipſum
facta licet nondũ redacta ad Bullam, & ſolitam formam,
non expirat eius morte: & ita ſe cõſuluiſſe dicit Io. Andr,

Universidad de Deusto Biblioteca

loco prællegato.facit ad hoc tex.cũ gl.in cle.dudũ. circa
fi.in verſi.Nos enim.de ſepul.ad idẽ facit tex.in §.perficiũ-
2 tur.inſtit.de dona.† Donatio enim imperialis nõ eget ſcri
ptura.l.ſancimus.§.exceptis.C.de dona.facit quòd voluit
Decius,in rubr.de cõſti.in j.lect.col.pen.in verſi. ex ſupra-
ſcriptis: vbi dixit quòd gratia & priuilegiũ valent abſque
ſcriptura.ſtatim enim, quòd Papa dicit fiat:gratia eſt per-
fecta.Bal.in l.fi.in prin.C.de cõmu.ſeru.manumiſ.& idem
in l.fin.col.ij.verſi.& ideo fuit quæſtio. C.ſent.reſcin.non
3 poſ.& in l.falſus.col.viij.verſi.ſcias.C.de furt.† Idẽ voluit
Card.in proœ.clem.in verſi.Ne ſane.in fine, vbi cõcludit,
quòd nec bullatio , nec ſcriptura eſt de ſubſtantia gratiæ,
vel priuilegij.de quo eſt text.cum gloſſ.in c.iuſtit.xxv.q.ij.
veruntamen eſt,quòd quando Papa moritur facta gratia,
nondam tamen literis confectis ſuper ea,literæ expediun
tur poſtmodum ſub nomine pontificis ſucceſſoris in for-
ma quæ rationi cõgruit,vt eſt prouiſum per regulas Can
cellariæ apoſtolicæ. Iſtam concluſionem,quòd penſio exi-
gi poſſit licitè,literis non expeditis, tenuit etiam gl.in re-
gulis Cancellariæ Innocentij.viij.in regula.xxv.in fine.vbi
dixit , quòd ſi quis vult,quòd ſibi ſoluatur penſio ſine ex-
peditione literarũ:Cautela eſt ,quòd is qui conſentit pen
ſionis reſeruationi,faciat inſtrumentum ad partem,quòd
eſt contentus ſoluere penſionem etiam literis nõ expedi-
tis,& quòd renunciet dictæ regulæ Cancellariæ.Subdit ta-
men,& ita eſt veritas , quòd ſucceſſor in beneficio grauato
onere dictæ penſionis non teneretur ex tali contractu.
Contrariam autẽ partem,quòd imò penſio,nec peti , nec
exigi poſſit , ſalua conſcientia literis non expeditis.tenuit
ille practicus in d.libello,Prouinciale omniũ eccleſiarum.
fol.45.in verſi.bona quæ auferuntur.verſic.& faciunt hæc
ad quæſtionem,vbi dixit,quòd ſalua conſcientia literis nõ
expeditis,nec recipi , nec licitè ſolui poteſt penſio.moue-
tur:quia conſenſus partium non poteſt operari vltra con
4 ſenſum Papæ , ſeu Principis. † Cùm Papa hoc caſu velit
tacitè,quòd ad effectum perfectionis gratiæ, literæ expe-
diantur , nam per ſignaturam Papa cenſetur gratiam fa-
cere,iuxta ſtilum per Cancellariam limitandũ ſeu decla-
randum , & illa eſt tacita eius voluntas, ita voluit Bellem.
Deciſio.DCXCVIII. Oldr.conſil.CCXXVI.& per Bald.
in c.



in capit.j.per quos fiat inueſti.in vſib.feud.& Milus in ſuo
reper.in verbo gratia. Facit regula Cãcellariæ qua caue-
tur, quòd nemini gratia ſuffragatur, niſi literis expeditis.
videtur igitur neceſſarium,quòd expediantur literæ,qui-
bus expeditis,gratia dicitur habere eſſe ſuum.alleg. Bel-
lem.deciſ.cx. ſubdens quòd in ea tunc oſtenditur aperta
mens Papæ,& expreſſa:ſed in literis reſeruationis penſio-
nis dicit ipſe quòd ponitur clauſula de mente Papæ:poſt-
quàm dictæ literæ præſentatæ fuerint , ergo ante illarum
præſentationem, & multò minus ante expeditionem non
poteſt exigi vel ſolui penſio.Dicit tamẽ dictus autor quòd
credit , quòd ſi partes eſſent certæ de expeditione litera-
rum,quamquàm non præſententur literæ, tamen in foro
conſcientiæ poſſet ſolui & exigi penſio:cùm tacita volun-
tas principis hunc caſum non excludat, ſcilicet quòd velit
de neceſſitate literas præſentari , & non haberi pro præ-
ſentatis : cũ huiuſmodi præſentatio literarum inducta ſit
in fauorem partis debentis penſionem ſoluere,& ne reci-
piantur penſiones ſuper beneficiis eccleſiaſticis abſque
aſſignatione ſuperioris,& illius voluntate, de qua volun-
tate ſufficit , quòd conſtet aliter quàm per præſentationẽ
literarum ad hoc , vt in conſcientia quis ſit tutus dum-
modo in veritate literę ſint expeditæ,& ſubdit dictus au-
tor,quòd idem videtur ſibi dicendũ in omni caſu, in quo
de voluntate Papæ eſſet , quòd literæ expedirentur: quia
ante expeditionem , quis eis vti non poſſet ſine peccato:
quid autem dicendum ſit in diſpenſationibus,& aliis gra-
5 tiis.vide ibidem per eundem.fol.45.† Bene verũ eſt,quòd
quando in gratia eſſet clauſula, quòd ſola ſignatura ſuffi-
ciat,tunc quis eſſet tutus in foro conſcientiæ , abſque ali-
qua expeditione literarũ.nam tunc apparet expreſſè mẽs
Papæ non curantis de expeditione literarũ,& modo vide-
tur debere intelligi tex.& gl.in d.clem.Dudum , in verſic.
6 verbo.de ſepult.& gl.in c.inſtitutiones.xxv.q.j.† Vbi ha-
betur quod gratia Papæ,ſolo verbo facta valet , & ita di-
cit dictus autor quotidie in curia practicari:ſubdens etiã
quòd audiuit a quodam theologo , quòd ipſe credebat,
quòd ſi mens principis volentis tacitè,vel expreſſè , quòd
ſuper gratiis per eum factis expediantur literæ, & aliter
gratiæ non valeant,moueatur:non propter intentionẽ, vt

Universidad de Deusto Biblioteca



gratiæ melius examinentur per literarũ expeditionẽ, ſed
tantum, vt ex illa expeditione veniat ei lucrum: Tũc & eo
caſu, etiam non expeditis literis, gratia quis vti licitè poſ-
ſet, & hoc propter malã intentionem & iniquã principis
voluntatẽ. Nam ſi ſuper hoc legem fecerit, videtur iniqua
talis lex, cũ ad vtilitatem cõmunem, non ad priuatam lex
fieri debeat. Faciũt notata in c. j. de cõſti. & in c. erit autem
lex. iiij. diſtin. & cap. quæ contra. viij. diſtin. facit, quia ini-
quam legem condendi Deus ſibi autoritatem non dedit:
ad quod facit tex. in c. qui reſiſtit xj. q. iij. dicit tamẽ quòd
in dubio præſumendum eſt principem ad bonum finem,
feciſſe huiuſmodi legem. Iſta ſunt dicta per eundem au-
torem. Ego autem arbitror intrepidè dicendũ, primã opi
nionem eſſe de iure veriorem, videlicet quòd penſiò ſalua
conſcientia, recipi & ſolui poſſit, literis ſuper illius reſer-
uatione iam facta nondum expeditis: & moueor ex infra
7 ſcriptis. † Primò: quia nulli dubiũ, quòd de iure naturali
ſtatim quòd Papa dicit fiat, gratia facta eſt. Solẽnitas au-
tem extrinſeca expeditionis literarũ, eſt de iure poſitiuo:
ergo ſi omittatur expeditio literarum, facta gratia ſuper
penſione, tã ſoluens, quàm recipiens penſionẽ, erit tutus
8 in foro conſcientiæ. † Ad hoc facit, quod voluit Inn. in c.
quia plerique. de immu. eccl. & ibi Abb. col. xj. verſ. quò ad
ſecundam partem vbi dixit, quòd quando contractus fuit
nullus ratione ſolennitatis omiſſæ inductæ à iure poſiti-
uo, tamen ſecundum ius naturale eſt validus, & tunc quis
9 redditur tutus in foro animę. † Ad idem facit quod voluit
idem Inn. in c. ſicut. de elect. vbi dixit quòd ſi de iure natu
rali tenuit electio, videlicet ratione conſenſus eligẽtium,
licet ſit nulla ex defectu non ſeruatæ ſolennitatis inductæ
à iure poſitiuo, electus in foro conſcientiæ nõ tenetur re-
nuntiare tali electioni, cum habeat fundamentũ iuris na-
turalis. In propoſito autem noſtro, ad hoc, vt penſio ſit li-
cita, requiritur quòd conſtituatur de voluntate Papæ ſeu
alterius ad id autoritatem habẽtis: & quòd ex cauſa fiat,
& de conſenſu rectoris beneficij grauati: & quando iſta
omnia concurrunt, non video quid obſtet, quin ſoluens
& recipiens ſint tuti in foro conſcientiæ, etiam ſoluendo
10 ante expeditionem literarum. † Ad regulam Cancellariæ
dicentem, quòd gratia non ſuffragetur alicui niſi literis
expeditis.



expeditis. reſpõdeo, quòd procedit in foro iudiciali. Nã
ſi quis vigore ſupplicationis ſignatæ ſuper reſeruatione
penſionis vellet agere cõtra rectorem beneficii grauati,
vt illam ſibi ſolueret: tunc ei talis gratia nõ ſuffragatur,
ſine literarum expeditione, ex quibus oritur actionis ex-
ercitiũ: ita decidit regula Cãcellariæ xxv. quæ dicit, quòd
iudices tam in Romana curia, quàm extra, non iuxta ſup-
plicationum ſignatarum, ſuper quibuſuis impetrationi-
bus vel conceſſionibus, niſi ſint commiſſiones iuſtitiam
cõtinentes, ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetratio-
nibus & conceſſionibus cõfectarum tenores, & formam
iudicare habeant. ad idem facit alia regula Cancellariæ
numero 29. quæ dicit, quòd omnes & ſingulæ cauſarum
commiſſiones, quas in antea fieri contigerit, obtentæ:
vel occaſione cõceſſionum, duntaxat apoſtolicarũ de be-
neficiis eccleſiaſticis gratiarũ, ſuper quibus apoſtolicæ li-
teræ cõfectæ nõ fuerint, ac proceſſus ſuperinde habendi
nullius ſint roboris, vel momẽti. & ſic ex verbis dictarum
regularum Cancellaria clarè patet, quòd Papa voluit il-
lum, cui gratiam fecit actionis exercitium nõ habere, ni-
11 ſi literis expeditis. † Vide ad hoc Sozi. in conſi. XLI. inci-
piente, viſo indultu legitimationis. in ij. col. verſ. ij, etiam
aduertendum. & in verſ. tertio etiam reſpõderi. in iij. vo-
lumi. qui etiam circa dictã regulam Cancellariæ ita ſen-
tit, & ideò inoleuit ſtilus curiæ Romanæ, quò ad hoc, vt
quis literis nõ expeditis ſuper impetratione beneficij, poſ
ſit litem mouere contra alium ſuper eo, & obtinere cau-
ſæ commiſſionem contra eius aduerſarium, quòd obti-
neat à Papa cõmiſſionem, quòd in cauſa procedi poſſit
literis non cõfectis: quam cõmiſſionem ſignatam dare ſo
let vſque ad terminũ ad articulãdum. & ita procedunt &
intelligi debẽt. quæ voluit Bellemer. in d. deciſi. DCXCVIII.
Oldr. in d. conſi. CCXXVI. Bald. in cap. j. per quos fiat inueſti.
& Mil. in d. ſuo reper. in verbo gratia. Supra adducta, &
12 prædicta concluſio † comprobantur etiam quia illud ver-
bum poſitum in regula Cancellariæ, ſupra allegata, ſuf-
fragetur, intelligitur in foro iudiciali, nõ cõſcientiæ: enim
propriè aliquod repulſiuum ſignificet & controuerſiale.
argumento eorum, quæ voluit Spec. in tit. de adultr. in fi.
13 & per doct. in rubr. C. de ſuffra. & dixit † gloſſ. in regula
Cancel

Universidad de Deusto Biblioteca



Cancellariæ Innocentij viij.in regula numero 53.quòd diſpenſatus ad tria incompatibilia, ſi illa teneat literis non expeditis ſuper tali diſpenſatione, non incidit in pœnam extrauagantis execrabilis, & quòd ita audiuit aliâs ſententiatũ fuiſſe in Rota. Pro cuius opinione illud adduci poteſt, quod voluit Bald.in addi.Specu.in titu.de diſpenſa.in verſic.ſed nunquid ſuperior: quem refert & ſequitur Firmanus in ſuo copioſo repertorio, in verbo, diſpenſatio
14 quid ſit.verſicu.ix.† Vbi dixit quòd diſpenſatio expreſſè
facta, poteſt teſtibus & inſtrumentis probari: & tamen
gratia Papæ teſtibus probari non poteſt ſed ad eius pro-
bationem ſcriptura requiritur:vt per doct.in c.ex diligen
ti.in fin.de ſimo.vbi late per Felin.& Cardin.in Clemen-
tinarum procemio,verſic.ſanè:in fin.& ita ſe habet com-
munis opinio doct.de quo dixi in addit.meis ad lecturam
Decij in rubr.de conſtit.in prima lectura: vbi Decius con-
trarium tenere videtur, adde quòd etiam iſtam opinionẽ
inueni nuper tenuiſſe. R.P.D. Ludouicum Gomes,audito-
rem Rotæ, in commento regularum Cancellariæ,de non
iudicando iuxta formam ſupplicationis.q. xiiij. pro qua
adde quòd voluit Felin.in rub.de conſtitu.colum.iiij.ver.
Secundus caſus eſt. vbi tenuit apertè,quòd in foro con-
ſcientiæ,quis vti poteſt gratia Papæ, licet literas non ha-
beat. Adde etiam ea quę tradit Caſſa.in Deciſi.ſuis ſuper
regu.Cancellariæ Deciſ.XXXVI.

## Penſio impoſita ſuper fructibus beneficij, ſi ſit exceſſiua, peti poteſt reformari, & reduci ad conuenientem quantitatem.

### QVÆSTIO XXXV.

1 *Penſio quando exceſſiua dicatur.*
2 *Penſionis reſeruatio, quando poteſt peti declarari nulla.*
3 *Literæ ad beneficia ſunt ipſo iure per ſubreptionem nullæ.*
4 *Literæ penſionis regulantur de ſtilo curiæ vti beneficiales.*
5 *Penſio diminutis fructibus beneficij, poteſt peti reformari & reduci.*
6 *Epiſcopus quando vni eccleſiæ poſſit in præiudicium alterius eccleſiæ priuilegium concedere.*

*Pontifex*



7 *Pontifex cenſetur moueri ex ſubſiſtentia iuſtæ cauſæ, penſionem modificando.*
8 *Onus beneficij diminui debet illius redditibus diminutis, & clericus ita compelli poteſt ad ſoluendum debitum vt tantum ei remaneat, vt ſe & quos ſecum habet alere poſſit ex neceſſitate.*
9 *Solutio penſionis retardari non debet pendente iudicio ſuper illius reductione vel nullitate.*

TRIGESIMOQVINTÒ quæro, ſi penſio impoſita
ſuper fructibus alicuius beneficij ſit exceſſiua;adeò
quòd nimis oneret eccleſiam grauatam illius onere, an
peti poſſit reformari & ad cõuenientem ſummã reduci.
1 †In illa quæſtione ſciendum eſt quòd tunc penſio dicitur
exceſſiua:quãdo illa adempta & ſoluta, nõ tãtum ſuper-
eſt rectori eccleſiæ grauatæ, vnde commodè ſuſtẽtari va-
leat.vt per Abb.in c.cõquerente.col.ij.verſ.Sed oppono.
de cler.non reſid.& dixi ſuprà iiij.q.Hoc præmiſſo.Circa
hanc quæſtionem conſiderandi ſunt duo caſus. Primus,
quando penſio tẽpore quo fuit reſeruata erat exceſſiua.
Secundus,quando ex poſt diminutis eccleſiæ redditibus,
penſio cœpit eſſe onoroſa eccleſiæ. Circa primum caſum
diſtinguendum puto,quòd aut penſio fuit conſtituta ad
preces penſionarij cui ſoluitur, aut motu proprio Papæ.
2 †Primo caſu ſi impetrans expreſſit penſionem non exce-
dere tertiam partem fructuum beneficij aut dimidiã il-
lorum:& tunc ſi penſio excedat portionem fructuum in
literis expreſſam, non ſolùm peti poteſt quòd reducatur
ad ſumma expreſſam, ſed quòd declaretur reſeruationẽ
nullam fuiſſe & eſſe ob non expreſſionem veri oneris:fa-
ciunt dicta ſuprà q.ix.Nã in ſimilibus literis ſemper ſub-
intelligitur clauſula,Si ita eſt c.ij.de reſcrip.& ibi Docto.
maxime Felin.gloſ.ordin.& ibi etiam Docto.in clem.j.in
verbo repererint.de offi. deleg. Specul. in tit.de reſcript.
3 præſen.§.Ratione quoque defectus.verſi.†Item quod nõ
eſt ibi clauſula,quinimo dici poteſt, quòd eo caſu reſer-
uatio penſionis erit nulla ipſo iure,cùm literæ ad benefi-
cia ſubreptitiæ ſint ipſo iure nullæ.cap.ad audientiã.el ij.
de reſcrip.& ibi doct. & licet pẽſio nõ ſit proprie benefi-
cium, vt dictum fuit ſuprà q.j.q.xxj. & q.xxviij. & in

pluribus

Universidad de Deusto Biblioteca

4 pluribus alijs quæſtionibus.†Nihilo minùs literę penſio-
nis regulantur de ſtilo Curiæ vti literæ beneficiales: aut
penſio reſeruatur alicui motu proprio Papæ, ſine aliqua
expreſſione ad quã partẽ fructuũ beneficij grauari aſcẽ-
dat penſio, & iſto caſu ſolũ petenda eſt reductio ad con-
uenientem ſummam. Nã ſicuti ſubiacet reformationi cõ-
tractus venditionis, cùm deceptio vltra dimidiã iuſti pre-
tij interuenit l.ij.C.de reſcin.vend.c.cũ cauſam. de emp.
& vend. Ita pẽſio exceſſiua reformationi ſubiacet, cũ ex-
cedit dimidiã iuſtæ pẽſionis, ita cõcludit Roman. conſilio
cccxix. col.ij.verſic. Cum igitur, allegat text.in l.item ſi
pretio.§.ſi.cum l.ſequent.ff.locat.iuncta dicta l.ij. de re-
5 ſcindenda vend.†Secundo verò caſu quãdo poſt reſerua-
tionem penſionis ſunt diminuti fructus beneficij:& tunc
Roma.in dicto ſuo conſi.col. vj. verſic. Quò ad quintum
dicit, quòd valet reductio penſionis quando eccleſia non
valeret ſoluere penſionẽ, & ſuſtentare onera ſibi incum-
bẽtia, facta ex redditũ diminutione. mouetur primò ex
not. cõmuniter per Doct. in cap. præterea de iure patron.
decidentes in ſimili, quòd ſi cenſus à diœceſano in fauorẽ
patroni tẽpore fundationis impoſitus eccleſiæ fundatæ,
in tãtum eccleſiam oneret, quòd ſi ſoluat illum, nõ poſſit
neceſſitatibus eccleſiæ ſeu ſuſtentationi presbyteri ſub-
ueniri, tunc patroni cenſus diminui & moderari debet.
facit text.in c.j.de cenſi.vbi eſt expreſſum tolli debere, &
moderari cõſuetudines eccleſiis grauamẽ exceſſiuũ im-
ponentes, pari ratione & cenſuum impoſitionẽ. ad idẽ al-
legant Doct. in d.c. præterea. text. in c. ſuggeſtum, de deci.
vbi eſt expreſſum ius vni eccleſiæ per reſcriptũ apoſtoli-
cum conceſſum in alterius eccleſiæ grauamẽ, non ſolum
moderari ſeu reformari debere: ſed etiam in totum tolli
poſſe, quando illud incipit tendere ad magis graue eccle-
ſiæ præiudicium, pari ratione dicit Romanus reformari,
diminuiue poteſt penſio. Secundò dicit, quòd iſtam quæ-
ſtionem videtur terminare caſus in ſimili. in c. quanto. de
cenſi. vbi procuratio reducitur ad menſuram moderatã
iudicis officio, quando eccleſiam illam ſoluentem nimis
onerat: & eſt communis opinio Doc. ibi, quòd illa mode-
ratio procedat ex iuſtitia, non ex gratia: ſubdens idem
Rom. quòd ſi ſolutio penſionis tendit ad nimiũ grauamẽ
eccleſiæ



eccleſiæ propter redditũ diminutionẽ, officio ſuperio-
6 rioris, iuſtitia ſuadẽte, modificari poteſt.†Tertiò ad idem
adducit: quia videmus, quòd epiſcopus qui in partẽ ſoli-
citudinis eſt vocatus, poteſt vni eccleſię priuilegium con-
cedere, in alterius eccleſiæ præiudicium: tribus tamen in-
tercedentibus. Primò, quòd cõſenſus capituli interueniat.
c. paſtoralis. de don. clemen. ſi vna. de reb. eccl. non alienã.
Secundò quòd adſit rationabilis cauſa: vt in c. paſtoralis.
& in c. tua. de his quæ fiunt à prælat. c. ad audientiam. &
c. tua. de eccle. edifi. c. dudum. de reb. eccl. non alien. in vj.
c. bonæ rei. xij. q. ij. Tertiò, quòd eccleſiæ cuius iura dimi-
nuit, enorme præiudicium non inferat. Non debet enim
vni conſuli cum enormi alterius præiudicio. c. cum cau-
ſam. de præbend. c. apoſtolicæ. de donat. & hanc dicit eſſe
concluſionẽ gloſ. & Doct. in c. conſtitutus. de relig. domi.
Si igitur epiſcopus hoc poteſt, quantò magis Papa, iuſta
cauſa ſubſiſtẽte, quæ prouenit ex redditũ diminutione.
7 †Ita concludit Rom. in d. conſ. col. vj. & vij. dicens, quòd
non eſt dubium præſumi debere Pontificem moueri ex
ſubſiſtentia iuſtæ cauſæ, modificando penſionem, adeò vt
probatio in cõtrarium nõ admittatur, vt eleganter deci-
dit Cyn. in l. reſcripta. C. de precib. imper. offer. & in l. fin.
C. ſi contra ius vel vtil. publ. & ſequitur Ant. de Butr. in c.
quæ in eccleſiarũ. de cõſtit. & pro iſta etiã cõcluſione fa-
ciunt & alia motiua Romani, in d. conſ. cccxix. col. vij.
8 verſ. quò ad ſextũ. vbi dicit, †quòd diminutis redditibus,
mero iure onus beneficij minui debet, quia prout miles
ſeculi, ita miles Dei, hoc eſt ſacerdos, & conſequenter ec-
cleſiæ hoc priuilegio gaudens, vt vltra quàm facere poſ-
ſint, non cõueniãtur. gloſ. eſt ordinaria. in l. miles. ff. de re
iud. quam ſequũtur Canoniſtæ, in c. Odoardus. & in cap.
olim. de ſol. & in c. olim. el ij. de reſtit. ſpol. ad idẽ addu-
cit gl. ordi. in c. ſtudeat. in ver. & fui. l. diſt. dicẽtẽ, quòd cle-
ricus hoc gaudet priuilegio: & ita exigitur, quòd tantum
ei remaneat, vnde ſe & quos ſecum habet ex neceſſitate
poſſit cõmodè ſuſtẽtari. Si igitur propter eccleſiã hoc pri
uilegio gaudet ſacerdos, à fortiori eccleſia eodem pri-
uilegio vtetur quia propter vnũquodq; tale & illud ma-
gis. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccle. ad idẽ adducit
quod habetur in c. ſi propter ſterilitatẽ. cũ ſimi. de locat.
vbi

Universidad de Deusto Biblioteca



vbi propter diminutioné redditnũ fundi locati diminui
proportionabiliter debet penſio,aliàs ſtatuta ſolui habi-
to reſpectu ad redditus ex fundo cõmuniter percipi con-
ſuetos. Idé probatur per tex.in l.forma.§.illud.ff. de cenſ.
& l.ij.de allu.& paſc.vbi dicitur quòd illis qui ſuum de-
plorant patrimoniũ diminutũ, in hoc eſt piè ſubuenien-
dum,vt tributũ,quòd eis impoſitum eſt , per reſpectũ ad
patrimoniũ per eos ſoluendum,diminutioné proportio-
nabiliter recipiat.Ad idé adducit text.in l.curã.§.deficiẽ-
tium.ff.de iure immuni.vbi dicitur,quòd deficiẽtia facul
tatum , iuſtam cauſam diminutionis onerum inducit. Et
reſpõdendo ad gl.in l.j.C.de iur.emphit. dicenté nõ mi-
nui vel tolli ſolutioné canonis pro re emphiteutica,quã-
uis particulare damnũ in ipſa re cõtigerit.Dicit, quòd il-
lud ideo eſt,quia canon ſolum ad recognitioné dominij
præſtatur,qui canon nunquã proportionatur ad quãtita-
tem,cum ſit longè minor,ſecus vbi certa quãtitas ſolui-
tur nõ ad dominij recognitioné,ſed ad recõpenſationem
cõmoditatis quã quis percipit. Iſta ſunt verba Roma. in
d.ſuo cõſ.qui copioſe examinat hanc q.cũ quo pertran-
ſit Caccialupus breuiter ſatis locutus in illa q.in trac.ſuo
9 de penſio.q.vij.Ad † vnum tamen eſt aduertendum, quòd
pendente iudicio ſuper nullitate vel reductione penſio-
nis,retardari nõ debet,neque poteſt illius ſolutio.Et ideo
curia Romana nũquam regulariter dat cõmiſſioné cau-
ſæ in huiuſmodi materia,niſi cũ ſolita clauſula, Sine re-
tardatione ſolutionis penſionis. Adde quòd idem inueni
dixiſſe Staphileũ olim Rotæ auditoré. in tract. ſuo de li-
teris iuſtitiæ.Card.cl. iiij.verſi. quãdo verò vtraque.Qui
reddit duas rationes, quare clauſula prædicta apponitur
in cõmiſſioné cauſæ prædictæ.Primam dicit eſſe propter
fraudes & malitias recuſantiũ ſoluere pẽſiones legitimè
impoſitas,quibus malitiis nõ eſt indulgendũ.l.in fundo.
ff.de rei vendic.c.ſedes.de reſcrip.Secundã rationem eſſe
dicit propter honorem Papæ mandantis ſolui pẽſiones,
per eum impoſitas:cuius literis eſt reuerenter parẽdum
donec de cõtrario cõſtet cap. ſi quãdo,de reſcript. Dicit
etiam curiam ſeruare,quòd d.clauſula non apponitur in
cõmiſſione iuſtitiæ quãdo pẽſio fuit ab inferiore appoſi-
ta intellige ſane hoc niſi inferior penſioné imponeret au-
tori aret



toritate ſibi à Papa conceſſa. Idem voluit Caſſad. Rotæ
aud.in tit.de reſcrip.Deciſ.x. in quibus auté caſibus dicta
clauſula ſine retardatione penſionis non ponatur quando
cõmittitur cauſa in materia penſionis. vide infrà q. lxxxv.

## Petenti reſeruationé penſionis declarari nullam, vel penſionis reductioné, an obſtet exceptio voluntariæ ſolutionis de præterito.

### QVÆSTIO XXXVI.

1 *Excommunicatio, an cauſet iuſtum metum.*
2 *Excommunicatio iniuſta, excuſat.*
3 *Excommunicatus de familia Dei tranſit in familiam Diaboli.*
4 *Timor priuationis beneficij, inducit iuſtum metum.*
5 *Excommunicato reſeruari non poteſt.*
6 *Excommunicatus eſt incapax priuilegiorum.*
7 *Excommunicatus non poteſt eſſe aduocatus.*
8 *Excommunicatus dicitur infamis.*
9 *Excommunicatus ſepeliri non debet in loco ſacro.*

TRIGESIMOSEXTÒ quæro,an petẽti reſeruatio-
nem penſionis nullam declarari , vel ſaltem corrigi
& reformari,obſtet exceptio voluntariæ ſolutionis factæ
de præterito iuxta penſionis taxationem,& illius reſerua-
tionem,Circa quod dicendũ eſt,quòd cùm in literis reſer-
uationis penſionis quis aſtringatur ſub excõmunicationis
pœna ad illam ſoluendam , & ſucceſſiuè etiam ſub pœna
priuationis beneficij, iuxta tenorem huiuſmodi literarũ,
videndum eſt an qui ſoluit,poſſit ſe excuſare ſoluiſſe metu
cenſurarum ; & ſic quæſtio iſta videtur ab illa pendere,
3 vtrum excõmunicationis † timor,iuſtum cauſet metũ.de
qua per Ioan.And,& Doc.in d.c.cum dilectus. quod met.
cau.& Ioan.And.in c.olim. de reſtit. ſpol. per Archid. &
alios in c.j.de ſenten.excom.in vj,vbi Franchus in ſecundo
not.dicens quòd cùm excõmunicatio non ſit mortalis,non
infert iuſtum metum:quia tunc iuſtus dicitur metus,cum
eſt mortis vel cruciatus corporis.l.interpoſitas.C.de trãſ.
act.& in c.j.quod metus cauſa,ita dicit ibi Archidiac. &
gloſ.in d.c.cùm dilectus.dicit quòd hoc eſt verum, quan-
do excommunicatio eſſet iuſta:quoniam imputandum eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca



illi,qui ſe talem reddidit,vt excommunicari poſſet, argu-
mento tex.in l.ſimiliter.in princip.ff.quòd met.cauſa.Vbi
eſt expreſſum, quòd non excuſat metus , cuius inferendi
quis ſibi cauſa fuit. † Aut excommunicatio eſt iniuſta , &
2 tunc excuſat ſecundum Ioan.Andr.in d.c.cū dilectus.eo,
quia excommunicatio eſt maxima pœna , & ea nulla ma-
ior eſt pœna inferenda,de iure canonico. c. corripiantur.
xxiiij.q.iij. & dicit text.in c. nihil.xj. q.iij. quòd nil debet
ſic chriſtianus formidare,quàm ſeparari à corpore Chri-
ſti,id eſt eccleſia : quòd facit excommunicatio. Accedat
tex.in l.hi qui ſanctam.C.de apoſtat.dicens non modicā
pœnam eſſe inter homines eſſe , & hominum conſortio
3 carere.† Et dicit text.in c.audi.xj.q.iij.quòd excommuni-
catus de familia dei,in familiam diaboli tranſit , & hinc
eſt quod dicimus excōmunicationem nedum corpori,ſed
etiam animæ detrimentū afferre,cum hominem à Deo ſe-
paret.c.certum.xxiiij.q.iiij.Nec obſtare habet,quòd quā-
do eſt iniuſta nō liget quo ad Deū:quia ad hoc reſpondet
Roma.in d.conſi.c c c l x i x. col.iij.ver. Nec obſtat ſi di-
catur.Iſtam diſtinctionem Io.and.loco ſupra allegato ſe-
quitur Franchus & Pet.de anc.in d.c.j.& Lapp. de ſenten.
excommu.lib.vj.& Imol.& communiter doct. in d. c.cum
dilectus.& Rota deci.x x x v. in nouis, incipiente ſi quis in
cauſa : vbi determinat quòd coactus reſpondere libello
inepto,& cui alias non erat reſpondendum ſub pœna ex-
communicationis excuſatur,quia id fecit metu cēſurarū:
in caſu autem noſtro quando petitur reductio penſionis
nimis oneroſæ beneficio cui eſt impoſita,ſiue quando agi-
tur ſuper nullitate eiuſdem,infertur iuſtus metus:quia ex-
communicatio eſt iniuſta,quod ſic probat Romanus in d.
ſuo conſil.dicens,quòd quamuis excommunicatio in caſu
propoſito iuſta foret ex ordine & ex animo proferentis,
tamen iniuſta eſt ex cauſa.non enim excōmunicari debuiſ-
ſet is qui habet ſoluere penſionē,ex eo quòd immoderatā
penſionem ſoluere contempſiſſet , & eccleſiæ , cui præeſt,
valde nociuam,cum ei ſit præfectus,vt meliorem,non de-
teriorem conditionem eccleſiæ ſuæ faceret. Nam licet ex
ordine,& proferentis animo,excōmunicationis ſententia
iuſta videatur,iniuſta tamen eſſe dicetur ex cauſa:vt dicit
4 tex.in c.ſi ergo.xj.q.iij.† Præterea quis negabit timore pri-
uatio



uationis beneficij inducere iuſtū metum cum timor mu-
tationis ſtatus vel amiſſionis honoris proprij , iuſtū metū
inducit.l.Iſti quid.ff. quòd met. cauſ.& not.gloſ. in ſupra
allega. c.cū dilectus.in verbo nec metu mortis.Solutiones
ergo præteritæ , cum appareant ex præmiſſis factæ iuſti
metus timore,ſolutæ nocere nō debent.l.ij.C.quod met.
cau.l.ſi ob turpem.ff.de cond.ob turp.cau.& ex præmiſſis
5 ita concludit Roma.in d.ſuo conſil.col.iij. facit ad prædi-
cta quia renuntiatio beneficij facta ſolum metu excom-
municationis,retractari debet.Ange.conſil. c c x v. incip.
thema tale eſt,col.fin.Barba.conſi.xxx.incip. bene etenim
cuncta geruntur.in iij.volu.Decius conſil.c c x i x. incip.
viſo puncto.col.ij.in ij.volu.Ex iis ergo erit firma conclu-
ſio,quòd ſolutiones præteritæ factæ ab eo qui agit ſuper
nullitate,ſiue reductione penſionis,agenti nō nocent tan-
quam factæ metu cenſurarum, & ſic ex iuſto timore:quæ
concluſio confirmatur etiam propter multa incōmoda &
5 damna quæ excōmunicato accidūt.†Nam videmus quòd
excommunicato reſeruari non poteſt penſio ſuper fructi-
bus beneficiorū,de quo latè vidimus ſuprà q.xiiij.excom-
municatus etiam habetur pro mortuo.Inno.in c. grauem
de ſenten.excom.quòd maximè procedit.circa ſpiritualia.
6 Bar.in l.Barbarius.col.x.ff.de off.prætor. † Item eſt inca-
pax priuilegiorum.Ioan.And.in c.nō poteſt,de reg. iur.in
vj.Nec eligi poteſt.c.cum inter ℞.de elec. c. cum dilectus
circa finem,de conſuetu.Nec poteſt eſſe iudex. c. ad pro-
bandum.& ibi doc.de ſen. & re iud. Nec poteſt eſſe pro-
curator in iudicio.c.poſt ceſſionem & ibi doct.de proba.
7 †Nec poteſt eſſe aduocatus.c.decernimus.de ſent. excom.
Nec poteſt eſſe tutor curator vel hoſpitalarius.ita decidit
Marianus Sozinus in c.ſacris.in vij.principali. q.xix.arti-
8 culi.q.iij.†Itē excommunicatus dicitur infamis Bal. in c.j.
quo tempor.mil.in vſib.feud gloſ.inſt.de capi. dimi. in §.
minor.quę æquiparat excommunicatum deportato , ſeu
damnato in metallum.Item excōmunicatus ordinari non
poteſt.c.cum illorum.de ſen.excōmu. ſi tamen ordinatur
characterem recipit:vt no.in c.ſi.de eo.qui fur.ord.recep.
9 †Item excommunicatus non debet ſepeliri in loco ſacro
c.ſacris.de ſepult.c.ad hæc.de priuil. c. epiſcoporum. de
priuile.in ſexto. Poſſent plura alia adduci , ſed vt breui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tari ſtudeam,ea omitto , videre poteris latiſſimè per Ma-
rianum Sozinum antiquiorem,in ſupra allegato.c.ſacris.
de ſent.excommuni. vbi latiſſimè examinat quæ ſint ex-
communicato interdicta & vetita, quorum aliqua poſui
ſuprà q.iiij.

## Citatio partis an ſit neceſſaria , quando rector beneſici petit penſionem corrigi, moderari, vel declarari nullam.

QVAESTIO XXXVII.

1 *Modificatio Penſionis facta per Papam per viam gratiæ partis citationem non requirit.*
2 *Citatio partis,non eſt neceſſaria quando princeps ex certa ſcientia & poteſtatis plenitudine,gratiam facit.*
3 *Papa in beneficialibus contra non citatum procedere poteſt.*
4 *Beneficia ſunt ordinata & inſtituta de iure poſitiuo.*
5 *Autoritas Papæ eſt maior autoritate ſanctorum.*
*Contra gratiam de plenitudine poteſtatis nil poteſt opponi.*
6 *Papa procedens vti ordinarius, partis citationem requirit.*
7 *Citatio eſt de iure diuino.*
8 *Non præſumitur pro ſententia principis lata ſine citatione partis.*
9 *Proceſſus Papæ factus etiam contra ſubditum , de plenitudine poteſtatis non valet.*
10 *Pars citanda eſt in modificatione priuilegii.*
11 *Citatio partis etiam neceſſaria eſt,quando Papa procedit contra laicum ſibi non ſubditum cuius ius eſt quæſitum, etiam de plenitudine poteſtatis.*
12 *Papa poteſt laico non ſubdito præiudicare in iure præſentandi.*
13 *Papa non cenſetur vti velle poteſtate abſoluta , niſi expreſſe appareat.*
14 *Papa gratiam faciens motu proprio , cenſetur velle vti poteſtate abſoluta.*

TRIGESIMOSEPTIMÒ quæro , an partis
citatio neceſſaria ſit in reſeruatione penſionis an-
nullanda,ſeu nulla declaranda , ſiue in penſione exceſſiua
reducenda.Iſtam quæſtionem tangit Roma. in ſuo conſi-
lio CCCLXIX.colum. vij. in verſi. Nec quidem. vbi
conſu



1 conſuluit in contingentia facti , † quòd in modificatione
penſionis facta per Papam per viam gratiæ , non ſit ne
ceſſaria partis citatio : & mouetur duplici ratione. Pri-
ma,quia cum princeps iuſta ex cauſa ius alterius nedum
minuit,ſed aufert per viam extraiudicialem, illius non eſt
neceſſaria citatio.allegat tex.in l. Lucius. ff. de rei vendi-
catio.& in l.item ſi verberatum.verſicu.præterea ſi forte.
& in c.ex multiplici. de decim. & clemen. dudum. §. nos
autem.de ſepultu.& rationem dicit eſſe , quia tunc Papa
poſſet illo inuito hoc facere : pariter id poteſt eo inſcio
2 & abſente,vt in regula qui poteſt inuitus.ff.de reg.iu. †Se
cundò adducit notabilē doctrinam Inno.in c.niſi cum pri
dem.circa finem.in gloſ.in verbo indulgeri, de renun.vbi
Innocen.dicit quòd cum princeps ex plenitudine poteſta-
tis,ſeu ex certa ſcientia alteri facit gratiam,ad illius validi
tatem nō eſt neceſſaria citatio illorum quibus ex illa præ-
iudicium inferri poteſt. Tertiò & vltimo adducit caſum
valde notabilem ſecundum vnam lecturam glo. in c.cum
olim.de re iudica.vbi dicit non eſſe neceſſe ad validitatem
ordinationis principis perſonam citari in præiudicium
cuius ſit illa ordinatio,cùm certum eſt illi perſonæ cōtra
dictam ordinationem nullam competere defenſionem poſ
ſe.vt etiam ipſe Roma.tenet in caſu reductionis penſionis
factæ ob redditum diminutionem.Ita reſidet Roma. in
dicto ſuo conſil.quem nimis ore lato locutum fuiſſe dicit
Caccialupus,in dicto tract.ſuo,de penſio.q.vij.In iſta ma-
teria diſtingue,quòd aut loquimur in Papa reducēte pen
ſionem ad minorem ſummam per viam gratiæ, & ex cer-
ta ſcientia , & poteſtatis plenitudine : & tunc procedant
3 dicta per Roma.in d.ſuo conſil.loco ſuprà allegato. † Ad
quod facit,quia licet Papa regulariter nō poſſit procedere
& ſententiare contra non citatum : ſecus tamen eſt in be-
neficialibus,in quibus habet plenariam poteſtatem,vt di-
xit Abb. in c.Inter quatuor. de maior. & obedien.& in c.
cùm olim.de re iud.Papa enim pro libito voluntatis,inſti
tuit & ordinat dignitates & beneficia. c. cum acceſſiſſent
& ibi gloſ. & doct. de conſtit. Imò Papa diſponit & or-
dinat contra inſtitutiones,& ordinationes , & fundatio-
nes beneficiorum & hoſpitalium.Clemen. quia cōtingit:
iuncta glo.in verbo apoſtolicæ.de relig.domi.c. ſignifica-

Universidad de Deusto
Biblioteca



4 tum.de præb.† Cum enim beneficia ſint ordinata & in-
ſtituta de iure poſitiuo non à iure diuino, vt dictũ fuit ſu-
prà q.ij. & voluit Abb.in c.extirpandæ.§.quia verò. col.ij.
in repetitio.de præben.& digni.& in c.cùm olim.de con-
ſue.Papa in illis habet plenariam poteſtatem.c.ij.de præ-
bend.in vj.& Clem.j. vt lit. penden. cum ſimilibus. Solus
enim Papa beneficia ad nutum ad tempus, & ſub condi-
tione concedit c.ſi gratioſæ.de reſcrip.in vj.c. veniens.de
fili.præsbyte.c.quamuis triſte.& capi.petilli.vij. quæſtio.j.
5 † Facit quia autoritas Papæ, eſt maior autoritate ſancto-
rum cap.de libellis.x x. diſtinct. Accedat ſingulare dictum
Hoſtien.in capit.quanto de tranſlat.prælat.vbi dixit, quòd
Chriſti & Papæ idem eſt Tribunal.& idem Hoſtien.in
c.nouit.de iud.dixit, quòd Papa adæquare poteſt quadra-
ta rotundis. Ad idem facit: quia quãdo Papa reſcribit de
plenitudine poteſtatis, nil opponi poteſt, quòd gratiam
annullet.vt dixit Bald.in proœmio Decretalium col. iiij.
ad quod allegat Collect.& Principi dici non poteſt: cur
ita facis: vt dixit idem Bald.in præiud.feud.col.ix.verſ.Sed
pauca. & iſtam concluſionem, quòd quando Papa facit
gratiam de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia,
non requiratur citatio partis, tenuit etiam Decius in cõſi.
ſuo c c c x c. incipiente, quoniam ex facto.in fin.col.vbi
allegat Romanum, in præallegato conſil. c c c l x i x. &
Alexand.in conſil. I I. incipiente. viſis codicillis. libr.j.col.
6 vj.verſic.Et dicit Paul.† Aut Papa procedit ad dictam re-
ductionem, tanquàm vniuerſalis ordinarius, & tunc dicas
ex mente eiuſdem Romani, in dicto conſi.col.ij. verſicu.ij.
quidem, quòd eo caſu Papa aſtringitur ad iuris poſitiui
obſeruationem: ideò non eſt dubium, quin in prolatione
ſententiæ per eum ferendæ tanquam ordinarium, ſit ne-
ceſſaria citatio partis, cum ita reſultet nullitas ſententiæ
principis ex defectu citationis, ſicuti inferioris. allegat
tex.in l.fin.C.de legib.in Clemen.paſtoralis.de re iudi.c.j.
7 de cauſ.poſ.& propriet.† Facit quia citatio eſt de iure di-
uino.Deus enim citauit Adam, dicendo Adam vbi es? an-
tequam ipſum dãnaret.Bar.in extrauagãti ad reprimen-
dum in verbo ſine figura, & Imo.in Clemen.ſæpe.col.xlij.
in verſ.habetis expeditas.de verb.ſignifi. c. Dominus.ij.q.
j.Ideò dicit Bald.in l.j.in ij.colum.verſi.Sed hic quæritur.
C.quo



C.quomodo & quando iudex, quòd non valet ſtatutum,
quòd ſententia poſſit fieri parte non citata: per d.Clemẽ.
paſtoralis. idem tenet Sozinus.in conſil. C L X I I I I. inci-
piente, viſa bulla Bonifacij.col.antepen.in verſicu.contra-
riam tamen opinionem, in ij.vol.vbi pulchrè loquitur ad
materiam, dicens q; ſicuti in criminalibus, princeps non
poteſt etiã de plenitudine poteſtatis procedere parte non
citata d.Clement.paſtoralis.idem erit dicendum in cauſis
ciuilibus grauibus, quæ criminalibus æquiparãtur §.pro-
pter lites.inſtitu.de excuſat.tuto.& per Barto.& doct.in l.
admonendi.ff.de iureiurand.& in l.parentes.C. de teſtib.
ſequitur Angel.in l.princeps.ff.de legib.per tex.in d.l. fin.
C.de legib.& in d.Clemen.dicens ibi eſſe caſum, idem vo-
luit Paul.de Caſtr.qui loquitur in ſententia Papæ, in d.l.
fin.& Imo.in d.Clem.j.vt lit.penden.& in Clemen.j.de iu-
8 reiuran.† Iſta tamen concluſio non procedit.in illis caſi-
bus, in quibus princeps inuito poteſt præiudicare, ſicuti
dixi ſuprà de Papa in cauſis beneficialibus. Et dixit Abb.
in c.j.colum.j.de cauſ.poſ. & proprieta.& in c.cùm olim.
col.vj.de re iudic.per tex.in d.Clemen.paſtoralis, de re iu-
dica. quòd non præſumitur pro ſententia principis quòd
ſit iuſta, quando lata eſt parte non citata. Nec contra ſub-
ditum poteſt princeps ſupplere citationis defectũ vel de-
fenſionis, per tex.iunct.a glo.in d.l.fin. C.de leg.ibi enim
non valet ſententia principis, ſine citatione. Facit ad præ-
dicta quòd not.Bald.in d.l.fina.dicens, quòd etiam coram
principe cauſæ cognitio non eſt omittenda, per examina-
tionem & ventilationem: quia eſt de iure gentiũ: inferens
quòd parte non citata, princeps non poteſt ferre ſenten-
tiam.Plura circa hoc adducit Felin.in c.quæ in eccleſiarũ.
col.xxij.ver.limita ſextò.de caſtitate, & idẽ Felin.latè in c.
cùm olim.col. ix.verſic.proceſſus Papæ, de ſenten.& re iu-
9 dic.† Vbi poſt Abb.ibi dixit quòd proceſſus Papæ factus
etiam de plenitudine poteſtatis contra ſubditum non va-
let: quẽ videre poteris, quia multa pulchra adducit circa
huiuſmodi articulũ, redeundo igitur vnde digreſſi ſumus,
ſtat concluſio, quòd Papa de plenitudine poteſtatis poſſit
parte non citata penſionem modificare & in totũ tollere:
de poteſtate autem ordinaria, ſecus.Hanc concluſionẽ fir-
mat etiam Caccialup.in ſuo tracta.penſ.q. vij. & latius q.

Universidad de Deusto Biblioteca



xxiiij.cùm declaratione tamen infra dicenda. Pro qua fa-
ciunt ea, quæ egregiè ponit Paul.de Caſtr.in conſil.ſuo
CCCXXXVIII. incip. quia exceptiones.in j.volumi. vbi
conſuluit quòd modificatio penſionis facta per Papã, per
quam penſionẽ prius ſolui decretam,ſuper fructibus cu-
iuſdam prioratus & epiſcopalis menſæ mãdauit ſolui ſo-
lum ſuper fructibus prioratus, & vlterius epiſcopum non
eſſe obligatũ declarauit:cũ ad illam, Card.cui dicta pẽſio
aſſignata fuerat non fuit citatus eſſet nulla,mouetur,quia
ſemper in actu præiudiciali pars de cuius præiudicio tra-
ctatur eſt vocãda.l.de vno quoque.ff.de re iudi.l.in diẽ.ff.
10 de aqua plu.arcen.& l.in cõcedendo.eo.tit.† Secũdò ad-
ducit,ꝙ quãdo cõceſſio ſeu priuilegium modificatur vel
corrigitur pars eſt vocãda,aliàs non tenet quod agitur, vt
not.Inno.in c.olim.de verb.ſig.dicit tamen, ꝙ vbi dubie-
tas tantũ declaratur nõ eſt opus præſentia partis, cũ tunc
nil de nouo datur,ſed iã datũ ſignificatur.l. hæredes pa-
la.§.ſi quis poſt & §.ſed ſi notã.ff. de teſtam.adducit Pau.
doctrinã Spe.in ti.de reſcr.c.præſentatã.§.ix.ver.Itẽ quòd
ad reſcrip.dicentis ꝙ in interpretatione priuilegij vel re-
ſcripti pars eſt vocanda. Hoc dictũ Spec.intelligit Pau.de
Caſtr.in interpretatione modificatiua vel correctiua, nõ
de propria quæ eſt verbi dubij declaratio: & maximè di-
cit partem eſſe citandam,quãdo eſt præſens in curia. Ad-
ducit not.ta in c.cùm olim.de re iud.& gl.in l.obſeruan-
dum.in verbo iniqui.in fin.ff.de re iudi.vbi gl.dicit, quòd
ita curia Romana obſeruat,& ad nõnulla quæ in contra-
riũ facere videntur reſpondet ibi Pau.Opinionẽ Romani
& Pauli ſequitur Caccialup.in d. tract.de penſ. q.xxiiij.
11 † Limita tamen prædictam concluſionem ſupra firmatã.
quòd partis citatio,non ſit neceſſaria quãdo Papa proce-
dit ex certa ſciẽtia,& de plenitudine poteſtatis nõ proce-
dere, quando is de cuius præiudicio tractatur, eſſet lai-
cus,& nõ eſſet ſubditus Papæ,cui iã ius eſſet quæſitũ.Nam
tunc tale ius quæſitum,tolli non poſſet per Papam,etiã ex
certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine ſine cauſa iu-
ſta & tali caſu eſſet neceſſaria citatio; licet citando facto
Papæ eſſet ius quæſitũ.ita limitat Caccialu. loco prælle.
Paul.de Caſtr.in conſi.CCCXVII.incip.viſo & examina-
to puncto.col.iij.verſ.ſed illa,vbi Paul.videtur cõcludere
quòd



quòd princeps non poſſit reuocare priuilegiũ conceſſum
per ſe non ſubdito,quando illi cui conceſſum fuit,eſſet ex
12 eo ius quæſitum.† Iſtam tamen limitationẽ intellige non
procedere, quãdo eſſet laico per Papam aſſignata penſio
ſuper fructibus beneficij. Facit ad hoc quia Papa poteſt
laico ſibi aliàs non ſubdito præiudicare in iure præſentan
di ſibi competenti occaſione iuris patronatus ſibi à ſede
apoſtolica conceſſi, etiam ſi eſſet ex dotatione & funda-
tione,conferendo tale beneficium ſine patroni interuẽtu:
& citatio Archid.in ca.piæ mentis.in fin. xvj.q. ij.& in ca.
hortamur.in princ.LXXI. diſtinct.& per docto.in c.ij. de
præ.in vj. & per Felin. in tracta. ſuo. quando lit. apoſto.
præiud.patri.eccle.Secundò facit: quia videmus quòd ſi-
cuti Papa nõ poteſt laico ſibi nõ ſubiecto, etiam cũ cau-
ſa dominiũ rei ſuæ auferre:ita non poſſet clerico ſibi aliàs
non ſubiecto, vtputà:quia nõ eſſet de loco ſuppoſito tem
porali iuriſdictioni Papæ bona ſua auferre, loquendo de
bonis clerico aliundè obuentis, quàm ex beneficiis & cle-
ricatu:& ſic parificantur tali caſu clericus & laicus, vt tra-
dit Feli.in c.quæ in eccleſiarum.col.xj.verſi.Tertia decla-
ratio,de conſtit.vbi dicit,quòd eo caſu, clericus dominiũ
rei nõ haberet vt clericus, ſed vt laicus:vtputà quãdo cle-
ricus ex ſucceſſione,vel ex contractu, & ſic aliundè quàm
ex bonis eccleſiæ haberet bona: & tamen abſurdũ nimis
eſſet dicere, ꝙ Papa non poſſet ex certa ſcientia modifi-
care penſionẽ aſſignatã clerico ſibi aliàs nõ ſubiecto, per
ſupra dicta, ergo idem erit in laico, qui eſt ſaltem Papæ
ſubiectus in pẽſione quæ ab eo proceſſit. Secus autẽ eſſet
quãdo laicus haberet aliqua bona ex cõtractu habito cũ
Papa,vel aliis perſonis eccleſiaſticis. quo caſu procedunt
d.per Paul.de Caſt.in conſi.ſuo CCLXXXVII. incip.primum
dubium.col.j.verſi.præterea.in primo vol.quem ſequitur
Felin. loco præallegato: & prædicta, vt dixi, procedant
quando Papa vult vti plenitudine poteſtatis, & id appa-
ret:tunc enim poſſet laico nõ citato,& aliàs ſibi nõ ſubie-
cto moderare penſionẽ illi aſſignatã ſuper fructibus be-
13 neficij, ex gratia apoſtolicæ ſedis.† Dicas tamẽ quòd licet
Papa vti poſſit cum vult, ſuprema poteſtate.c. propoſuit.
de cõceſ.præb.ſi tamen eius verba intelligi poſſunt ſecun
dum ordinatã poteſtatem,nũquam cenſetur vti velle po-

Universidad de Deusto Biblioteca



teſtate ſuprema, niſi hoc expreſſe appareat.-Ita concludit
Paul.de Caſt.in d. conſil.c c c x v i i. col.j.in fi. verſic.pa-
tet.etiam,allegat Bal.in l.bonorum.in princ.C.qui admit.
ad bon.poſſ.poſſunt,poſt princ.& Ioan.Andr.in c.dudum.
de decim.innouel.dicas quòd idem voluit Inno.in c.inno
tuit ad finem.de elect.quē ſequitur Ange.in l.bene à Ze-
none.in j.col.C.de quadri.præſcrip.& Bald.in l.teſtamen-
tum.C.de teſtamen.Abb.in c.ad hæc.de reſcri.Felin.alios
adducens in c.cauſam quæ.el ij.col.iij.verſi.tertio not.de
teſtib.Iaſon in conſi.1.colum.penulti.circa finem.in j.vol.
14 †Quibus autem caſibus,Papa gratiam faciens,motu pro-
prio vtitur, tunc bene in dubio cēſetur vti velle poteſtate
abſoluta:ita dixit Butrius,in c.conſtitutus.col.iij.de reſcr.
quando autem Papa dicatur vti velle iure communi,vide
per Cald.in conſi. x v.in tit.de reſcrip.

## Penſionarius an teneatur pro rata penſionis, ſoluere charitatiuum ſubſidium.

### QVAESTIO XXXVIII.

1 *Vſufructuarius tenetur ad onera, quæ ratione fructuum imponuntur.*
2 *Penſionarius vſufructuario comparari videtur.*
3 *Penſionarius non tenetur ad ſubſidium charitatiuum, quando penſio eſt conſtituta libera, ab omni & quocunque onere.*
4 *Penſionarius non tenetur ad ſolutionem procurationis.*

TRigeſimo octauò quæro, epiſcopus impoſuit chari-
tatiuum ſubſidium, iuxta terminos ca.conquerente.
in fin.de offic.ordin.& in c.cum apoſtolus.§.prohibemus.
de cenſi.An rector beneficij qui ex illius fructibus eſt obli
gatus ſoluere annuam penſionem Titio, apoſtolica auto-
ritate reſeruatam, teneatur integraliter ad ſoluendū ſub-
ſidium epiſcopo, vel penſionarius teneatur illud ſoluere
pro rata penſionis, quam percepit? In hac quæſtione di-
cendum eſt, quòd cum charitatiuum ſubſidiū ſoluatur de
fructibus & redditibus eccleſiæ: vt colligitur in d.c.con-
querente.& d.ca.cum apoſtolus.§.fina.& annua penſio ſi-
militer apponatur ſuper fructibus, & prouentibus bene-
ficij: æquitati, & iuri cōuenit, quòd penſionarius teneatur
pro



pro rata pēſionis ad ſolutionem charitatiui ſubſidij.facit
text.in c.tua nobis.circa fi. de deci.vbi text.dicit.quòd ſi-
cut dominus fundi ad decimam tenetur: ita colonus qui
partem fructuū percipit. Ad idē facit quod voluit Innoc.
in c.cum non ſit.circa fi.de deci.vbi dixit, quòd quando
pēſio eſt aſſignata, ſuper fructibus alicuius fundi tūc pen
ſio tranſit cum ſuo onere.ita ex prædictis concludit Bel-
lencinus in tracta.ſuo,de charit.ſubſid.q.xxxvij.vbi dixit,
quòd huic concluſioni fauet æquitas, quæ multū eſt ſer-
uanda in materia eccleſiaſtica.cap.dilecti.de iudi. c.j. de
dolo & contuma. & hanc opinionem amplectitur curia
Romana, cuius ſtilus habet, quòd quando Papa non vult
penſionarium teneri ad charitatiuum ſubſidium, id ex-
1 primit in literis pēſionis.† Cōprobatur prædicta conclu-
ſio, quia vſufructuarius tenetur ad collectas,& onera quę
ratione fructuum imponuntur.l.hactenus.& l.arbores.in
fi.iuncta gloſ.in verbo cæſæ arundinis.l.ſi pendentes. §. ſi
quid cloacarij.in verſic. & ſolent fiſco. ff. de vſufruct. Ad
idem text.in l.quæro.ff.de vſufru.lega.vbi Bart.dixit no-
tanter, quòd ad onera, quæ imponuntur ſuper fructibus:
vel prædio, vel perſonæ, pro prædio tenetur vſufructua-
rius.idem voluit idem Bar.in l.his verbis.§.idem teſtator.
ff.de lega.iij.facit tex.in l.j.de anno.& tribut. libro x. C.
2 † Penſionarius autem,& vſufructuarius, videtur æquipa-
rari: vt per Doct.in Clemen.j.§.eadem.de ſupplen. negli-
gen prælat.faciunt dicta ſupra q.j.hanc concluſionem te-
3 nuit etiam Dec.conſi.c l v i.in j.vol.† quā intellige nō pro-
cedere quādo penſio eſſet aſſignata libera,& exempta ab
omni onere ſubſidij charitatiui, vt conſueuit fieri: quia
tunc onus ſoluendi charitatiuum ſubſidium, in totū per-
tineret ad rectorem beneficij.Nec in eius ſolutione con-
tribuere teneretur pēſionarius, arg. text.in c.cum inſtātia.
de cenſi.ibi, niſi forte.Ad idem facit text.in c.accedente.in
4 verſi.Niſi per ſpeciale priuilegium.de præſcrit.†ad idem
text.in Clement.j.de cenſi.Prædictis adde, quòd licet pen-
ſionarius teneatur ad ſolutionem charitatiui ſubſidij, vt
ſupra concluſum fuit, non tamen tenebitur ad ſolutionē
procuratoris, ratione viſitationis faciendam, quia illa de-
bet integrè ſolui per rectorem beneficij, ita decidit Bel-
leme.in d.q.xxxvij.

Penſio

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Penſio non ſoluta per prædeceſſorem, an exigi poſsit à ſucceſſore, vel ab hæredibus prædeceſſoris.

## QVÆSTIO XXXIX.

1 *Penſio eſt onus reale.*
2 *Clericus voluptuosè conſumens fructus beneficij ad illorum reſtitutionem tenetur.*
3 *Clericus de fructibus beneficij tenetur ſatisfacere ſuis creditoribus, etiam pro debito priuato.*
4 *Clericus nil habēs in bonis admittitur ad cedendū ſuis creditoribus fructus ſuorum beneficiorum.*
*Clericus de fructibus obligatus ad ſolutionem penſionis ſuis creditoribus ſatisfacere non poſſet.*
5 *Penſio, collecta, cenſus & decima, ſunt onera realia.*
6 *Creditor penſionis, poſſeſſorem beneficij pro decurſis penſionibus conuenire habet.*
7 *Qui fructus percepit & penſionem non ſoluit, tenetur ad illius ſolutionem.*
8 *Hæres prædeceſſoris qui penſionem non ſoluit, tenetur ad illius ſolutionem.*
9 *Fallit quando prædeceſſor nullos fructus percepiſſet.*
10 *Succeſſor in beneficio tenetur ad ſolutionem penſionis decurſæ non ſolutæ, in caſibus in quibus prædeceſſor tenebatur.*
11 *Penſionarius electionem habet contra quem agat ad decurſam penſionem, vel contra beneficij poſſeſſorem, vel contra prædeceſſorem, vel contra hæredem prædeceſſoris.*
12 *Decima decurſa non ſoluta peti poteſt ab emptore, vel venditore fundi, vt magis creditori illius placuerit.*
13 *Penſionarius potius cōtra poſſeſſorem beneficij ad decurſas penſiones agere debet.*

TRIGESIMONONÒ quæro: ſi penſio ſoluta non fuit per prædeceſſorem, an exigi poſſit per penſionarium à ſucceſſore in beneficio, ſuper cuius fructibus eſt impoſita, vel ab hæredibus rectoris defuncti, loquēdo de penſione iam decurſa. Reperio Caccialupum examinaſſe hanc quæſtionem in tracta. ſuo penſionum. q. xj. dicentem quòd iſta q. non eſt intelligenda, quò ad penſionem quæ ceſſit tempore ſucceſſoris, & ipſius tēpore decurſit, cum

ad



ad illam indubitàter ſucceſſor teneatur: vt in c. niſi eſſet.
1 de præb. † Eſt enim penſio onus reale: vt dicetur infrà q. xlvij. Item, quòd nō eſt intelligēdda in caſu, in quo prędeceſſor ceſſaſſet ſoluere penſionem decurſam eo anno, quo nullos fructus ex beneficio percepit propter guerram: vel ſterilitatē, ſeu ſaltem exiguos fructus habuiſſet. quo caſu prædeceſſor excuſatur ſi nō ſoluit. Sed intelligenda eſt in caſu, in quo prædeceſſor debuit & potuit ſoluere: quia fructus percepit ex beneficio, & illos conſumpſit in ſuos vſus, vel alienauit, & penſionarius neglexit penſionē exigere: vel fuit delicatus exactor: vel ſaltem quātum potuit fecit, & tamē à prædeceſſore non exegit: & iſto caſu dicit Caccialupus, quòd licet iſtud ſit debitū eccleſiæ dignitatis, vel menſæ cui eſt iniunctum: cum tamen ſolui debuit de fructibus, redditibus & prouētibus ab ipſo prædeceſſore perceptis, & qui ab eo ſunt percepti, & cōſumpti: eſt diſtinguēdum, quòd ſi quidem in vtilitate eccleſiæ grauatæ ſunt conſumpti: & tunc expeditum eſt, quòd tale æs alienum ſoluat ſucceſſor. c. j. de ſolut. & ibi not. & habetur in cap. peruenit. & in c. quibuſdam. de fideiuſſ. Si verò prędeceſſor tales fructus à ſe perceptos in malos vſus cōſumpſit, vel in vtilitatem proximorum, vel in ſatisfactione alieni æris priuati, & tunc dicit ipſe, ſtat noſtra difficultas: an videlicet hæredes defuncti teneatur ſi quos habent: aut teneatur ſucceſſor: & diſtinguendo dicit, quòd aut prædeceſſor fructus quos percepit ex beneficio: ex quibus tenebatur ſoluere penſionem, cōſumpſit in malos vſus, ſiue in vtilitatem proximorum ſuorū, vel in ſatisfactione alicuius debiti priuati; cuius debiti ſatisfactio ad illam eccleſiam non ſpectabat, & per conſequens, nec ad ſe, vti illius rectorē. Et illo caſu dicit, quòd hæredes prædeceſſoris, nō ſucceſſor, penſionem decurſam ſoluere teneantur obligati obligatione, qua ſe ille adſtrinxit ex cōtractu, quo ſe adſtrinxit ad penſionem: aut obligatione cauſata vt ſuperiori pareamus. Item obligatione vel quaſi, ipſius anteceſſoris dilapidatoris dictorū fructuum, vel in ſuos priuatos vſus conſumptoris: & mouetur Caccia-
2 lupus ad probationem prædictorum: † quia quando clericus voluptuosè conſumit fructus beneficij, ad illorum reſtitutionē tenetur quaſi fur, cum illos ad vſum ad quē

ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſunt deſtinati,non conſumat. Archid.in c.penul.xliiij.diſt.
ſuper verbo permittitur per illum text.& alia plura,quæ
ipſe adducit,& idem dicendum putat, quando prædeceſ-
ſor qui fructus percepit, illos diſſipaſſet in vtilitaté pro-
ximorum ſuorum, in caſu à iure non permiſſo,vel in ſa-
tisfactione debiti ſui priuati, ipſam eccleſiam non tan-
gentis. Dicit tamen hoc vltimum procedere, ſecundum
opinionem eorũ,qui volunt quòd clericus, de redditibus
beneficij ſoluere non poſſit propria debita vt tenuit Ar-
chidiac.in c.ſtatutũ.§.aſſeſſorem.de reſcript.in vj.& Abb.
in c.cum eſſes.de teſtamen.in repet.& in ſua diſputatione
3 incipiente,clericus.† Sed ſi velimus tenere opinioné plu-
rium volẽtium,quòd clericus etiam de fructibus benefi-
cij curati teneatur ſatisfacere creditoribus ſuis de debi-
to priuato,non intuitu eccleſiæ facto,vt in cap. peruenit.
de fideiuſ.& ibi Cardin.& Butr. in c.cum olim. de reſtit.
ſpol.el ij.& Collect.& Doct.in c. Odoardus. de ſolut. vbi
4 dicit quòd vidit in curia ſeruari, †quòd clericus nil ha-
bens in bonis,admittitur cedés creditoribus ſuis fructus
beneficiorum,deducto eo quod ſufficiat pro adminiſtra-
tione diuinorum:de quo per Calder.conſi. 111. de ſolut.
tunc enim clericus non poſſet de fructibus beneficij ob-
ligatis & hypothecatis, pro ſolutione penſionis credito-
ribus ſuis priuatis ſatisfacere:& eo caſu dicit Caccialup.
quòd ſi fructus extantes reperiantur, poſſent recuperari
de manibus eorum penes quos ſunt:ſed ſi eſſent conſum-
pti,tunc hæredes prædeceſſoris, tenerentur ad talem ſo-
lutionem,ſi ſoluendo eſſent:alioquin ſi non ſint hæredes,
vel non ſint ſoluendo, tunc ſucceſſor teneatur. Et in iſta
opinione videtur reſidere Caccialupus, qui fuit ſolennis
Doctor,& aduocatus conſiſtorialis. Sed Philip.Franc. qui
hanc quæſtionem tangit in c.fin.in fine.de offic. ordin. in
vj.videtur indiſtinctè tenere, quòd ſucceſſor in beneficio
teneatur ad ſoluendam penſionem decurſam non ſolutá:
5 †cum collecta,decima,cenſus & penſio ſint onera realia,
& obligent poſſeſſoré c.ſi quis laicus.xvj.q.j.vnde dicit ip-
ſe,nouus poſſeſſor eſt conueniendus,vt debitam penſioné
ſoluat.c.j.de ſolu.facit tex.in l.Imperator.ff.de publ.ſub-
dens,quòd ipſe nouus poſſeſſor, poterit bene conuenire
prędeceſſoré ſi viuit,qui fructus percepit, & ad qué ſpe-
ctabat



ctabat ſatisfactio illo anno oneris currẽtis,ex quo fructus
6 percepit:vt in d.c.ſi.de offi.ord.† Creditor autem penſio-
nis,cõuenire haberet poſſeſſorem, quia beneficiũ tranſit
cum ſuo onere.d.l. Imperator. & c. ſi quis laicus. & c. ex
literis.de pign.& c.cum.§.j.de donat. In iſta q.quæ quoti-
die occurrit in facto, & de qua multoties interrogatus
7 fui in hac alma ciuitate Venetiarum:† puto diſtinguen-
dũ,quòd aut quærimus,an is qui fructus percepit,& pen-
ſioẽm non ſoluit,ſi viuat,licet amplius non ſit rector be-
neficij onerati penſione,teneatur ad illius ſolutionem: &
eſt dicendum quòd ſic,vt decidit Domi.in d.c.ſi.§. porro.
de offi.ordi.in vj.vbi ex illo tex.notandum dixit,ꝙ fructus
eccleſiæ,ſunt deputati pro oneribus incumbentibus toto
anno,vſque ad nouos fructus. Et propterea, per hoc ſe
pluries determinaſſe, & dixiſſe, quòd ſi erant impoſitæ
collectæ eccleſiæ vno anno, & rector illius qui fructus
percepit illius anni, eas non ſoluit, ſi alio anno renunciet
beneficium,ꝙ ipſe tenetur ad collectas præcedentis anni,
cuius fructus percepit:illi enim fructus deputati erant ad
8 onera illius anni, vſque ad nouos fructus. † Aut quæri-
mus vtrum hæres prædeceſſoris,penſioné decurſam ſol-
uere teneatur,ex quo prædeceſſor fructus percepit, & il-
lam,vt tenebatur,non ſoluit:& tunc nó eſt dubium,quòd
hęres tenebitur:quia actio quæ competebat penſionario
cõtra defunctum,competit contra hæredem.l.veteris.C.
9 de contrahen.& committen.ſtipula.cum vulgaribus.† &
hoc puto eſſe indiſtinctè verum: limita tamen hæc non
procedere quando prædeceſſor nullos fructus percepiſ-
ſet eo anno,quo penſionem non ſoluit ex beneficio gra-
uato onere penſionis:nam eo caſu,etiam prædeceſſor nó
tenebatur, vt per Caccialupum in hac eadem quæſtione,
ſupra relatum:& latè dicetur infra quæſtione lxij. Secun-
dò limita non procedere,quãdo prædeceſſor qui fructus
percepit,& penſionem non ſoluit, dictos fructus conuer-
tiſſet in vtilitatem eccleſiæ,onere penſionis grauatæ. Nã
tunc ſimiliter hæres prædeceſſoris, non tenebitur ad ſo-
lutionem dictæ penſionis.ſed ſucceſſor in beneficio.c.j.de
ſolu.& ita voluit Caccialupus ſupra relatus,& habetur in
10 d.c.peruenit.& in c.quibuſdam.de fideiuſſori.† Aut quæ-
rimus, verum ſucceſſor in beneficio teneatur, & ipſe ad
ſolut

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſolutionem pẽſionis decurſæ non ſolutæ per prędeceſſo-
rem:& tunc indiſtinctæ puto dicendũ, quòd in omnibus
caſibus,in quibus prædeceſſor illã ſoluere tenebatur, in
eiſdem,& ſucceſſor nõ ſolutã penſionẽ ſoluere teneatur.
Et ita procedat opinio Frãch.ſupra relata,quæ cõproba-
11 tur ex iuribus per eũ ſupra adductis.† Aut quærimus cõ-
tra quẽ agere poſſit penſionarius ad penſionem decur-
ſam, & indubitanter teneo, quòd ſit in electione ipſius
penſionarij creditoris: vel agere contra beneficij poſſeſ-
ſorem,vel contra hæredem defuncti poſſeſſoris,in caſibus
in quibus hæres eſt obligatus, ſiue ipſum anteriorẽ poſ-
ſeſſorem viuentem, argumento eorum quæ voluit Bel-
lenz. in tract.ſuo, de ſubſid. charit.q. lj. in verſic. fateor
tamen: loquens in charitatiuo ſubſidio, ad quod præ-
ſtandum ille qui beneficium dimiſerat tenebatur, deci-
dens poſſeſſorem eſſe cogendum ſoluere, vel antiquum
poſſeſſorem, vt magis epiſcopo placebit. Ad idem facit
quod voluit Federi. de Senis. in conſilio LXXXI. quem
refert & ſequitur Cardin. in clemen.j. q. xj. de cenſibus.
vbi dixit, quòd eſt in facultate creditoris pro oneribus
præteritis incumbentibus beneficio,vel agere contra no-
uum poſſeſſorem beneficij: vel contra antiquum poſſeſ-
ſorem,qui fructus percepit,& illis perceptis, beneficium
12 dimiſit. † Ad idem facit quod voluit Pet.de Ancha. poſt
alios in c.cum homines.in verſi. tertiò quæro. de decim.
vbi dixit, quòd ſi quis pluribus annis ſletit,quòd nõ ſol-
uit decimam de prædio, demum illum vendidit, quòd
eſt in electione creditoris decimarum,cõuenire pro prę-
teritis decimis emptorem, vel venditorem. Et ita dicen-
dum erit in hac noſtra quæſtione, quicquid dicat Cac-
13 cialupus ſupra relatus. † Conſulo tamen, quod ſemper
creditor penſionis potius agat contra poſſeſſorem bene-
ficij, quàm contra hæredem defuncti prædeceſſoris,
quia contra poſſeſſorem beneficij cui literæ reſeruatio-
nis penſionis intimatæ fuerint, procedi poteſt executi-
ue, quatenus non ſoluat. Si autem vellet agere penſio-
narius pro præteritis penſionibus decurſis, non ſolutis
contra hæredes defuncti: tunc eſſet neceſſarium ordi-
nem iuris obſeruare. Prædictis adde quòd Guli. Caſſad. in
deciſ.ſuis,deciſ.quarta in rub.de locat. dicit quod vtrum
ſucceſſor



ſucceſſor in beneficio teneatur ad decurſam penſio. tẽpo-
re prædeceſſoris,paſſus ſit dubius, & quod nondũ fuit in
palatio deciſum. Et idem Caſſad.deciſ.iij.in ead. rub.dicit
quòd in iſto articulo eſt varietas inter dominos de Rota,
& lis in audito Rotæ nondum deciſa.de quo miror: quia
ex ſupradictis,clarè,iudicio meo,colligitur deciſio prædi-
ctæ q.& ego in facto obtinui in hac ciuitate Venetiarũ.

**Penſionarius ſi fuit in mora expediẽdi literas reſeruationis penſionis adeò quòd mortuus ſit ille qui penſioni cõſenſit, ſi poſtmodum illas expediat, & intimari faciat nouo poſſeſſori beneficij,an ab eo conſequi poſsit præteritas penſiones?**

QVAESTIO XI.

1 *Penſio eſt onus reale,& tranſit cum beneficio.*
2 *Gratia dicitur facta ſignata ſupplicatione etiam literis non expeditis.*
3 *Literarum expeditio,requiritur ad effectum agendi.*
4 *Intimatio literarum requiritur vt quis agere poſſit pro penſione conſequenda.*

QVADRAGESIMÒ quæro ſi quis obtinuerit ſibi
reſeruari penſionem annuam ſuper fructibus alicu
ius beneficij de conſenſu rectoris illius vel non: quod
fieri poteſt per Papam, vt ſupra dictum fuit in x. q. &
demum ſteterit per tres aut quatuor annos, quòd non
expedierit literas,& fortè mortuus eſt is qui beneficium
poſsidebat eo tempore quo illi impoſita fuit penſio:an ſi
poſtea expediat dictas literas, & illas nouo poſſeſſori in-
timari faciat,poſſit ab eo conſequi etiã præteritas pẽſio-
nes.In iſta q.videtur dicendũ quod non,quia is qui literas
nõ expediuit,fuit in mora exigẽdi quod ſibi imputandum
eſt,ſi à defuncto nõ exegit.Mora enim ſua,cuique eſt noci
ua.c.mora,de reg.iur.in vj.imo apparet,quòd ex quo lite-
ras nõ expediuit,fuit in maxima negligẽtia quæ ſibi pro-
deſſe nõ debet,& nouo poſſeſſori nocere,cũ debuiſſet pẽ-
ſionẽ exigere ab eo,qui fructus percepit, ſi quidẽ fructus
beneficij debẽt deſeruire ſolutioni onerũ illius anni quo

Universidad de Deusto Biblioteca



percipiuntur,vſque ad nouos redditus.iuxta tex.in c.ſi.de
1 offic.ordi.in vj.& ibi nota. per Domi. & alios. † Illis ta-
men non obſtãtibus contrariam partem teneo:quia pen-
ſio eſt onus reale, & tranſit ad quécunque tranſit benefi-
cium oneratum,& ad illius ſolutioné, vt dixi ſupra proxi
ma præcedenti quæſtione:& hinc eſt , quòd nouus poſſeſ-
ſor beneficij tenetur etiam ad ſolutionem penſionis decur
ſæ,tempore prædeceſſoris, vt late examinaui in q. præce-
2 denti.†Nec habet obſtare quod dici poſſet, quòd ex quo
literæ non fuerunt expeditæ ex negligentia penſionarij, id
ſibi prodeſſe nõ debet,& alteri nocere:quia dicitur,quòd
ſignata ſuplicatione per Papam ſuper reſeruatione pen-
3 ſionis gratia eſt facta,vt laté dixi ſupra q. xxxiiij. † Expe-
ditio auté literarũ,nõ eſt neceſſaria niſi ad gratiæ proba-
tioné,necnõ ad hoc,vt quis iudicialiter experiri poſſit cõ-
tra nõ ſoluété pẽſioné.ideò cautũ eſt per regulãs Cãcellæ.
quòd gratia nõ ſuffragetur niſi literis expeditis , quæ licet
poſt duos aut tres annos, à die gratiæ factę expediãtur ta-
men expediuntur ſemper ſub eadé data ſub qua fuit facta
gratia & ſupplicatio ſignata,vt ſtilus curię Ro.nos.edocet.
etiam ſi literæ expediantur mortuo iã Pontifice qui gra-
tiam fecit:quo caſu ſi literæ expediuntur,tunc in forma ra
tioni congruit.Nec ſimiliter obſtat ſi dicatur quod in lite
ris reſeruationis annuæ pẽſionis,adeſt clauſula, poſtquam
tibi literæ præſentatæ ſeu intimatæ fuerint : & propterea
videtur quod quis teneatur ad ſolutionem penſionum de
curſarum à die intimationis literarum citra, nõ autem ad
præteritas penſiones. † Nam reſpondetur quòd illa clau-
4 ſula eſto quòd eſſet appoſita in literis, reſpicit exactioné,
& ſic exercitiũ actionis. Ante enim illarũ præſentationé
ſeu intimationem quis agere nõ poteſt:vt cauetur per di
ctam regulã Cancellariæ,& ſic actionis exercitiũ ſtat in
ſuſpenſo,nõ auté obligatio,quæ ſimul cũ ipſa reſeruatio
ne pẽſionis naſcitur.facit tex.in l.ex his verbis.C. quando
dies leg.ced.vbi dicitur, quòd ſi ſint legata filiæ decé,quæ
accipere debeat cũ erit legitimæ ætatis, nõ cenſetur appo
ſita conditio ipſi legato,ſed illius exactioni.ad idé tex.in l.
firmio.in princ.ff.quando dies leg.ced.& in l. ambiguita-
tem.C.de vſufr.& per Bal.in d.l.ex his verbis.Et hãc con-
cluſioné reperio tenere Hier.Paulũ in libello ſuo intitula-
to Pro



to Prouinciale omniũ eccleſiarũ.fo.56.in verſ. credo etiã.
vbi apertè dicit:quòd ſi literæ nõ præſentarentur niſi poſt
duos vel tres annos poſt reſeruationé penſionis, nihilo-
minus quòd integræ pẽſiones ſolui deberent, pro tempo-
re præterito,etiam in foro conſcientię,quãquam nũc fue-
rint expeditæ literæ,cũ dicta clauſula poſtquã tibi dictę li
teræ præſentatæ vel intimatæ fuerint, obligationem non
ſuſpendat,ſed exactionem tantùm. Et ita audio curiam
ſeruare:& ego ita practicaui,& obtinui in quadam cauſa,
quæ hic Venetiis agitabatur coram vicario Reuerendiſ-
ſimi domini Patriarchæ vti iudice delegato.in qua fuerũt
etiam conſulti periti practici Curiæ , qui ita , vt ſupra
concluſum eſt,reſponderunt.

## Clericus, qui vt facilius beneficium conſequatur , promiſit ſoluere maiorem penſionem, quàm beneficium ferre poſsit , an ſimoniam committat.

QVÆSTIO XLI.

QVADRAGESIMOPRIMÒ quæro , ſi clericus ad
hoc,vt beneficium facilius conſequatur,promittat
ſoluere ſuper illius fructibus maiorem penſionem, quàm
beneficium ferre conſueuit , & poſſit , an ſimoniam com-
mittat?Circa hanc quæſtioné , breuiter dicendũ eſt quod
ſic:& quòd dictus clericus beneficio taliter adepto , ſit
priuandus tanquàm ſimoniacus,cum huiuſmodi pactum
ſit illicitum.c.cum clerici.de pact.iuncta glo. vlt.tale enim
pactum,cum ſit contra canones,non valet. c.prohibemus.
de cenſi.c.auaritiæ.de præbend.quinimo etiam ſi tale pa
ctum eſſet iuratum, iuramentum ſuper eo interpoſitum,
non teneret:text. eſt in c.grauis. de cenſi.& in c. tua nos
de iureiuran.hanc opinio.ſenſit gloſ.in d.c.cum clerici. in
glo.j.& in glo.vlti. quam puto veram , & pro qua eſt text.
in d.c.cum clerici.vbi ſtatuitur,quòd clerici, qui maiores
ſolitò ſoluere promittunt penſiones , vt facilius eccleſias
conſequãtur,appellatione ceſſante , eccleſiis taliter ac-
quiſitis,ſpoliari mandantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Reſeruatio penſionis, vel regreſſus facta coluſoriè, an valeat.

QVÆSTIO XLII.

1 *Colluſio eſt de iure prohibita.*
2 *Sententia per colluſionem lata, nulla eſt.*
3 *Colluſio quid ſit.*
4 *Colluſio quomodo probetur.*

QVADRAGESIMOSECVNDÒ quæro, ſi clericus
beneficium quiete ac pacificè poſſidens, patiatur
ſe in eo moleſtari ab alio clerico, facta inter eos collu-
ſione, vt pro redimenda vexatione huiuſmodi aßigne-
tur moleſtanti annua penſio ſuper fructibus, redditi-
bus, & prouentibus dicti beneficij: ſiue vt moleſtanti ad
illud reſeruetur regreſſus, & moleſtatus cõſentiat reſerua-
tioni pẽſionis, vel regreſſus: an talis reſeruatio valeat? Et di
cendum eſt quòd non: imo quòd tales clerici ſunt priuan-
di talibus beneficiis. text. eſt not. in c. audiuimus, de collu.
1 eſt enim colluſio de iure prohibita, Clem. †cõſtitutionem
§. ſanè & ibi Card. de elec. c. ſuper eo. de eo qui cog. con-
ſan. vxo. ſuæ. c. quanto. de diuor. c. tua. el ij. de iureiurad. c.
2 bonæ, el ij. de poſtu. præla. gloſſ. in Clem. j. de renunt. † &
quicquid fit per colluſionem, eſt nullum: quinimo ſenten-
tia per colluſionẽ lata, nullã eſt. l. cũ ex nõ iuſſo. ff. de colluſ.
3 †& dicitur colluſio inter actorem & reũ, latens & frau-
dulenta conuentio. gl. in d. c. audiuimus, in verbo colluſio
ne: & ideo penſio tali modo reſeruata, dicitur illicita, de
quo dixi etiã ſuprà q. v. Et detegenti colluſionẽ, præmiũ da
tur. l. ij. C. de colluſ. detegen. Signorol. conſ. c x i. incip. in
q. col. pen. nu. 24. †Et colluſio poteſt probari ex ſuſpicio-
4 nibus, vt probatur per tex. in l. quia autẽ. §. nõ ſimpliciter.
ibi, ſi tamen nulla ſuſpicio colluſionis religionem præto-
ris inſtruxerit. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. quem text. dicit eſ-
ſe multum notabilem ad materiam probandæ colluſionis
Bal. in l. j. i fin. C. ſi quis omiſ. cau. teſta. & quòd colluſio pro
betur ex coniecturis: tenet etiam Ioan. de Ana. in c. audi-
uimus. j. col. de colluſio.

Reſer



## Succeſſor in beneficio, an teneatur ad ſol- uendum decurſam penſionem.

QVAESTIO XLII.

1 *Collecta ſolui debet ab eo, qui fructus percepit.*
2 *Penſio eſt onus reale.*
3 *Succeſſor in beneficio tenetur ad decimam decurſam nõ ſolutam.*
4 *Poſſeſſor beneficii, tenetur ſoluere iura epiſcopalia, etiam præ-
terita.*
5 *Penſionarius agere poteſt, vel contra antiquum, vel contra mo-
dernum beneficii poſſeſſorem, pro penſione non ſoluta decurſa,
tempore antiqui poſſeſſoris.*

QVADRAGESIMOTERTIÒ quæro, ſi is qui poſ-
ſidebat beneficium grauatum onere ſoluendi an-
nuam penſionem, perceptis fructibus, illud dimittat
penſione non ſoluta, an ſucceſſor in d. beneficio, vel is qui
fructus percepit, & illud renuntiauit, teneatur ſoluere de-
curſam penſonem? Circa hanc quæſtionem dicendum vi-
detur, quòd is, qui fructus percepit, teneatur: quia ſecũdũ
opinionem Romani in conſil. CCCLXXXVIII. incip. in
caſu propoſiti thematis fructus beneficij ſingulo anno
ſunt tacitè hypothecati pro ſolutione penſionis, ita quòd
agi poteſt hypothecaria ſecundum eum, contra quemcũ-
que illorum poſſeſſorem, de cuius tamen dicti veritate di-
1 cetur infrà q. ij. †Secundò facit pro hac opinione doctri-
na Domi. in c. fin. §. porro. in iij. not. de offi. ordi. in vj. vbi
dicit, quòd ad collectam impoſitam vno anno, is tenetur
qui fructus illius anni percepit, licet alio anno non ſoluta
2 collecta beneficium dimiſerit. † Confirmatur prædicta
concluſio: quia onus penſionis eſt reale cum penſio ſolua
tur reſpectu fructuum perceptorum: ideò à percipiente
fructus, ſolui debet. l. quæro. ff. de vſufruct. lega. l. hacte-
nus. ff. de vſufruct. Quod autem & nouus poſſeſſor te-
neatur ad ſolutionem decurſæ penſionis, facit quia onus
penſionis ſoluendæ cohæret beneficio: hinc eſt quòd tene
tur ſucceſſor etiam pro tempore præterito. facit tex. in l.
imperator. ff. de publi. notatur in l. fina. in gloſſ. in verbo
penſitationes. C. ſine cenſu vel reliq. facit etiã text. in c.
j. de ſolut. & hoc etiam probatur ex verbis literarum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſeruationis annuæ penſionis , in quibus ſemper dicitur, penſionem annuam ſuper fructibus talis eccleſiæ tibi quo ad vixeris, vel procuratori tuo, per A. illius rectorem:
3 vel eius ſucceſſores perſoluendam. † Ad idem facit, quòd voluit Ioan. de Monte Murlo, & poſt eum Ioan. And. in c. non eſt in mora. de regu. iur. in vj. quem etiam refert & ſequitur Feder. de Senis in conſ. c c i x. incipiente, capitulum vacante ſede, vbi dicit , quòd ad ſolutionem decimæ Papalis, tenetur ſucceſſor in beneficio, non is qui illius fructus habuit , & poſtea tranſlatus eſt ad aliam eccleſiam. Cuius autem ſint fructus iam recollecti quando clericus curatus, vel alius habens dignitatem , vel adminiſtrationem, transfertur de vna eccleſia ad aliam. vide Rot. deciſ. c x x x i i i i. in antiquis. & Ioan. Andr. in regula non eſt in mora. in mercu. & Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab
4 inteſta. clericorum. §. † Ad idem facit quod voluit Zenzel. in Clem. j. de cenſ. vbi Card. q. xj. determinat, quòd poſſeſſor beneficij teneatur ſoluere iura epiſcopalia, etiam pro tẽpore præterito, quo autor ſuus fructus percepit : & idẽ in decimis prædialibus, concludit Federic. de Senis. in conſil. l x x x i. incipien. laicus de prædio : vbi concludit, quòd poſſeſſor fundi, tenetur etiã ad decimas prædiales de præterito non ſolutas, per ſuos anteceſſores in dicto prædio.
5 † In iſta quæſtione concludendum eſt, & antiquum, & nouum poſſeſſorem teneri per ſupra adducta fundamenta: & quòd ſit in electione penſionarij creditoris penſionum decurſarũ agere, vel contra antiquũ, vel contra nouũ poſſeſſorem beneficij grauati penſionis onere. Facit id quod voluit idẽ Feder. quem refert & ſequitur Card. in d. Clem. j. q. xj. in verſic. quæro an poſſeſſor : vbi dixit quòd erit in electione eccleſiæ, cui decimæ debentur, agere cõtra illum qui fructus percepit vel cõtra poſſidentẽ beneficiũ ad ſolutionem decimæ, quod etiã in penſione fieri poterit. Nihilominus ſecundum ęquitatẽ, is qui fructus percepit non beneficij poſſeſſor ad ſoluendam penſioné decurſam cõueniri deberet, & aſtringi per regulam iuris, qui ſentit commodum. de reg. iur. in vj. dicit enim text. in l. vnica. in §. pro ſecundo. C. de cad. tol. quòd non eſt ferendus is qui lucrũ quidem amplectitur, onus autem ei annexum cõtemnit: & ita per prædicta, & plura alia concludit Bellencinus in

cha



charitatiuo ſubſidio, in eius tracta. de chari. ſubſ. q. lj. Idẽ voluit Franch. in d. c. fi. §. porro. de offic. ord. in vj. vbi dicit notandum eſſe in practica , quòd cum collecta, & decima Papalis ſit debitũ reale , & ſic obliget poſſeſſorẽ. c. ſi quis laicus. xvj. q. j. nouus poſſeſſor erit conueniendus. d. c. j. de ſolu. d. l. Imperator. ff. de publi. ſubdit tamen, quòd nouus poſſeſſor poterit conuenire prædeceſſorẽ, qui fructus habuit de quibus ſolui debebant onera beneficio incũben tia: ex quibus per eum dictis dicit determinari poſſe , an pro cẽſu præterito nó ſoluto, vel pro pẽſionibus nó ſolutis, ſit cõueniendus nouus beneficij poſſeſſor, an verò poſſeſſor antiquus qui poſſidebat, eo tẽpore quo cenſus ſeu penſio ſolui debuit. Ad hãc quæſtioné, vide etiã dicta ſuprà q. ix. Conſiliũ erit, quòd nouus poſſeſſor conueniatur. facit quòd voluit Roman. in conſi. l x x i i i i. incip. circa primum. in fi. vbi conſuluit, quòd pro præſtantiis præteritis nouus poſſeſſor conueniri debeat, per tex. in d. l. Imperator. Idem concludit gloſ. in c. tua nobis. & in c. paſtoralis. ad finé. de deci. in decimis præteriti temporis per antiquum dominum non ſolutis. Faciunt ea quæ in collecta ſoluenda dicit Decius , in conſil. c c l x x x v. incip. & pro tenui facultate. in ij. volu. Erit ergo firma concluſio , quòd ſit in facultate pẽſionarij pro præterita penſione vel agere contra antiquum poſſeſſorem , qui fructibus perceptis beneficium dimiſit penſione non ſoluta , vel agere contra nouum poſſeſſorem dicti beneficij : tamen rectius & conſultius faciet, ſi agat contra nouum poſſeſſorem, literis reſeruationis penſionis illi prius intimatis.

## Penſio an ſolum ſolui debeat per ſucceſſorem in beneficio, de quo non eſt dictum.

### QVAESTIO XLIIII.

1 *Penſio ſi ſit impoſita inter priuatos ſuper aliquo fundo , tertius poſſeſſor illius fundi perſonali actione non tenebitur.*
2 *Penſio aſſignata alicui ſuper fructibus beneficij pro alimentis obligat etiam ſucceſſorem licet de eo nil fuerit dictum.*
3 *Penſio vbi apparet non eſſe de voluntate concedentis , non obligat ſucceſſorem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



QVadrageſimoquartò quæro, an ſicuti penſio fini-
tur, & extinguitur morte illius qui illam percipit,
ita finiatur morte illius, de cuius conſenſu fuit reſerua-
ta, adeo quòd ſi alius ei ſuccedat in beneficio, ſuper cu-
ius fructibus reſeruata extitit, ipſe ſucceſſor illam ſolue-
re non teneatur. In huiuſmodi quæſtione pro vera ipſius
reſolutione conſiderandum puto duos caſus: Primus
quando in literis appoſita eſt clauſula, ex qua etiam ſuc-
ceſſor in beneficio obligatur penſionario ad ſolutionem
penſionis, prout communiter fieri ſolet, dicendo in lite-
ris reſeruationis penſionis, puta Titio conceſſis penſio-
nem annuam ducatorum x x. auri de Camera ſuper fru-
ctibus, redditibus, & prouentibus eccleſiæ: puta Sanctæ
Mariæ de Caſtro galliardo foro Semproníenſis diœceſis,
per dictum A. illius rectorem & ſucceſſores ſuos annis ſin
gulis perſoluendam. Iſto enim caſu clarum eſt, quòd pen-
ſio non extinguitur per mortem eius qui illius reſerua-
tioni cōſenſit cum Papa voluerit huiuſmodi onus in ſuc-
ceſſorem tranſire, quòd facere poteſt cum ſit dominus be-
neficiorum, Clement. j. vt lit. penden. c. ij. de præben. in vj.
cum ſimilibus. faciunt dicta ſuprà q. xxxix. & q. proxi-
ma præcedenti. Secundo verò caſu, quando de ſucceſſore
in literis reſeruationis penſionis non eſt facta aliqua men
tio: iſto caſu Caccialup. in tract. ſuo, de penſio. q. ix. dicit,
quòd dominus Nico. de Caſtello qui fuit magnus aduoca
tus tēpore ſuo in curia Romana, dicebat ſucceſſorē non
teneri, quia hoc pendet ab imponēte ipſam penſionē qui
ſolum voluit A. obligari & nil dixit de ſucceſſore, vt eſt
de ſtilo Curiæ. Nam ſi Papa voluiſſet ſucceſſorem obliga-
ri id facilè potuiſſet exprimere, ſed cum nil dixerit, argui
poteſt quòd noluit. Nec obſtat ſecundū eum, quòd penſio
reſeruata fuerit Titio ad eius vitam, quia per hoc nō al-
teratur forma ex latere A. & poſſibile eſt A. victurū poſt
Titium, & licet penſio ſit cōſtituta ſuper fructibus bene-
ficij, intelligitur ſcilicet per ipſum A. percipiendis non au-
tem per eius ſucceſſorē, quoniam Papa decreuit A. teneri
& nil dixit de ſucceſſore. Subdens idem Caccialup. quòd
dominus Antonius eius filius, qui erat abbreuiator de
parco maiori, addebat dictis, per præfatū dominū Nico-
laum, dicēdo Cancellariā ſeruare, quòd in literis nūquam
dicatur



dicatur de ſucceſſore, niſi nominatim in ſupplicatione ſi-
gnata de ſucceſſore dicatur: & fortius quòd Cancellaria
nō poneret in literis de ſucceſſore, ſi in corpore ſupplica-
tionis fuiſſet dictum de ſucceſſore, niſi fuiſſet expreſſum
ad partē in clauſulis de ſucceſſore. Subdit tamē, quòd hoc
intelligeretur ſi ſola penſio aſſignaretur: ſi verò eſſet pro-
uiſio per reſignationem & penſio, dato quòd ad partem
non eſſet clauſula ad ſucceſſores, ſi tamen eſſet ad partē &
cum pēſione prædicta, ſatis eſſet vt veniret. Et ita dicit ſer
uari in curia, cuius verba ſunt multū notāda, quia fuit ma
gnus aduocatus conſiſtorialis in curia: & multū doctrina
& practica clarus. Quid autē ſit dicendū in hac quæſtione
dominus Guido Papæ Vltramontanus, qui nō fuit paruæ
autoritatis in parlamento Delphinatus, vt atteſtatur De-
cius in conſil. c c x x. in ſuis deciſi. deciſione. D L X X V I.
incip. Actio perſonalis. dicit quòd ſi eſt impoſita aliqua
1 † Pēſio annua, ſuper aliquo fundo inter aliquos priuatos,
tertius poſſeſſor illius fundi, perſonali actione non tene-
retur: argumento tex. in l. fi. §. j. ff. de contrahen. empt. no.
in l. liberto. in prin. ff. de ann. lega. & in l. in venditione. in
prin. ff. de act. emp. & rationem adducit, quia actio perſo-
nalis, non ſequitur fundum ſeu fundi poſſeſſorem. l. j. §. ſi
hæres. ff. ad treb. dicit tamen quòd hoc fallit in alimētis,
per text. in l. Lucius. ff. de alimen. & ciba. lega. & etiam in
anniuerſariis, quæ eccleſiis pro defunctis relinquūtur. fa-
cit tex. in c. quāto. in fi. de vſur. vbi tertius poſſeſſor, ad de-
cimas tenetur, ad quas fundus erat affectus: & ea quæ vo-
luit Hoſt. in ſum. in tit. de locat. §. quæ actiones. verſi. Sed ſi
dixerit: & Spe. eo. ti. §. Nūc aliqua. verſi. lvj. in quibus locis
dicunt, quòd ſi quis imponit penſionē pro alimētis ſuper
aliquo fundo vel aliqua re, quòd ipſe fundus, vel res dici-
tur affectus pro tali pēſione perpetuò ad quēcunque trāſ-
eat poſſeſſorē. l. hactenus. ff. de vſufr. ſubdens dictus Gui-
do, quòd ita vidit iudicari in anniuerſariis in dicta curia
Delphinatis parlamēti, quòd etiā procedere dicit, non ſo-
lum in alimētis, & annua pēſione anniuerſariorū, ſed pro
2 decimis, pro oblationibus & tributo principis. † Si igitur
dicamus penſionē annuā aſſignatā alicui ſuper fructibus
beneficij cedere in cauſam alimētorū, vt latè proſequitur
& firmat Rom. in ſuo conſil. CCCLXXXVIII. in prin. vtique

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicemus, quòd penſio alicui ad vitam reſeruata etiã ſi nil dictum fuerit de ſucceſſore, vt ſupra dictũ fuit, tamen ꝙ ſi is qui illi cõſenſit moriatur viuente pẽſionario, nihilominus ꝙ ſucceſſor in dicto beneficio teneatur ad illius ſolutionem viuẽte penſionario. Faciũt pro iſta opinione not. in ca. niſi eſſent. de præb. vbi gloſ. in verbo prioratus. expreſſe dicit, quòd niſi Papa expreſſe ibidem declaraſſet ſucceſſorem non teneri ad illã penſionem, onus illud penſionis fuiſſet reale. arg. tex. in c. veniens. de tranſact. & in c. cum veniſſet. de inſtitu. & in hac opinione reſidet Paul. de Caſt. in conſi. CCXXXVIII. incipien. quia exceptiones. col. fi. verſ. ſed reſpõdeo: & ſequitur Felin. in c. ad audientiam. el ij. col. vj. verſ. ſed aduerte. de reſcrip. vbi dicit, quòd licet nominetur perſona in literis pẽſionis, per quam fieri debeat ſolutio penſionis, nõ tamen propter hoc pẽſio dicitur perſonalis, ſed eſt realis, grauãs dignitatem ſeu ſucceſſorem & eccleſiam penſionario viuente: allegat text. in d. ca. niſi eſſent. iuncta gloſ. Erit ergo text. prædictis firma conclu. quòd ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionẽ penſionis ad vitã eius, cui reſeruata fuit, etiam ꝙ in literis reſeruationis penſionis nil dictũ fuerit, quòd ſucceſſor in beneficio grauato teneatur: voluit enim Papa prouidere penſionario toto tẽpore vitæ ſuæ. Si enim contrariũ diceremus poſſet penſionarius ob mortẽ eius, qui pẽſioni conſenſit fraudari penſione ſibi conſtituta. quod nõ eſt dicendum, quia quoties aliquid cõceditur, omnia cẽſentur cõceſſa, per quæ ad conceſſum peruenitur. Sed in gratia de penſione facta ad vitã alicui, quis non poſſet peruenire ad eius totalẽ executionẽ, niſi etiã ſucceſſor teneretur: meritò de neceſſitate, tacitè de ſucceſſore ſubintelligitur. arg. tex. in l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. Hanc etiam opinionẽ ſenſit Caccialupus in trac. præallegato. q. ix. vbi dixit quòd penſio durat, etiã mortuo rectore grauato illius onere, cũ ſit realis, quicquid dicat idem Caccialupus loco ſupra relato. Iſtã tamen concluſionẽ limita non procedere vbicun-
3 que apparet ſecus fuiſſe de voluntate concedentis. †Quia tunc penſio erit perſonalis & ceſſaret, & extingueretur cum perſona illam ſoluente. Iuxta text. in d. c. niſi eſſet. de præbendis. Imo iſto caſu, vt communiter concludunt ibidem Doctores, qualitercunque remoueatur is qui illam

soluit



ſoluit à beneficio ſuper cuius fructibus eſt aſſignata dicta penſio, illa ceſſat. Ita dixit ibidem Abb. col. pen. verſicu. in gloſſa finali: quod ſanè eſt intelligendum dummodo quis fraudulenter beneficium non dimittat ad euitandũ onus penſionis, vt eſſet quando illud dimitteret: & faceret in eo inſtitui conſanguineũ ſuum vel nepotem. Ita dicunt doc. in d. c. niſi eſſet. vbi Abb. verſi. ſupra allegato, & ibidem. Card. col. fi. q. iiij. & vltima. & idem eſſet quando beneficium dimitteret & poſtmodum de nouo ad illud eligeretur. Nam tunc præſumitur fraus, & teneretur ad ſolutionem penſionis. facit text. in l. ſicut. §. ſuper vacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolu. & l. voluntate. in j. & vlti. reſpon. & l. ſi is qui bonis. ff. de acq. hær. c. ad noſtram. de empt. & vend. ita tenet Card. in d. c. niſi eſſet. col. pen. q. iiij. prædictis adde, quòd licet penſiones impoſitæ per inferiores à Papa, ad ſucceſſorem non tranſeant, vt not. per Caccialupum, in d. ſuo tract. penſ. q. iiij. & per doc. in c. extirpãde. §. ij. de præb. & habetur per Gomem, Rotæ auditorem in commento regulæ Cancel. de non iudic. iuxta formam ſuppli. in compendio ver. ſignat. fol. vlt. nu, 86. Vbi tamen ordinarius imponeret penſionem ex cauſa concordij, vt à lite recederetur. penſio ad ſucceſſores tranſiret, vt voluit idem Gomes, in regula de annali poſ. q. ij. verſi. & ſic videmus. allegat Hoſt. in d. c. niſi. de præben.

## Penſio in perpetuum vel ad tempus an remitti vel extingui poſsit ſine ſuperioris licentia.

### QVAESTIO XLV.

1 *Tot teſtes requiruntur in reuocatione teſtamenti, quot in illius confectione.*
2 *Legatum quando poteſt probari per duos teſtes, eodem modo illius reuocatio probari poterit.*
3 *Solutio debiti vbi non poteſt probari niſi per inſtrumẽtum, idem erit in probando debito.*
4 *Collatio beneficij vbi teſtibus probatur, pariter & renuntiatio.*
5 *Contractus vbi eſt bonæ fidei, pariter & diſtractus.*
6 *Qui poteſt appellationi renuntiare pariter iuri dicendi ſententiã nullam, renuntiare poterit.*
7 *Penſio de ſui natura eſt onoroſa, & ſeruitus quadam eccleſiæ.*

8 Laicus

Universidad de Deusto
Biblioteca



8 *Laicus poteſt ſine autoritate ſuperioris, renuntiare iuri patro-
natus.*
9 *Penſio aſſignata pro alimentis, remitti non poteſt ſine ſuperiorũ
autoritate.*
10 *Fallit ſi remittens penſionem iuraſſet non contrauenire.*

QVadrageſimoquintò quæro: an penſio extingui,
ſeu remitti poſſit in perpetuum vel ad tempus ſi-
ne ſuperioris licentia, per penſionarium qui illam perci-
pit? Et dicendum videtur quòd non: quia ſicuti penſio
imponi non poteſt ſine autoritate ſuperioris, vt ſupra di-
ctum fuit q.vj.ita videtur quòd ſine ſuperioris autoritate
tolli non poſſit. Quia nihil tam naturale eſt, quàm eo-
dem genere quodque diſſolui, quo colligatum eſt.l.nihil
tam naturale.ff. de regul.iur.ideò verborum obligatio,
verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario con-
ſenſu diſſoluitur.Ad idem text.in c.j. deregul.iur.& in §.
fin.inſtit.quibus modis tol.obliga.in l.j.C.quando lice.ab
1 empt.diſced.& in l. prout quiſque. ff. de ſolut.† Hinc eſt
quod tot teſtes quot requiruntur in cõfectione teſtamen
ti, tot requiruntur in illius reuocatione, vt not.gloſ.in l.
cum proponeretur.ff. de leg.ij.& propterea dicebat Bald.
2 in l.fin.col.fi.verſi.† Ex hoc infero.C. de fideicom.quod ſi
ex forma ſtatuti legatum per duos teſtes probari poteſt,
eodẽ modo reuocatio legati per duos teſtes probabitur:
& cuius conſenſus requiritur in actus confectione, eiuſ-
dem etiam in actus diſſolutione cõſenſus interuenire de-
3 bet.authẽ.cõtra ſi filij.C.de repud.in fi.& ibi Bart.† Facit
quod voluit conſulendo Pet. de Anch.in cõſil.cccxx.inci.
in quæſtione:vbi dixit, q̃ ſi ex forma ſtatuti ſolutio debiti
non poſſit probari niſi per inſtrumentũ, idem erit in pro-
4 bando debito, quod nõ poterit teſtibus probari.† Ad idẽ
facit quod voluit Bal.in c.ij.de teſti.ſpo.vbi dixit, quod ſi-
cuti collatio beneficij poteſt teſtibus probari, pariter &
teſtibus poterit probari renuntiatio. Idẽ dixit Iaſon in l.
j.C.de bono.poſ.contra tabu.libert.in j.not.& per Deciũ
5 in d.l.Nihil tam naturale.ff.de reg.iur. † & vbi cõtractus
eſt bonæfidei, pariter & diſtractus erit bonæfidei.l.ab em-
ptore.& ibi Bar.ff.de pac.Hinc eſt quòd ſi data fuerit te-
nuta de facto parte nõ citata ſimiliter nõ citata parte re-
uocari



uocari poterit, vt not.Bart.in l.Si pacto quo pœnã. C. de
pact.vbi Alex.in vlt.no.& pignus ſicuti ſolo cõſenſu con-
trahitur.l.j.ff.de pignor.ita etiam ſolo cõſenſu ſoluitur.
l.pen.C.de pig.& notatur per glo.in l.ſi tibi.§. de pigno-
re.ff.de pact. iſtis tamen nõ obſtantibus, contrariam opi-
nionem veriorem de iure eſſe arbitror, videlicet q̃ pen-
ſio impoſita ſuper fructibus beneficij, poſſit per penſio-
narium, cui reſeruata fuit, ſine concedentis autoritate ad
tempus vel in perpetuum remitti: facit quia vnuſquiſque
poteſt his, quæ ad ſui fauorem & commodum introdu-
cta ſunt renunciare.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.c.
quàm periculoſum.vij.q.j.c.ad apoſtolicam.de regula.&
in re propria quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mã
data.C.mand.Et hinc eſt, quod dixit notater iuriſcõſul-
tus in l.non vſque adeò.in fi. ff. ſi quis à parentibus fuer.
manu. Quòd iniquũ eſt ingenuis hominibus, liberã rerũ
6 ſuarum adminiſtrationem auferre.† Et ſicuti poteſt quis
renuntiare beneficio appellationis.l.ſi.§.ſi.C. de tẽp. ap-
pel.ita poteſt renuntiare iuri dicendi nullam ſententiam.
ita determinat Io.de Ana.in conſi.ſuo l.incipiente.in ra-
tione Euſtachij.faciunt ad prædicta.Nam penſio eſt quid
tẽporale nil habens ſpiritualitatis, vt dixi ſupra q. j. & q.
xxj.ad ſolum cõmodum pẽſionarij inducta: ideò nil ob-
ſtat quominus ab illo cui debetur remitti poſſit cum pa-
cto de non petendo, ſicuti ſolutione eius quod debetur,
tollatur omnis obligatio, inſtit.quib.mod.tol.obligat. in
prin.iuncta l.creditori, cum ſimi.C. de pac.& cũ pẽſio ſit
reſeruata ad merum commodum eius cui debetur, non
immeritò dicendum erit, ex ſola illius volũtate & cõſen-
ſu tolli poſſe, cùm in inuitum beneficium nõ conferatur.
l.inuito.cum vulgaribus.ff.de reg.iur. Hinc eſt quod quis
poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam, vt per totum
tit.C.de repud. hæred. & iſtam partem reperio tenuiſſe
Hieronymum Paulum doctorem Hiſpanum, magnũ pra-
cticum, curiæ Romanę, autorẽ libelli qui inſcribitur Pro-
uinciale omniũ eccleſiarũ.fol.48.ver.quid penſiones, vbi
apertè dicit, quòd pẽſio per eũ qui illã percipit poteſt ad
tempus, vel in perpetuũ remitti: & etiã illam percipiens
poteſt illi renũtiare, etiam ſine autoritate ſuperioris. Nec
tũc impetratur, cũ nõ vacet, ſed extinguitur tã quã debitũ
pecu

Universidad de Deusto
Biblioteca



pecuniarũ per remiſſioné. Hãc etiam opinionem inueni
tenuiſſe Card.& Alexand.in c.agatoſa.lxiiij.diſtin.in fin.
vbi dicit,quod ille cui debetur pẽſio ſuper beneficio po-
teſt ſimplici deliberatione illã remittere,vt amplius ei nõ
debeatur : & talis remiſſio nõ eſt ſimoniaca aut inualida:
mouetur per gl.ibi : Cõfirmo prædictã cõcluſioné infra-
7 ſcriptis mediis. † Primò quia clarũ eſt ꝙ pẽſio de ſui na-
tura eſt oneroſa eccleſiæ cui imponitur : & dici poteſt
quãdã ſeruitus eccleſiæ ſecundũ Caccialup.in d.trac.ſuo,
de penſ.q.viij.Hinc eſt ꝙ imponi nõ poteſt ſine autorita-
te ſuperioris. Sed non ſequitur propterea ꝙ ſine autori-
tate ſuperioris tolli non poſſit,cum facilior ſit deſtructio
quam cõſtructio.l.non ſtatim. ff. de pecul. & de facili res
reuertitur ad priſtinum ſtatũ.l.ſi vnus.§.ꝙ in ſpecie.ff. de
pact. Secũdò facit:quia licet beneficiũ eccleſiaſticũ obti-
neri non poſſit ſine canonica inſti.c.j.de regu.iur.in vj.Et
propterea etiã dimitti nõ poſſit ſine autoritate ſuperio-
ris c.admonet.& c.ꝙ in dubiis. de renunc. & ratio quare
nõ poteſt beneficio iam obtẽto renũtiari ſine ſuperioris
autoritate eſt, quia clericus recipiẽs beneficiũ obligat ſe
beneficio & beneficiũ ſibi : vt eſt tex.in c.niſi cum pridẽ.
de renun.Secus tamẽ eſt in pẽſione:quia eccleſia penſio-
nata bene eſt obligata pẽſionario ad ſolutioné pẽſionis:
ſecus eſt in pẽſionario qui ob penſioné quã recipit,in ni-
hilo eſt obligatus eccleſiæ,patet,quia penſionarius nõ te-
netur ad reſidentiã,vt vidimus ſuprà q.xxxj. Nec etiã te-
netur dicere officiũ,vt deciſum fuit ſupra q.xxx.Ergo ſe-
8 quitur ꝙ propria autoritate dimitti poterit.† Tertiò cõ-
probo dictã concluſionem.Nã videmus ꝙ laicus qui ſine
gratia ſedis apoſtolicæ nõ eſt capax iuris patronatus : vt
not.doct.in c.quoniã.de iur.patr.& ibi Abb.in j. not. cũ
illud adeptus fuerit ex gratia ſuperioris,ſiue ſit patronus
laicus,ſiue ſit clericus, poteſt ius patronatus ſupprimere,
& illi renũtiare ſine autoritate ſuperioris : vt eccleſia re-
maneat libera,cui ius patronatus ad inſtar penſionis eſt
quædã ſeruitus : vt not.doct.in c.illud.de iure patr.& per
Roc.de Curte in tract.ſuo,de iur.patr.in verbo pro eo.q.
xiiij.& tamẽ maior ratio militat in pẽſione quæ ex mera
tẽporalitate cõſiſtit,& nil habet ſpiritualitatis,vt dixi ſu-
pra q.j.quàm ſit in iure patronatus quod in ſe habet mi-
ſturam



ſturã ſpiritualitatis.c.quãto.& ibi doc.de iud.Nec obſtãt
ſuprà adducta de regula,omnis res,per quaſcũque cauſas
naſcitur,per eaſdẽ diſſolui debet:tum quia dici poteſt,ꝙ
dicta regula fallit in multis caſibus:vt not.Hoſtien.in d.c.
j.de reg.iur.tũ etiã,quia dicta regula procedit,vbi agitur
de alterius præiudicio : ſecus vbi agitur de præiud. illius
tantũ,in cuius fauoré actus geſtus eſt.nã licet tũc in actus
cõſtructione requiratur autoritas ſuperioris:vt eſt in re-
ſeruatione pẽſionis,ac etiã requiratur cõſenſus illius,cui
præiudicatur:videlicet rectoris beneficij,ſuper cuius fru-
ctibus pẽſio imponitur : vt vidimus ſuprà q.x.Nõ tamen
ſequitur,ꝙ in remiſſione,ſeu annullatione annuæ pẽſio-
nis,requiratur eadẽ ſolẽnitas,cùm tunc agatur ſolum de
intereſſe illius cui penſio reſeruata fuit. Adde quòd hanc
opinioné,ꝙ pẽſio nudo cõſenſu penſionarij remitti poſ-
ſit,tenet Gomes auditor Rotæ, in cõmento regulæ Can-
cellariæ,de infirmis reſignantibus.q.xvj. & idẽ in cõpen-
dio vtriuſque ſignaturæ.nu.87.fo.87. idẽ tenet etiã Paul.
9 de Roma.in tract.ſuo de penſ.in octauo quæſito.†Iſtam
tamen cõcluſionem putarem nõ procedere,quãdo pẽſio
eſſet alicui expreſsẽ reſeruata pro alimẽtis.Nã tũc remit-
ti nõ poſſet in totũ:vel ad tẽpus:ſine autoritate ſuperio-
ris,argumẽto tex.in l.cũ hi.§.totã.ff.de trãſac.quod pro-
cedit,etiã ſi eſſet aſſignata diuiti.facit tex.in d.l.cum hi.§.
Nihil autem intereſt:ad idem eſt doctrina Bart.in l.mel-
la.in fin.ff.de alim.& cibar. leg.vbi dixit , quòd alimenta
10 pacto cõtrahentium,remitti nõ poſſunt.† Sed quãdo re-
mittens penſionem ſibi pro alimentis aſſignatam iura-
mento affirmaſſet dictam remiſſionem , tunc valeret re-
miſſio ſine autoritate ſuperioris;vt dixi etiam infrà q. lj.
in verſ.quinto ſicuti.per not.per Iaſonem, in l.de alimẽ-
tis.C.de tranſact.col. j. vbi examinat illam quæſtionem,
vtrũ tranſactio ſuper futuris alimẽtis iuramẽto firmata,
valeat.In qua quæſtione Bart.in l.cũ hi. ff.de tranſact. te-
net quòd nõ.Idem tenet Bal.in l.pactũ quod dotali.q.vlt.
C.de collat.Fulgoſ.in l.qui fidem.in princ.per illum text.
in verbo licitè,iuncta glo.j.ibi.ff.de tranſact. cõtrariã ta-
men partẽ firmat ipſe Iaſon,& allegat idẽ tenere Bar.in l.
ſi quis pro eo,circa fin.prin.ff.de fideiuſ.& aſſignat ratio-
nem:quia iſta tranſactio, eſt prohibita ob priuatam vti-
litatem

Universidad de Deusto
Biblioteca



litatem. Ergo iuramento debet cõualidari. Hanc partem firmat Imo. in c. cum contingat. in vltima charta. de iureiur. vbi dixit, quòd dictæ legi, de his. ff. de tranſact. renuntiari poteſt cum iuramento, & quòd valet tranſactio iurata, illa l. non obſtante. hanc etiam partem tenet Cuma. in d. l. ſi quis pro eo. in princ. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ſuper v. q. Bart. ff. de verb. oblig. & hęc eſt communis opinio.

## Sequeſtrari an debeat penſio, lata prima ſententia contra penſionarium pro rectore beneficij in Romana curia.

### QVÆSTIO XLVI.

1 *Clementina prima de ſequeſtr. poſſeſſion. & fruct. eſt exorbitans.*

QVADRAGESIMOSEXTÒ quæro: vidimus ſuprà q. xxxv. An penſio exceſſiua, & quæ nimis eccleſiam grauaret, poſſet peti reformari: & concluſi quòd ſic. Modo quæro ſi moto tali iudicio, ſuper reductione penſionis exceſſiuæ, vel ſuper illius inualiditate, ſequatur ſententia in Romana curia. Prima ſententia eſt, an ad fauorem rectoris eccleſiæ grauatæ onere penſionis, & contra penſionarium, qui eſt in poſſeſſione exigendi & percipiendi penſionem, ſequeſtrum penſionis prædictæ fieri debeat iuxta terminos Clementi. primæ, de ſequeſtra. poſ. & fruct. qua cauetur quòd lata prima ſentẽtia ad fauorem actoris contra reũ poſſidẽtem beneficium in Romana curia, fiat ſequeſtratio poſſeſſionis, & fructuum beneficij litigioſi: & dicẽdum eſt quòd non: quia illa Clem. j. loquitur in beneficiis eccleſiaſticis inter quæ, & penſiones longa eſt differentia, vt vidimus ſuprà q. j. & q. xxj. &
1 xxviij. nec non. q. xxx. & xxxiij. †Præterea dicta Clemen. j. eſt exorbitans à regulis iuris communis, à quo ſequeſtratio regulariter prohibita, vt per totum titul. de prohibi. ſequeſtr. C. quod etiã expreſsè patet, quia Cle. prædicta. locum



locum non habet extra curiam, meritò ad cauſam penſionis extendi non debet, licet penſio lato ſumpto vocabulo, veniat apellatione beneficij, vt dictum fuit ſuprà q. xxviij.

## Spoliatus poſſeſſione, vel quaſi exigendi penſionem an agat ſuper ſpolio.

### QVÆSTIO XLVII.

1 *Spoliatus penſione quando quis dicatur.*
2 *Penſio eſt onus reale.*
3 *Agens ſuper ſpolio penſionis an de titulo docere teneatur.*
4 *Penſionarius qui longo tempore fuit in poſſeſſione exigendæ pẽſionis, agens ſuper ſpolio, de titulo docere nõ tenetur.*
5 *Secus vbi poſſeſſio penſionarij eſt recens.*
6 *Vbi quis titulum ſuæ poſſeſſionis docere non tenetur, ſi alleget titulum ei non nocet ſi illum non probet.*
7 *Spoliatus allegans titulum infectum, quando de titulo docere tenetur non reſtituitur.*
8 *Spoliatus perceptione penſionis vnius anni, licet alio anno ei pẽſio ſoluatur, agere poteſt de ſpolio pro illo anno.*
9 *Succeſſor in beneficio, cuius rector erat in poſſeſſione exigendi penſionem illi beneficio debitam, agere poteſt ſuper ſpolio.*
10 *Succeſſor in beneficio grauato onere penſionis ſi illam ſoluere recuſauerit quando fuit ſoluta à prædeceſſore, agi poteſt contra eum ſuper ſpolio.*
11 *Spoliatus perceptione penſionis autoritate iudicis non reſtituitur.*
12 *Fallit quando iudex extraiudicialiter procedit.*
13 *Fallit etiam quando iudex iudicialiter proceſſit, tamen notoriè conſtat de nullitate vel iniuſtitia ſententiæ.*
14 *Fallit etiam quando iudex iudicialiter procedens, iuriſdictionne caret.*

QVADRAGESIMOSEPTIMÒ quæro vtrum ſpoliatus poſſeſſione vel quaſi, percipiendi annuam penſionem ſibi reſeruatam ſuper fructibus eccleſiaſtici beneficij agere poſſit ſuper ſpolio, & petere ſe reintegrari ad priſtinam eius poſſeſſionem vel quaſi. Iſta eſt pulchra & quotidiana quæſtio, quæ tota die accidit in
1 practica, & de ea ſæpius fui interrogatus. † Circa quam

Universidad de Deusto
Biblioteca



primo videndum eſt,quando quis dicatur ſpoliatus.Abb.
in c.querelã.in iij.no.de elec.dicit,quòd tunc dicitur quis
ſpoliatus,quando penſionem petit ab eo,qui illam ſoluere
ſibi conſueuerat,& à quo illam pluries perceperat, & il-
le ſoluere recuſauit.Nam eo ipſo quòd ſoluere negat ſpo
liare dicitur.allegat Inno.in c.ſuborta.de re iudi.vbi dixit
quòd tũc ſubditus dicitur dominum ſua quaſi poſſeſſione
iuriſdictionis ſpoliare,quando ſibi obedire recuſauit.Idẽ
voluit Decius,in conſil.c x x x v i. incip.in cauſa reueren-
di & præſtantiſſimi viri.in j.col. Vbi dixit, quòd quando
debitor penſionis recuſauit illam ſoluere creditori pro-
pter voluntatem,non propter impotentiam, tunc dicitur
illum ſpoliare,allegat text.in d. c. querelam, & ita voluit
etiam Ang.conſ.l.xx i i.incip.ſtatuto antiquo,quem citat
Deci.in d. conſ. c x x x v i.Idẽ voluit Abb.conſ. x x i i i.
incip.in cauſa,quæ ad præſens.col.fin.verſ.probatur. in ij.
vol.Iſtis ſic præmiſſis,videtur regulariter dicendum, quod
taliter ſpoliato,detur remedium poſſeſſorium reintegran-
dæ.Ad hoc.faciunt ea quæ voluit Abb.in c.peruenit.de cẽ
ſi.col.j.in fi.& col.ij.& Inno. & alij ibidem concludentes,
quòd pro annuis præſtationibus poſſeſſorio recuperãdæ
agi poſsit,maximè quando præſtationes huiuſmodi ſunt
2 onera realia;vt in caſu noſtro. † Eſt enim pẽſio onus rea-
le,quod concomitatur beneficium,etiã ſi tranſeat in aliũ
viuente penſionario : vt vidimus ſuprà q.xxxix. xl. & xliij.
Iſtam quæſtionem probat notabiliter text.in d.c.querelã
de elec.& ibidẽ Abb.in iij.no.vbi dixit, quòd pro penſio-
ne nouiter ſubtracta præſtari ſolita, annuatim agi poteſt
poſſeſſorio recuperãdæ,& probata ſolita præſtatiõe ſpo-
liatus reſtitui debet & reintegrari in eum ſtatum, in quo
primo.Hanc concluſionẽ tenet Rota,deciſ.x x i i i. incip.
Nota quòd : vbi dixi in antiquis : & Abb. in conſil. ſuo
x x i i i i.incip,in cauſa quæ ad præſens vertitur inter do
minũ Antonium.Et latè iſtam cõcluſionẽ firmat Dec. in d.
con.c x x x v i. in j.volu.& Rota deciſ.iiij.in nouis inci-
piẽte,poſſeſſor beneficij.& Caccialupus. in tract.ſuo, de
penſ.q. xviij. qui ſatis diminute loquitur in iſto articulo.
Erit ergo concluſio & regula,quòd pro penſione ſolui ſo
lita denegata,penſionarius agere poterit poſſeſſorio recu
3 perandæ.†Sed nunquid agens poſſeſſorio recuperandæ in
tali



tali caſu teneatur docere de titulo?In hoc articulo diſtin-
guẽdum eſt,quòd aut ſumus in penſione aſſignata clerico
in titulũ beneficij:& quia tunc penſio dicitur propriè be-
neficiũ eccleſiaſticum,vt dictum fuit ſuprà q.j.& q. xxviij.
in verſ.quarto limita.& habetur per doct.in c.cõquerẽte.
de cleri.non reſident.& iſto caſu expeditũ eſt, quòd agens
ſuper ſpolio tenetur docere de titulo, ſaltem colorato ad
effectũ obtinendæ reſtitutionis.c.patet.iij.q.j.& tenet Spe
cul.in titu.de reſti.§.nunc videndum à nobis, in verſic.Sed
pone ago cõtra te.Old.cõſi.1. Belleme.deciſ.x l i x. Imol.
in c.in literis.in verſ.alij dixerunt.& ibi doct. de reſti.ſpol.
& habetur per doct.in c.reintegranda.iij. q.j. & per doct.
in l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff. de acqu.poſ.Rot. deciſ.
c c l v i i.in nouis,& deci.cc l xxix. in antiquis,& Bellem.
deciſ.x v i i.aut ſumus in pẽſione, vt penſio eſt quid mere
temporale,nil ſpiritualitatis habens,prout ſunt hodie pẽ-
ſiones:& iſto caſu Rota deciſ. xj. in antiquis, incipien-
te.Nota quòd ſicut in ſpoliatione,in rubrica,de reſti.ſpol.
dicit,quòd is qui aſſerit ſe ſpoliatum poſſeſſione vel quaſi
percipiendi & exigendi penſionem antequam reſtituatur
docere debet de iure ſuo,quia iſto caſu tale poſſeſſoriũ à
petitorio ſeparari nõ poteſt : quia non reſtituitur poſſeſ-
ſorium quin reſtituatur petitorium:cum poſſeſsio in tali-
bus incorporalibus haberi non poſsit ſine iure.l.iij.§.hoc
autẽ.ff.de itin.act.que priuat.c.ex tranſmiſſa.de reſti. ſpo-
liat.& cum iſta ſint cõiuncta cognoſcendo de vno,neceſſe
eſt quòd de alio cognoſcatur. allegat quòd in ſimili dici-
tur de don.inter vir.& vxo.c.ad prouidentiã cũ ibi no.per
Inno.c.cũcta.& l.quoties.ff.de iudi.ita firmat Rota deciſ.
prædicta,cuius opinionẽ improbat Decius in præal. con-
ſil.c x x x v j. col.j.verſi.Nec obſtat quòd poſſeſſorium:
vbi reſpondendo ad fundamentum præallegatæ deciſ.di-
centis,quòd poſſeſſorium in iuribus incorporalibus habe-
ri non poſsit, ſine iure proprietatis, dicit Decius aſſum-
ptum non eſſe verum:& in contrariũ adducit illud, quòd
voluit Abb.in d.c.querelam,per illum tex.vbi in iij. no.di
cit.Nota & tene mẽti iſtum tex.quòd pro penſione noui-
ter ſubtracta annuatim ſolita præſtari, agi poteſt iudicio
poſſeſſorio ad ipſius reſtitutionem : & probata præſta-
tione ſolita,debet actor reduci in eum ſtatũ in quo prius

Universidad de Deusto
Biblioteca



erat,licet nil doceat de proprietate iuris illam percipien-
di,ſubdens quòd ille tex.ſolet ad hoc multum allegari. Ad
alia fundamenta dictæ deciſ. Reſpondet etiam Decius in
præallegato ſuo conſilio,eius dicta,breuitati ſtudendo,nõ
referam,illa videre poteris. Sed dubium facit in iſta ma-
teria alia deciſio dominorum de Rot. numero 4. in no-
uis quæ incip.Poſſeſſor beneficij. In qua quæritur vtrum
agens poſſeſſorio recuperandæ extra caſum d.c.querelam
teneatur plenè vel ſemi plenè docere de titulo ad reſtitu-
tionem pẽſionis ſubtractæ obtinẽdam:de quo dicit fuiſſe
dubitatum inter dominos qui diſtinxerunt. ꝙ aut agens
poſſeſſorio poſſedit,aut non:ſi non poſſedit, tunc oportet,
quòd titulũ probet. allegant not.per Innoc.in c.in tranſ-
miſſam.de elect.& dicit Rota, quòd tali caſu plenè debet
probare actor:quia iuris præſumptionẽ nõ habet pro ſe,
quæ ipſum releuet ab onere probãdi.l.actor.C.de proba.
l.qui accuſare. C.de eden.c.vt noſtrum.vt eccle.bene.c.fin.
de iureiuran.Si autem poſſedit:& tunc adhuc Rot.diſtin-
guit,quòd aut eſt recens poſſeſsio actoris, & eo caſu idem
ſit,quòd teneatur probare de iure ſuo.allegat not.per In-
nocen.in c.quia in cunctis.in verbo cum plures, per glo.in
verbo nec obſtet de præbend.& rationem dicit eſſe, quia,
ex tali recenti poſſeſſione,non præſumitur bona fides,nec
iuſtus titulus:vt no.Inno.in c.ij.in glo. in verbo per mona-
chos ad finem,de in integ. reſtit.Et idem dicũt domini de
Rota eſſe quando quis longo tempore poſſediſſet :& ta-
men contra eum eſſet aliqua præſumptio.Exemplificat
quando petitor habet aliquem competitorem,vel litẽ ſu-
per beneficio patitur,allegant not.per Inno.in d.c.quia in
cunctis. Quando autem quis poſſediſſet longo tempore,
nec haberet contra ſe præſumptionem iuris, dicunt præ-
fati domini de Rota,in dicta deciſ.quòd tunc ſufficit pro-
bare poſſeſsionem,&communem reputationem,ſecũdum
Innocen.in d.c.tranſmiſſam.& in dicto capi. quia in cun-
ctis,& allegant not.per eundem Innocen. in c.innotuit.de
eo qui furt.ordi.recep.& iſto caſu concludunt,quòd non
ſit opus probare titulum.per text.in l.cogi. C. de petitio.
hæredi.& l.fina.§.penulti.eodem titu.ſubdentes, quòd eo
caſu,quo opus eſt de titulo docere,non requiritur exacta
probatio,ſicuti ſi id principaliter ageretur : iuxta ea quæ
de



de notorio notat Innoc.in c.veniens.de verb.ſignific.& in
c.illud.de præſum.Quid dicendum, ſtantibus dictis opi-
nionibus contrariis?Putarem deciſionem prædictam Ro-
tæ,nume.4. in nouis proximè relatã,procedere, cum pro-
pter autoritatem dictorum patrum, quæ magna eſt,tum
4 quia ratione fundatur.†Et cõcordando dictas opiniones,
diſtinguerem,quòd aut ſpoliatus perceptione penſionis,
fuit longo tempore in poſſeſſione exigendi dictam pen-
ſionem,& eo caſu procedat opinio Abb. in d.c.querelã,
ſe fundantis in verbis illius text. in verſicu. quia verò ibi
per multa tempora perſoluta,de electio. & hoc caſu pro-
cedit etiam deciſ.Rot. proximè adducta in vltimo mem-
bro ſuæ diſtinctionis, & etiam opinio Decij in dicto ſuo
conſilio C X X V I. & ratio iſtius concluſionis eſt, quia
quando quis poſſedit longo tempore, ex curſu temporis
titulus præſumitur,vt per Doct.in l.ſi certis annis. C. de
5 pact.& in d.c.querelam. † Aut quis poſſedit paruo tem-
pore,& eo caſu,quia tunc non inſurgit præſumptio titu-
li,procedat opinio Rotæ,in ſecundo membro ſuæ diſtin-
ctionis ſupra relatæ,in d.deciſ.I I I I. in nouis,vbi requiri-
tur,quòd tali caſu probetur titulus:& iſto caſu procedat,
quod voluit Rota in antiquis, deciſ. XI. ſupra allegata:
contra quam tenuit Decius, præallegato ſuo conſi. &
iſto modo concordari poſſunt opiniones doctorum ſupra
6 relatæ:& ſic nulla erit inter eos diſcrepantia. † Sciendum
tamen eſt,quòd ſi eo caſu, quo agens poſſeſſorio recupe-
randæ,non tenetur docere de cauſa ſuæ poſſeſſionis, alle-
get cauſam,quæ non probetur:hoc tamen nõ ei nocebit,
vt voluit Innocent.in d.c.querelam. in fine, quem refert,
& ſequitur Angel.in dicta l. j. in principio.colum.ij.ff.de
eden.vbi dixit,quòd ſi dico, quòd me ſpoliaſti poſſeſſio-
ne annui cenſus mihi debiti ex certa cauſa licet cauſa illa
non probetur:tamen ſufficit ad victoriam,quòd ego pro-
bem ſpoliationem:dicens ſe illo anno ita in facto conſu-
luiſſe,& obtinuiſſe.Idem voluit idem Angel. in l.fina. C.
de annali excep.colum.j.verſicu.Et præmitte:quem refert
& ſequitur Decius,in d.conſil.C X X X V I.colum.j.circa
7 finem.†Secundo ſciendum eſt quòd eo caſu,quo petẽs ſe-
reſtitui ad perceptionem annuæ penſionis,tenetur docere
de ſuo tit.ſi alleget titulum infectum, tunc non eſt reſti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuendus, imo ſi tali caſu habuiſſet ſententiam cõtra ſe in poſſeſſorio, & ab ea non appellauit iuſto impedimento detentus non tamen ad appellandum reſtituetur: quia de non iure, & non intereſſe ſuo clarè conſtat per allegationem tituli infecti. Ita eleganter determinat Belleme. deci. DCXXXIX. allegans titulum penſionis. Ad idẽ facit quod voluit Oldrad. in conſil. CCXXV. in fin. vbi conſuluit non eſſe reſtituendum ad perceptionem penſionis, illum de cuius inualiditate tituli clarè conſtat. Facit, quia etiã ſi quis agat ſuper ſpolio in cauſa beneficiali ſemper agenti: obſtat notorius defectus tituli, vt not. Butr. in capit. in literis. colum. x. de reſtit. ſpoliat. Innocent. in capit. conſtitutus. de fil. presbyter. Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. in xvj. colum. verſicu. Decimo fallit. ff. de acquiren. poſſeſ. & idem in conſilio LXXVII. incip. In cauſa & lite, colum. penult. in ſecundo volumine. Oldradus conſilio I. & Rota deciſion. VII. in antiquis, & deciſio. XVI. in nouis.

8 † Tertiò ſciendum eſt, circa præmiſſas concluſiones, quòd ſi quis ſpoliatus fuit perceptione penſionis vnius anni tantum: in ſequenti verò anno fuerit admiſſus ad illius exactionem & perceptionem, poterit pro illa perceptione vnius anni, qua fuit ſpoliatus, agere poſſeſſorio recuperandæ, vt volunt domini de Rota in recollect. Biſgnetti. numero 13. quæ incipit, præcentor, in rubrica, de reſtitu-
9 tione ſpoliat. † Quartò ſciendum eſt, quòd ſi rector vnius eccleſiæ, longo tempore exegit penſionem eccleſiæ ſuæ debitam ab altera eccleſia, & demùm moriatur, & alius ſuccedat in d. beneficio, tunc ſucceſſor agere poterit ſuper ſpolio, contra Rectorem eccleſiæ grauatæ onere penſionis ſoluẽdæ eccleſiæ ſuæ, qui illam ſibi ſoluere recuſauit, licet ipſe nunquam fuerit in poſſeſſione illam exigẽdi. ita tenẽt Domini de Rota, deciſ. IIII. in nouis, in princip. ſupra allegata: & rationem adducunt, quia non ipſe Rector, ſed eccleſia ipſa quæ eſt in poſſeſſione vel quaſi exigendi, agere videtur: allegant notata per Innoc. in c. in literis. de reſtit. ſpol. in fin. & in gloſ. pen, & in c. cum ſuper.
10 de cauſa poſ. & proprie. † Quintò ſciendum eſt, quod ſi prælatus vel obtinens, quòd beneficium fuit in poſſeſſione vel quaſi, exigendi à tertio ſuper ſuo beneficio, vel à laico ſuper aliqua poſſeſſione certa annuam penſionẽ, & moriatur



riatur is qui illã ſoluebat, & illius ſucceſſor in beneficio, vel poſſeſſione deneget illam ſoluere, an agi poterit contra eum interdicto recuperandæ, ex quo ipſe nunquàm ſoluit? In iſto articulo, Dominus Guido Papæ dicit in ſua deciſione. CCCCCCXXIX. incipien. ſupra dicit Dominum Petrum Papæ eius patruum conſuluiſſe, quòd ſic: & rationem dicit eſſe, quia ex variatione perſonarum, non mutatur ius actoris quin remaneat ſemper idem l. ij. §. ex his. ff. de verbor. oblig. facit clem. fin. de iure patro. & ratione adducit: quia prædeceſſor & ſucceſſor etiam in officiis & dignitatibus vna perſona reputantur cùm dignitas & officium, nunquàm moriantur. no. de offic. deleg. in ca. quoniam. Abb. in gl. ſuper verbo ſubſtitutis. & in c. ſi gratioſæ. de reſcript. in vj. & plura alia adducit Do. Guido papæ, pro iſta opinione in d. ſua Deciſio. quam videre poteris.
11 † Concluſionem ſupra firmatam, quòd ſpoliatus perceptione penſionis, poſſit agere de ſpolio, limita non procedere, quãdo quis eſſet ſpoliatus autoritate iudicis, quia tunc nõ reſtitueretur, vt no. Inn. in c. ſuper hoc. de renun. quem refert & ſequitur Ange. in l. ſi quis à ſe fundum. C. vnde vi. col. pen. verſi. item fallit. Decius, in conſil. CXXV. in ij. col. verſi. Sed prædictis non obſtantibus. ad idem eſt glo. fin. vij. q. j. in c. præſentium. & ibi Archid. & not. Abb. in c. dilectus. el j. de reſcrip. & in c. ſi conſtiterit. de accuſat. Decius, conſil. CXCI. col. pen. & Felin. in capi. cum cauſam. in prin. ff. de offic. deleg. & in c. dilectus. el j. in prin. de reſcri.
12 ſupra allegato. † Iſtam tamen fallentiã intellige non procedere, quando iudex extraiudicialiter procedit, non vt iudex per text. in c. conquerente. de reſtit. ſpol. vbi Butr. & Abb. & ideò dixit Hoſt. in tit. de reſtitut. ſpol. in §. quando faciendam. in prin. quòd ſi apparet quem à iudice ſpoliatum ordine iuris non ſeruato, incontinenti eſt reſtituen-
13 dus. † Secundò intellige dictam fallentiam non procedere, vbi iudex iudicialiter proceſſit, & notoriè conſtat de nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ, qua poſſeſſorem ſpoliauit. tex. & in c. ex inſinuatione. de proc. & ibidem But. & Imo. & ideò dixit Oldr. in conſil. ſuo CCXXVIII. incip. de toto themate. quòd ſi mixtus executor procedit vt merus, datur reſtitutio aduerſus ſpoliationem ab eo factam. † Tertiò intellige dictam fallentiam non procedere, quando

Universidad de Deusto
Biblioteca



iudex etiam iudicialiter procedens, caret iuriſdictione. vt per Feli. in d. c. cum cauſa. in j. col. de offic. deleg.

## Mandatum an præſumatur habere is qui penſionem pro alio ſoluit.

### QVÆSTIO XLVIII.

1 *Mandatum non præſumitur ex curſu temporis.*
2 *Spoliatus perceptione penſionis ſibi ſolutæ à tertio nomine debitoris illius, agere poteſt de ſpolio.*
3 *Gerens actum pro aliquo præſente domino, vt illius procurator præſumitur mandatum habere.*
4 *Soluens penſionem pro aliquo illo inſciente, non præſumitur mandatum habere.*
5 *Factum abbatis non nocet conuentui, ad transferendum poſſeſſionem in alium.*

QVadrageſimooctauò quæro, vtrum is, qui ſoluit penſionem pro rectore alicuius beneficij, puta Titio, cui erat reſeruata autoritate ſuperioris annua penſio ſuper illius fructibus, præſumatur ad id habuiſſe man-
1 datum ab eo, cuius nomine ſoluit. † Et videtur dicendum, quòd non: quia mandatum ex curſu temporis non præſumitur: vide Bald. in l. j. colū. ij. verſicu. ſed pone aliquis. C. de reb. alien. non alienan. & ibi Salice. & eundem Bald. in l. ij. C. ſi ex falſ. inſtru. Et Iaſ. in conſi. c x l. incipien. Communitas & homines. col. ij. in fin. in iiij. volu. Contrarium tamen in caſu noſtro eſt dicendum, quòd imo ſoluens penſionem pro alio præſumatur ad id mandatū habuiſſe, cum nemo ſuum iactare præſumatur. l. cū indebito. ff. de ſol. Et decidit notanter Rota deciſ. x x i i i. in antiquis incipiente, not. quòd vbi dixi: dicens quòd tali caſu præſumitur, quòd ſoluens, ſoluat de mādato domini. alle. Innocent. in c. nonnulli. in verbo mandato. de reſcri. quod maximè procedit, quando ſciente illo, qui erat penſionis debitor, ſoluta fuit penſio: quia tunc debitor videtur talē ſolutionem ratificare, & mandatum dare. argum. not. per
2 Inno. in c. ex parte. de reſcrip. † Vnde ſupra eodem in loco infert Rot. quòd ſi creditor talis pēſionis petat ſe reſtitui, quia dicat ſe ſpoliatum, reſtituendus eſt: quia ex tali ſolutione



tione videtur fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi exigendi dictā penſionem, niſi aliud in contrariū probetur. Iſtā concluſionem intellige procedere, quando ſoluens penſionē pro aliquo ſoluit, ſciente & non cōtradicente eo, pro quo ſoluitur. facit ad hoc doctrina Abb. in conſil. x x i i i. incip.
3 in cauſa quæ ad præſens, in ij. vol. † vbi dixit, quòd gerēs actum, vt procurator ſciente domino, præſumitur mandatum habere: ideò neganti hoc incumbit onus probādi: & idem tenuerunt Butr. & Domi. in cap. qui ad agendum. de procur. in vj. allegando Inno. in c. cum in iure. de offic. deleg. vbi dixerūt, quòd vbicūque dominus patitur aliquem agere nomine ſuo, ille præſumitur mandatum habuiſſe.
4 † Secus autem videtur dicendum, quando quis ſoluit penſionem pro aliquo, illo neſciente: quia tūc d. ſolutio præiudicare non habet ei, pro quo ſoluit: ita cōcludit Abb. in dicto ſuo conſil. inferens quòd colonus illarū monialium, ſi ſoluiſſet penſionem illam de qua agebatur nomine monialium cuidam rectori illius eccleſiæ de qua ibi, illis monialibus ignorantibus, hoc non præiudicat. alleg. not. in l.
5 quamuis. §. j. ff. de acqui. poſſeſ. facit pro iſta parte: † quia videmus quòd factū Abbatis non nocet cōuentui, quantum ad transferendū poſſeſſionem proprietatis in alium. c. cum dilectus. & ibi no. Innoc. in gloſ. de relig. domi. vide ad hanc quæſtionem dicta per Guidonem Papæ, in ſuis deciſ. deciſ. c l x i i i. incip. in dicto ſuo.

## Penſio an extinguatur, ſi penſionario prouideatur de beneficio, ſuper quo ei eſt reſeruata penſio.

### QVAESTIO XLIX.

1 *Penſionarius & vſufructuarius æquiparantur.*
2 *Duæ cauſæ lucratiuæ ſimul concurrere non poſſunt.*
3 *Fideiuſſor ſuccedens creditori cui pro alio ſoluere promiſit, liberatur.*
4 *Fideiuſſor ſuccedens principali debitori, conuenitur vt hæres principalis debitoris.*
5 *Longa eſt differentia, inter conſolidationem & extinctionem.*
6 *Penſio an remaneat apud penſionarium, qui conſecutus fuit beneficium, ſuper quo ſibi erat aſſignata penſio, ſi illud dimittat.*

Universidad de Deusto Biblioteca



7 *Vſuſfructus conſolidatur cum proprietate, quando vſuſfructuarius proprietario ſuccedit: ſed facta proprietatis reſtitutione, reſcinditur conſolidatio.*

8 *Penſionarius ſi ſciuit beneficium oneratum penſione ſibi debita ad alium pertinere, & nihilominus de eo ſibi prouideri obtineat, extinguitur penſio.*

QVadrageſimonono quæritur, vtrum penſio extinguatur, ſi penſionario cui reſeruata erat, prouideatur poſtmodum de illo beneficio, ſuper cuius fructibus erat ſibi penſio reſeruata: iſta eſt pulchra quæſtio, & de qua aliàs fui interrogatus in hac inclita ciuitate Venetiarum: nec eam alicubi inueni tactam à doctoribus: in qua videtur dicendum, quòd aſſecuto beneficio illius onere grauato, penſio extinguatur: & hoc pluribus fundamentis. Primò quia videmus, quod ſi creditor inſtituatur hæres à ſuo debitore, eius creditum ſecuta hæreditatis aditione, cum hæreditate confunditur. l. ſtichum. §. aditio. ff. de ſolu. l. cum ſecundũ. C. de fideicom. l. debitori. vbi glo. C. de pact. & hoc procedit etiã, quando quis eſt grauatus reſtituere hæreditatẽ per fideicõmiſſum. l. deducta. ff. ad treb. & per Doc. vbi Bald. & Pau. de caſt. in l. in imponenda. C. ad leg. falci. ſi igitur penſionarius ſuccedat debitori in beneficio, ſuper quo erat impoſita pẽſio ſibi debita, videtur pari ratione dicendum, penſionẽ extingui: quia ſibiipſi, à ſemetipſo deberi nõ poteſt. l. vrannius. ff. de fideiuſ. & l. frater à fratre, in gl. ff. de cõd. inde. & ſibi obligari nemo poteſt. vt per Bal. in l. fin. §. in cõputatione. in j. oppoſitione. C. de iur. delib. Corn. cõſi. l x x i. in iiij. volu.

1 incip. ad euidentiã. † Secundò adduco, quia penſionarius, & vſufructuarius, æquiparãtur. Patet, quia penſio dicitur pendere à beneficio, ex quo extrahitur ſicuti vſufructus à proprietate, ſecundũ Imo. in c. j. §. an eadẽ. de ſupp. neg. prælat. & dictum fuit ſuprà q. j. Sed quando vſufructuarius proprietario ſuccedit, cõfunditur vſufructus cũ proprietate, imo cum ea cõſolidatur. §. finitur autem. inſti. de vſufru. l. ſi fructuarius. ff. de vſufru. ita ergo dicendum videtur

2 in penſione. † Tertiò facit: quia ſi teſtator alicui, puta Titio, rem alienã leget, & legatarius viuo teſtatore illius rei dominus fiat ex cauſa lucratiua, puta titulo donationis,



tionis, eius actio extinguitur: quia duæ cauſæ lucratiuæ ſimul cõcurrere nõ poſſunt. §. ſi res aliena. inſti. de lega. & l. Mæuius. §. duorũ. ff. de leg. ij. quod procedit etiã ſi legatarius, cui eadẽ res à duobus legata fuit, illã alienauerit: nam ex quo per cõſecutionẽ illius rei ab vno facta actio contra alium fuit extincta, facta alienatione non reuiuiſcit. ita dicit ibi text. ad hoc ſingularis, & ibi latè per doc.

3 poſt Bart. † Quartò pro iſta opinione facit: nam videmus quòd ſi fideiuſſor ſuccedit creditori, cui pro alio ſoluere promiſit, liberatur: quia ſi id eſt in principali debitore. d. l. ſtichũ. §. aditio. ff. de ſolu. à fortiori id erit in fideiuſſore qui principali accedit: cum acceſſoriũ ſequatur naturam

4 ſui principalis. c. acceſſoriũ. de reg. iur. in vj. † Quintò facit: quia ſi fideiuſſor ſuccedat debitori principali, nõ poterit amplius vti fideiuſſor conueniri: ſed vti principalis erit conueniendus, id eſt, tanquam hæres principalis. text. eſt in l. fideiuſſoris. C. de fideiuſſoribus. facit gloſ. in d. l. debitori. C. de pactis. & text. in l. generaliter. in princip. C. de fideiuſſo. & l. cum reus. ff. eo. tit. ex præmiſſis videtur poſſe dici, quòd in caſu præſentis quæſtionis penſio extinguatur: nihilominus contrarium eſſe verius arbitror, videlicet quòd penſio non extinguatur, ſed bene quòd cõſolidetur cũ beneficio, ſicuti ſuprà dictum fuit de vſufru-

5 ctu. † Et eſt longa differentia, inter extinctionem, & conſolidationem: quia ſi dicamus pẽſionem extingui, vtique nunquàm reuiuiſceret, niſi de nouo reſeruaretur per habẽtem autoritatem: vt in ſimili dicitur de clerico, qui per contractũ matrimonij, amittit beneficiũ, vt in c. j. de cler. coniug. & ſi poſtmodum eius vxor antequã ab eo carnaliter cognoſcatur, ingrediatur monaſteriũ, tunc clericus beneficiũ nõ recuperat, quia extinctus eſt eius titulus per cõtractum matrimonij, & extinctus titulus nõ reuiuiſcit: ſicuti de actione dicitur. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. c. quã periculoſum. vij. q. j. c. quæris. de conſec. diſt. iiij. ſed opus eſt noua collatione. ita concludunt doct. in d. c. j. de cleri. cõiug. Si autem in caſu quæſtionis noſtræ, dicamus penſionem conſolidari cum beneficio: tunc durante conſolidatione actio nõ erit extincta in totũ, ſed ſopita, & obligatio remanebit illæſa. † Et propterea ſi penſionarius qui aſſecutus fuit beneficium ſuper quo erat ei debita pẽſio

illud

Universidad de Deusto Biblioteca



illud dimittat,& renuntiet , putarem quòd penſioné reti-
neret, & quòd poſt agere poterit contra beneficij poſſeſ-
ſorem ad illius ſolutionem:& moueor validiſſimo funda-
mento. Clarum eſt quòd penſionarius , & vſufructuarius
æquiparantur,vt dictum fuit ſupra , & habetur ſuprà q.j.
7 † Sed licet vſufructus conſolidetur cũ proprietate, quãdo
vſufructuarius proprietario ſuccedit, vt ſupra dixi, Nihi-
lominus ſi poſtmodũ vſufructuarius proprietatem reſti-
tuat reſcinditur conſolidatio , & vſufructus remanet illæ-
ſus apud vſufructuarium. Ita decidit Bald. in l. ſi maritus.
ad finé. C. de inoffi. teſta. & tradit Bart. cepol. ſingula. ſuo,
liiij. & pro hac opinio. facit text. in dicta l. ſi maritus. & eſt
tex. clarus in l. Dominus. ff. de vſufr. & quéad. quis vta. vbi
dicitur quòd ſi vſufructuario fundi proprietas, per domi-
nũ legata fuerit : & demũ vſufructuarius illã fuit coactus
reſtituere tanquàm ad alium pertinentem, vtputa ad eum
qui egit querela inoſſicioſi teſtamẽti,& obtinuit. tũc vſu-
fructus remaneat apud reſtituentem proprietatem, apud
quem prius fuit. Sed in cõtrarium videntur ſtringere duo
iura, videlicet text. in l. cum filius. §. dominus. ff. de lega. ij.
vbi eſt tex. reputatus ibidem ſingula. per Ange. & Alexan.
quòd ſi dominus fundi, cuius vſufructus alterius erat , illũ
vſufructuarium ſuum vniuerſalem hæredem inſtituat, &
illũ fundũ, puta Titio, leget : hæres fundũ, vſufructu non
retento, legatario conſignare tenetur:& tex. in l. ſi tibi fun
di vſumfructũ. ff. quib. mod. vſufruc. amit. vbi eſt tex. quòd
ſi teſtator vni vſumfructum puré, alteri verò proprietaté,
ſub conditione leget : & vſufructuarius conditione pen-
dente proprietatis dominium acquiſiuerit, deinde extite-
rit conditio, tunc pleno iure fundus illius erit, cui legatus
fuit ſine detractione vſufructus. & ſubdit ibi text. ratio-
nem : quia vſufructuarius factus dominus proprietatis,
vſumfructum amiſit. Quid dicendum , ſtantibus dictis iu-
ribus ? Diſtinguendum puto ſic : quòd quando penſiona-
rius qui aſſecutus eſt beneficium oneratum penſione ſibi
debita , illud dimittit ex cauſa neceſſaria , vtputa , quia
alius potiora iura in illo habet,& mota lite obtinuit be-
neficiũ ſibi adiudicari:& iſto caſu puto ꝙ pẽſio remaneat
apud eum , vt erat prius , ſicuti in vſufructuario dicimus
per tex. in d. l. ſi maritus. C. de inoffi. teſt. & eſt text. in d. l. ſi
domin



dominus. de vſufruc. & quemad. quis vta. Aut quis dimit-
tit beneficium ex cauſa voluntaria:& tunc puto dicendũ,
quòd penſio apud eum non remaneat, ſed ſit extincta, cũ
etiam extinguatur eo caſu vſufructus. d. l. cũ filius. §. do-
minus. ff. de lega. ij. & d. l. ſi tibi fundi vſumfructũ. ff. quib.
8 mod. vſufruct. amit. † Dicta in primo membro huius di-
ſtinctionis , videntur debere limitari : vt non procedant
quando penſionarius, qui ſibi obtinuit prouideri de be-
neficio, ſuper quo ſibi penſio reſeruata erat, ſciebat alte-
ri in illo meliora iura competere:& nihilominùs hoc nõ
curando procurauit ſibi de illo prouideri: tũc enim pen-
ſio eſſet extincta: per not. per Bald. Salicet. & alios , in d. l.
ſi maritus. C. de inoffi. teſtam. & ad hoc facit doctrina Al-
beri. in tracta. ſuo ſtatutorum. in j. parte. q. xcj. incipiente,
ſed pone aliquis. vbi decidit, quod ſi aliquis habens vſum-
fructum in fundo , emát proprietatem à domino , & ſic
conſolidet vſumfructum cum proprietate , & proximior
agnatus venditoris vigore ſtatuti reuocet venditionem:
quòd tamen vſufructus remanet apud emptorem , apud
quem prius erat , ſi ſtatutũ illud de recuperatione igno-
rauit: ſecus ſi illud ſciuiſſet. alleg. text. in l. perueniens. §.
neptis. ff. ad ſillenia. vbi inquit dixiſſe, hoc etiam probatur
per text. in d. l. ſi tibi fundi vſufructus. ff. quibus modis
vſufruct. amitta. vbi , ex quo is cui fundi vſufructus erat
relictus, voluit fundi proprietatem acquirere, quam ſcie-
bat alteri legatam, vſumfructum amittit. Nec obſtát ad-
ducta ſupra , de creditore, debitore , & fideiuſſore : quia
procedunt in debito, vnius tantum præſtationis: præterea
creditor inſtitutus hæres à debitore , licet eius creditum
confundatur cum hæreditate à ſe adita, etiam ſi cogatur
illam reſtituere , tamen in reſtitutione hæreditatis reti-
net debitum ſibi,& illud deducit in ratione legis falcidię.
l. ſi debitor. & l. pater filiam. ff. ad l. Falc. & ſic eius creditũ
etiam quòd hæreditatem adiuerit non facto inuentario
non confunditur, quantum ad retentionem : ſed tantum
confunditur, quantum ad actionem,& obligationem: ita
voluit Bald. in l. debitori tuo. C. de pact. colum. ij. verſic.
extra oppono. Cogita circa prædictam concluſionem,
quia pulchra & ſubtilis eſt,& ab aliis non tacta, quod vi-
derim.

Penſio

Universidad de Deusto Biblioteca

## Penſio Titio aſsignata, an cenſeatur extincta, ſi Titius aliquod beneficium conſequatur.

### QVÆSTIO L.

QVINQVAGESIMÒ quæro, an penſio Sépronio clerico aſſignata ſuper fructibus alicuius beneficij ceſſet, & cenſeatur extincta, ſi Sempronius aliquod beneficium conſequatur. Hoſtien. in c. cum eſſent. de ſimo. mouet hanc quæſtionem, & tenet, quòd penſio ceſſet: cũ quo videtur ſimpliciter tranſire Paul. in Clem. j. de reb. eccleſ. non alienan. Guliel. tamen, quem refert, & ſequitur Imol. in præallegata Clem. col. vij. in princip. cõtrarium tenuit, quod imo penſio tali caſu, non ceſſet. Loquitur tamen in penſione, quàm quis percipit ex redditibus decimæ, vel aliorum bonorum eccleſiæ pro temporali ſeruitio, vel labore: idem tamen puto in penſione reſeruata alicui, ſuper fructibus alicuius menſæ, dignitatis, vel beneficij: & moueor, quia vt ſupra deciſum fuit q. xxxij. Penſio nõ facit incompatibile cum beneficio etiam ſub eodem tecto: quia eſt quid merè temporale, vt vidimus ſuprà q. j. & q. xxj. Imo. tamen in d. Clem. col. vij. in princi. limitat hanc concluſionem non procedere, quando penſio eſt aſſignata pro ſola ſuſtentatione clerici, & etiam quando talis eſſet penſio, quæ cum eccleſiaſtico beneficio teneri nõ poſſet de ſui natura.

## Penſionarius cui reſeruata eſt penſio ſuper fructibus alicuius beneficij, an habeat hypothecam in illis fructibus.

### QVÆSTIO LI.

1 *Dictio ſuper, adiuncta certæ rei illius hypothecam inducit.*
2 *Penſio videtur cedere in cauſam alimentorum.*
3 *Penſionarius agit hypothecaria, contra fructuum perceptorem.*
4 *Contrarium tenuit Paulus de Caſtro.*
5 *Perſona beneficiati eſt obligata ad ſolutionem penſionis.*
6 *Dignitas ſuper cuius fructibus eſt penſio eſt obligata.*
7 *An res menſæ, vel beneficij, ſint obligatæ pro penſione.*





8 *Qualitas verbo adiuncta intelligitur ſecundum tempus verbi.*
9 *Fructus pendentes ſunt pars fundi.*
10 *Alimentorum expreſſio, an faciat cenſeri cauſam piam etiam in diuite.*
11 *Hypotheca reſultat quando Epiſcopus dat penſionem pro alimentis.*
12 *Penſio ſimpliciter alicui aſſignata, an cẽſeatur data pro alimentis.*
13 *Hypotheca an inducatur in aliis annuis præſtationibus, præterquam alimentis.*
14 *Legatum annuum diuiti factum non cenſetur factum in cauſam alimentorum.*
15 *Penſio eſt realis.*
16 *Succeſſor ſingularis rei ſiue fructuum beneficij ſuper quibus eſt appoſita annua penſio an conueniri poſſit hypothecaria.*
17 *Res pro qua præſtanda eſt annua præſtatio, ſemper cenſetur obligata.*
18 *Nulla eſt ſpecialitas in alimentis circa hypothecam.*
19 *Legatum alimentorum ſiue diuiti, ſiue pauperi factum cenſetur in piam cauſam factum.*
20 *Penſio regulariter videtur cedere in cauſam alimentorum.*
21 *Tranſactio fieri non poterit, ſine iudicis autoritate in penſione pro alimentis aſſignata.*
22 *Aetas & valetudo penſionarij conſiderantur in extinctione penſionis.*
23 *Dilationes breuiores in alimentorum cauſis dantur.*
24 *Cauſa alimentorum agitari poteſt die feriato.*
25 *Tranſactio iurata valebit in cauſa penſionis, ſine autoritate iudicis.*
26 *Tranſactio ſuper præteritis alimentis, non autem ſuper futuris, valet.*
27 *Cauſa alimentorum futurorum eſt ſummaria.*
28 *Penſio decurſa ſi petatur, qualiter ſit agendum.*

QVINQVAGESIMOPRIMÒ quæro, vtrum is cui eſt reſeruata annua penſio ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus alicuius beneficij, vel menſæ habeat fructus illius beneficij hypothecatos pro penſione ſibi ſoluenda, adeò quòd agere poſſit hypothecaria actione contra quemcunq; poſſeſſorum dictorũ fru-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctuum,ſiue ſucceſſor ſit vniuerſalis,ſiue particularis. Iſta
eſt pulchra quæſtio,quam examinat Romanus in conſilio
CCCLXXXVIII. incipien.in caſu propoſiti thematis. Paul.de
Caſtr. in conſi. CCCXXXVIII. incipien. quia exceptiones. in
j.volu.& Felin.in c.ad audientiam.el ij.de reſcript. & po-
ſtremò Caccialup.in tracta.ſuo,de penſ.q. ix. Quorũ di-
cta examinabimus.Roma.in præallegato conſi.concludit,
quòd tales fructus ſunt obligati,& hypothecati pro ſolu-
lutione penſionis,& quòd agi poſſit hypothecaria contra
quemcunque illorum poſſeſſorem,ſiue ſit vniuerſalis,ſiue
particularis ſucceſſor : & mouetur primò , quia vt ex te-
nore literarum penſionis apparet,penſio aſsignatur ſuper
1 fructibus beneficij,quod grauatur.† Dictio autem ſuper,
iuncta in oratione certæ rei,eius rei cui adiungitur , hy-
pothecam inducit:de quo dicit eſſe caſum in l. codicillis.
§.inſtituto.ff.de lega.ij.quem ad hoc Bart.ponderauit,in
2 l.fundum.ff.de annu.lega.† Secundò mouetur idem Ro-
ma. quia penſio videtur cedere in cauſam alimentorum:
vnde infert,quòd iuris eſt concluſio dictans,quòd res illa,
ex qua quis mandat alimenta præſtari , eſt pro ſolutione
alimentorum tacitè obligata.alleg. concluſionem gloſſa-
toris.l.Lucius.ff.de alim.lega.in l.Gaius.ff.de ann.lega.&
in l.cum hi.verſi.idem eſt ſi ageret.ff.de tranſact.& tex.in
l.ij.in fi.de alimen.& cibar.leg.licet ſecus eſſet, quãdo ob
aliam cauſam,quàm alimentorum,redditus ex tali fundo
aſſignarentur. Nam eo caſu hypotheca naſci nõ videtur:
ſed ſolum actio perſonalis contra aſſignantem.ff.de con-
trahend.empt.l.fi.in fine.& l.liberto.ff.de annu.lega.iun-
3 cta gl.ibi.in princ.† In verbo vendita ſunt:& ex his tribus
fundamentis idem Roma. concludit , quòd is qui habet
reſeruatam ſibi penſionem annuam ſuper fructibus ali-
cuius beneficij,agere poſsit hypothecaria actione contra
dictorum fructuũ ſucceſſorẽ vniuerſalem,vel ſingularem:
quod dicit ipſe ſpeciale,imò ſpecialiſſimũ in cauſa alimẽ-
torum,quãuis à quibuſdam perſonis nominatim ſoluen-
dũ cõceſſũ ſit.Nihilominùs à quibuſcunq;,qui illis ſucceſ-
ſerunt in rebus ex quibus voluit cõcedẽs ſolutionẽ fieri,
ſoluendum eſt.De hoc dicit idẽ Roman. eſſe text.ſingula.
ſecundum lecturam gloſ. in verbo agant, quam Bart.ſe-
quitur in l.Libertis.§.Lucius.ff.de alimen.legat. ſubdens,
quòd



quòd quamuis concedens beneficium,adiecta bonorũ hy
potheca pro ipſius beneficiati cautela , prout fit in ſolu-
tione penſionis,illud mãdat ei cui beneficiũ conceſſit ſol-
ui,per perſonam nominatim expreſſam:nihilominus non
intelligitur ipſi beneficiato tollere facultatem agendi hy-
pothecaria contra bonorũ obligatorum ſucceſſores,quã-
do actio perſonalis contra nominatim expreſſum , fruſtrà
intentaretur,dicit eſſe caſum expreſſum in l.Libertis.§. ab
hæredibus.cũ gl.in verbo peruenerũt.ff.de alimen.& cib.
lega.& per iſta , & alia plura , concludit Roma. in d. ſuo
4 conſil.vt ſupra retuli.† Sed Paul. de Caſtr.in præallegato
ſuo cõſil. CCCXXXVIIj.incip. quia exceptiones.in vlt.
col.verſ.tertiò quæritur,tenet oppoſitum:dicit enim quòd
fructus beneficij,vel menſæ ſuper quibus eſt reſeruata pẽ-
ſio,non ſunt pro penſione obligati:cùm obligatio rei , ex
qua alimenta præſtari debent,ſuccedat tantũ in alimẽtis.
d.l.Lucius.& l.ij ff.de aliment.& cibar.lega.in aliis autem
præſtationibus annuis,ſecus eſſe dicit.alleg.tex.in l.Gaius.
& quòd ibi not. ff.de ann.lega.l.fi. §. fi.& quòd ibi not.ff.
de contrahen.empt.in d.l.cũ hi.§.ſi vni.ff.de tranſact.dicẽs
idem Pau.quod licet videatur in contrarium tex. & gloſ.
in c.niſi eſſent.de præb.ibi enim conſtituta fuit certa pen-
ſio ſoluenda de redditibus capituli, & prioratus , & papa
declaret illam conſtitutionẽ penſionis reſpectu prioratus
perſonalem eſſe:quia facta cum illo , qui adhuc non erat
prior,ideo ille cum perſona extinguitur:ſed quo ad capi-
culum eſt realis:ideo gl.ibi dicit,quòd ſi Papa illam inter-
pretationẽ nõ feciſſet,eſſet realis quo ad vtrunque, nihilo
5 minus ad hoc reſpõdet cõſiderãdo tres caſus.† Aut enim
quærimus vtrũ perſona illius cui onus ſoluẽdæ penſionis
iniũctum fuit,ſit obligata,& dicit quòd ſic:quia poteſt ad
ſolutionẽ compelli.Dicit tamẽ aduertendum, quia illa nõ
eſt propriè obligatio ciuilis vel naturalis , quia ex reſcri-
pto nõ oritur,ſed dici poteſt quædam aſtrictio:vnde non
iure actionis,ſed iudicis officio cogitur : alleg. text.in l.ſi
quis ſepulchrum.§.fin. ff. de relig. & ſump. fune.& no.per
6 Cõpoſt.& Ioan.And.in c.mandatũ.de reſcrip.† Aut quæ-
rimus vtrũ dignitas,puta epiſcopatus ſuper cuius fructi-
bus eſt impoſita penſio ſit obligata,modo tamẽ præmiſſo:
& tunc concludit ſimiliter quòd ſic: & ita procedat text.

Universidad de Deusto Biblioteca



cum glo.in d.c.niſi eſſent:& iſto modo accipitur ibi realis
7 cum perſona enim nó extinguitur. † Aut quærimus, & ſic
tertio caſu,verũ res menſæ prioratus aut beneficij,vel eo-
rum fructus ſint obligati : & tunc dicit Paulus quòd non,
per not.in d.l.Gaius.ff.de ann.lega.vnde infert,quòd ſi res
menſæ prioratus,vel beneficij, aut eorũ fructus, ſuper qui
bus penſio extitit aſſignata per epiſcopum, priorem , ſiue
beneficij rectorẽ,alienarẽtur per eum,cui penſio reſerua-
ta fuit,per hypothecariã auocari nó poſſent , cũ non ſint
obligatæ:& ſic Paulus reſidet in iſta opinione , contraria
opinioni Romani.Felin.verò in d.cap.ad audientiam.el ij.
col.vj.verſi.Sed aduerte.de reſer.dicit,quòd fortè opinio
Paul.de Caſt.verior eſt:quia Romanus non probat effica-
citer principale fundamẽtum ſuum , ſcilicet quòd preſta-
tio penſionis dicatur alimentorũ præſtatio.Præterea dicit
ipſe verba literarum dicunt penſionem ſolui debere ſuper
fructibus , redditibus , & prouentibus eccleſiæ. & vbi illi
redditus nó ſunt amplius eccleſiæ,inſpecto præſenti ſtatu,
8 non videtur quòd amplius ſubiiciantur illi oneri.† Quali-
tas enim verbo adiuncta intelligitur ſecũdum tẽmpus ver
bi.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal. ibi cum eo tem-
pore dominus non fuerim.Subdit tamen idem Felin. ibi.
quòd cum comuniter verba literarum reſeruationis pẽ-
ſionis dicant expreſſe,quòd huiuſmodi penſiones deputã
tur pro ſuſtẽtatione alimenti penſionarij, facilè multi re-
perirentur,quibus magis placeret opinio Romani, & ſic
in hoc Felin.anceps reſidere videtur. Caccialupus autem
in dicto trac.ſuo,de penſionib.q.ix.examinauit hanc quę
ſtionem : cuius tractatum vidi Romæ de anno 1550. poſt
vrbis euerſionem : & poſtquàm inceperam ſcribere præ-
ſentem tractatum : & refert opinionem ſupradictorum:
& poſtremò Felin.cuius verba dicit conſideraſſe , ante-
quam ipſum Felin.vidiſſet : & relatis ſupradictis opinio-
nibus dicit idem Caccialupus , quòd inſpectis verbis lite-
rarum dicentium pro alimentis,res videtur expedita : &
ſic quòd ſit probatum fundamentum Romani : ſubdens,
quòd poſito quòd ſint hypothecati fructus bonorum ex-
preſſe.vt in l.j.§.cum prædium.ff.de pig.ſiue tacitè, vt in l.
in prædiis.ff.quib.mod.pig.tacit.contrahat. videtur tamẽ
quòd fructus ſati,ſi ſint percepti & conſumpti à bonæ fi-
do



dei emptore,ſiue beneficij ſingulari ſucceſſore, quòd nũ-
quam fuerint illius eccleſiæ ſeu mẽſæ,cuius redditus ſunt
obligati,igitur nunquam fuerunt hypothecati. Caſum di
cit eſſe in d. §. cum prædium. & propterea tales fructus
peti non poterunt.Idem dicit eſſe , ſi tales fructus fuiſſent
ſati,& percepti à dicto illorũ emptore , ſeu ſingulari ſuc-
ceſſore:licet extent,& conſumpti non ſint:quia nunquam
fuerunt in bonis illius obligantis, vel eccleſiæ , ſeu menſæ
oneratæ penſionis onere.alleg.tex.in eod. §. cum prædiũ.
9 †Demum dicit Caccialupus,quòd dubitatio ſtat , quid in
fructibus ſatis,aut pendentibus tempore obligationis:qui
fructus ſi vt pars fundi conſiderentur,vt tunc erant. l.fru-
ctus.ff.de rei vendic.l.fina.§.vt fructus.ff. quæ in fraudem
credit.tunc concludit tales fructus eſſe hypothecatos , &
quòd penſionarius aget hypothecaria , contra ſingularem
ſucceſſorem ſuper fructibus ab eo perceptis , qui erant
ſuper re tempore obligationis quaſi debitoris , ſicuti res
ipſa fuiſſe cenſeantur.alleg.Bald.& Angel. in dicta l. fina.
§.fructus.ff.quæ in fraudem credit. & dicit videndum eſſe
Azo.in ſumma.in titu. de pigno. in verſicu. & idem dici
10 poteſt in fructibus.† Subdit idem Caccialupus , conſide-
randum eſſe verum illa expreſſio pro alimentis,faciat cẽ-
ſeri cauſam piam alimentorum, & fauorabilem quicun-
que ſit is,cui penſio aſsignatur,ſiue diues , ſiue pauper:de
hoc tamen ſe remittit ad not.per Docto.in l. illud. C. de
ſacroſanct.eccleſ.dicens , quòd quando Papa dicit quòd
penſionem deputat pro ſuſtentatione & alimentis pen-
ſionarij : tunc tutius eſt inhærere verbis , & dicere quòd
ſumus in penſione conſtituta pro alimentis : & per con-
ſequens,quòd fructus fuerint hypothecati , ſuper quibus
penſio ipſa fuit conſtituta ,etiam quòd penſionarius ſit di
ues aliunde,& non indigeat illis alimentis:quia ineptè vi-
deretur dicendum,quòd Papa qui habet liberam poteſta
tem in beneficialibus,in fraudem iuris vſus fuerit illis ver-
bis pro alimentis,quinimo videretur quòd voluit ſaltem.
quod habeat vim alimentorũ,& illorum prærogatiuã, &
per conſequens hypothecam,dicens, quod idẽ fortè eſſet
dicendum in epiſcopo,ſeu ordinario dante penſionẽ pro
alimẽtis clerico indigẽti,vt videlicet reſultet hypotheca.
11 †Sed quãdo epiſcopus vel ordinarius cõſtitueret penſio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem non indigenti, tunc dicit diſtinguendum, an penſio ſit
licita, & eo caſu idem ſit, aut penſio eſt illicita, & eo caſu
ceſſet: & reſpondet ad ea quæ habentur in l. illud. C. de ſa-
croſanc. eccl. quòd illa procedunt: quia ibi aſſerebatur ali
quid aliter quàm ſe haberet in fraudem canonū & legū.
Nam irrogatio in piam cauſam quæ ſit diuiti aſſerenti ſe
12 inopem, fieri nō poteſt. † Vbicunque autē Papa in ſuis li-
teris dicat, quòd aſsignat penſionē ſuper fructibus, reddi-
tibus, & prouentibus talis monaſterij eccleſiæ, ſeu menſæ
Sempronio, puta ad eius vitā, & nō dicat pro ſuſtentatio-
ne, & alimētis: dicit Caccialup. eſſe diſtinguendū, quòd
aut is cui aſsignata fuit penſio, erat pauper & indigens: ita
vt coniecturari poſsit, quòd aſsignauit pro alimētis. iuxta
not. per Doct. in l. illud. & in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſ-
act. & tunc dicit, quòd putat hypothecam reſultare, ac ſi
dictum fuiſſet pro alimētis. Si verò is cui aſsignatur pēſio,
erat diues, & non indigens, ſed Papa illam ſibi aſsignauit,
vt eum ditiorē faceret, vel vt ſtatū ſuum decētius ſuſtenta-
re valeat, & tūc dicit quòd putat hypothecā nō reſultare:
quia verè non ſapit cauſam alimentorū. Et iſto caſu dicit
13 procedere opinio. Pau. de Caſt. in conſi. ſupra alleg. † quia
ista hypotheca non inducitur in aliis præſtationibus an-
nuis, præterquam in alimentis. d. l. Gaius. & ibi not. ff. de
annu. leg. l. ſi. ff. de cōtrah. emp. & probatur in l. ij. & in l.
Lucius. ff. de alim. & ciba. leg. inducendo illas per locum à
14 ſpeciali. † Cōfirmatur prædicta concluſio per text. ad hoc
notabilē in d. l. cum hi. §. ſi in annos. vbi dicitur, quòd lega
tum annuum factum diuiti, nō cenſetur factum in cauſam
alimentorum: ſecus ſi pauperi: & ibidem dicunt Bart. &
Doct. Poſtmodū ſubdit idem Caccialup. quòd ex præmiſ-
15 ſis reſultant duæ concluſiones. † Prima quòd poſt mortem
illius nominati in literis pēſionis, & grauati: ſiue ſit præla-
latus, ſiue eccleſiæ Rector, ſiue adminiſtrator, aut aliàs in
dignitate aliqua conſtitutus, adhuc penſio durat, cum ſit
realis annexa dignitate mēſæ, vel beneficio, vnde ſucceſſor
tenetur, & cōpelli poteſt etiā ſoluere c. dilectus, de fo. cōp.
c. j. de ſolu. Et hac cōcluſionem firmat etiā Pau. de Caſt. in
ſupra allegato cōſil. col. vlt. verſi. prima quod poſt mortē.
circa quam cōcluſionē vide quæ dixi ſuprà q. xliiij. vbi la-
tè examinaui, an & quādo ſucceſſor in beneficio teneatur
ad



16 ad ſolutionē penſionis. † Secunda concluſio eſt, quòd ſi res
eccleſiæ mēſæ, vel dignitatis, cui pēſio eſt impoſita, aut fru
ctus bonorū venderētur, & reperirētur apud ſingularem
ſucceſſorē nō obligatū aliqua perſonali actione, neque cō
pellibilem iudicis officio ex perſona ſua, & conueniatur
actione hypothecaria, quod talis, penes quem reperirētur
res, vel fructus eccleſiæ, quādo hypotheca reſultat, iuſtè cō
uenitur: ſecus quādo hypotheca nō reſultat. Quando verò
reſultet, vel nō reſultet hypotheca, dicit ex præmiſsis colli
gi, & dicit vidēdos Dominos de Rot. deciſ. DCCCLXIX.
incip. legato pro anniuerſario, in antiquis: & Old. conſil.
CCXXVj. incip. quidam epiſcopus. & in iſta opi. reſidet
17 Caccialupus ſolennis doctor. † Quid tenendū ſit ſtatibus
ſupradictis opinionibus cōtrariis, mihi videtur dicēdum,
quòd ſiue in reſeruatione annuæ penſionis, ſit expreſſum,
quòd penſio detur pro alimētis, ſiue nō: ſemper obligatio
rei, ex qua præſtanda eſt penſio, ſubintelligatur. Nec eſt id
ſpeciale in cauſa alimentorū, vt dicūt Doct. ſupra allegati.
Nam regulariter quando aliqua res ſpecialiter deſignatur
pro præſtatione alimētorū, vel alterius annuæ præſtatio-
nis, tunc illa res ad hoc onus ſpecialiter deſignata, cēſetur
obligata. Ita not. Bart. in d. l. Lucius. ff. de alimē. & cib. leg.
per text. in l. ij. eo. tit. Idē voluit Bart. in l. fundus quē. ff. de
ann. leg. vbi dixit, quòd ſi teſtator centū annua leget ſuper
tali fundo, tūc ille fundus ad præſtationē prædictam, cen-
ſetur expreſſe obligatus: quia ſecundū Bart. tantum eſt di
cere lego ſuper tali fundo, quantū dicere obligo talē fun-
dum. Idē tenuit Bart. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij.
& prædicta maximè procedunt, quādo talis annua præſta
tio eſſet perpetua. l. hactenus. de vſufr. & per Com. in cōſi.
ſuo CCXCVj. in j. volum. Et Guidonē Papæ in ſuis deciſ.
deciſ. CCCCXXXIj. incip. ſuper q. col. fin. verſi. ſi aliqua
18 penſio. † Et hanc opinionē quòd nulla ſit ſpecialitas, circa
hypothecā in alimētis, inuenio tenuiſſe do. Ant. Neguſan
tium fanenſem, Doctorē ſatis celebrē, & mihi, dum vixit,
amicū optimū, in tract. ſuo, de pign. & hypot. parte ij. in
iiij. mēbro. col. ij. verſi. vigeſimuſtertius caſus. vbi dixit nō
eſſe ſpeciale in alimentis, quòd bona, ex quibus præſtari
mandantur, ſint pro illis hypothecata: quod ſic cōprobat.
dicit enim quòd certi ſunt caſus in quibus inducitur tacita

Universidad de Deusto Biblioteca



hypotheca in tit.ff.& C.in quib.caſi.pign.tacit. cõtrahã.
inter quos caſus alimẽtorũ nõ reperitur: ideò ille iure nõ
cenſetur habere tacitã hypothecã : quo argumẽto vtitur
Bart.in d.l.Lucius. facit tex.inſtit.de act.in §. actionũ. vbi
actiones bonæfidei enumerãtur:& quæ ibi nõ ſunt nume-
ratæ, ſunt ſtricti iuris. & ſic dicit ipſe alimenta nõ habent
ius tacitę hypothecę,niſi quãdo in teſtamẽto ſunt relicta:
tunc etenim habẽt tacitã hypothecã,ſicut habẽt alia lega
ta,iuxta text.in l.j.C.communia de leg.& ita dicit tenere
Bar.in d.l. Lucius.& in l.Gaius.ff. de ann.leg.& rationem
dictæ deciſionis dicit eſſe:quia certa bona fuerũt ſpecia-
liter pro alimẽtis ſeu aliis annuis præſtationibus deſigna-
ta:nã illa ſpecialis deſignatio,efficit q̃ illa bona cẽſeantur
pro dictis præſtationibus obligata:vt in locis ſupra addu-
ctis firmat Bar.maximè in d.l.Lucius.in d.l.fundus quẽ.&
in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.ij.& hanc dicit fuiſſe opi
nio.gloſ.in d.l.Lucius.in glo.in verſi.ex redditu.ex quibus
poteſt dici,quòd fructus beneficij, ex quibus ſolui mãda-
tur annua penſio,& ipſum beneficiũ, non ex eo obligati
& hypothecati videantur pro ſolutione penſionis : quia
penſio in cauſam alimentorum cedat. Sed quia penſio ſit
annua præſtatio ex ſupradictis. & ideò, ſiue pauperi, ſiue
19 diuiti reſeruetur, idẽ erit prout eſt in legato.† Nã legatũ
alimentorum,ſiue pauperi,ſiue diuiti factum,cenſetur in
piam cauſam factum, vt per Docto.in l.ſi certis annis. vbi
Alciatus.C.de pac.alle.gl.in l.ſi quis Titio.ff.de leg.ij.vi-
demus enim quòd iſtæ gratiæ Papales,æquiparãtur diſpo
ſitionibus teſtatorũ,vt eſt expreſſum in c. quia in cunctis.
de cõceſ.præben.& in c.ſi pluribus.de præb.in vj.Rom.in
conſil.CCCXLVIII. quod eſt inſertum in xxvij.q.ſuprà.
20 †Veruntamen eſt quòd penſio videtur regulariter in cau-
ſam alimentorũ cedere,cũ in literis reſeruationis penſio-
num,ſemper dicatur,vt cõmodius ſuſtentari valeas.Circa
præmiſſa conſiderari poſſunt, & decidi plura in his caſi-
bus,in quibus dicamus penſionẽ eſſe aſſignatã pro alimen
21 tis:† & primò circa penſionẽ pro alimentis aſſignatã fieri
non poterit aliqua tranſactio ſine autoritate iudicis, per
text.in l.cum hi.in princip.ff. de tranſact. vbi prohibetur
tranſigi ſuper alimentis relictis cauſa non cognita, & ſine
iudicis autoritate:ad idẽ eſt tex.in l.de alimẽtis.C. eo.tit.
Iſta



Iſta tamen intellige procedere in trãſactione, ex qua de-
terior fieret conditio eius cui alimenta debentur, ſecus ſi
eſſet trãſactũ circa tempus ſolutionis fiẽdæ: & ſic eo caſu,
quo illius,cui alimẽta debentur, cõditio melior reddere-
tur, tunc trãſactio bene fieri poſſet ſine autoritate ſupe-
rioris.d.l.cũ hi.§.eã tranſactionẽ.& prædicta procedãt ſi-
ue pẽſio eſſet aſſignata diuiti,ſiue pauperi ob cauſam ali-
mentorũ.d.l.cũ hi.§.nihil.& ibi not.Bart.in §.cũ in annos.
& iſta faciunt ad ea quæ ſupra dixi .q.xlv. in verſ.Iſtã con-
cluſionem.vbi dixi,quòd quãdo penſio fuit aſſignata pro
alimentis,non poteſt in perpetuum vel ad tempus remitti
22 ſine autoritate ſuperioris. † Secundò eſt ſciendum. quòd
quãdo fieret extinctio penſionis pro certis anticipatis ſo-
lutionibus, autoritate ſuperioris, de quo videbimus in-
frà q.lxxxvij.tunc ad hoc, vt ſciamus quæ quantitas licitè
ſolui poſſit pro extinctione huiuſmodi pẽſionis,erit con-
ſideranda ætas & valitudo eius cui penſio ſoluitur:vt ſit in
23 alimentis.d.l.cum hi.§.modus quoque.ff.de trãſac.†Ter-
tiò ſicuti in cauſa alimentorum breuiores dantur dilatio-
nes.l.ij.ff.de re iud.& ibi Bar.col.penul.verſ.Item eſt aliud
exemplum. & idem Bartol.in l. mella.de alimen.& cibar.
legat.ita erit in cauſa penſionis aſſignatæ pro alimentis.
24 †Quartò quòd ſicuti in cauſa alimentorum procedi po-
teſt die feriato.l.ij.ff.de fer.& not.Bart.in d.l.mella.in fin.
etiam ſi feriæ eſſent inductæ in honorem Dei,illud tamen
procedit in alimentis quæ debẽtur iure naturæ, vt à patre
filiis, & etiam in alimentis quæ ex teſtamento debentur,
quando quis nõ haberet aliunde ſe aleret. Ita cõcludunt
doct.in d.l.ij.ff.de feri. Et ideo idem dicendũ eſſet in pen-
ſione aſſignata pauperi pro alimentis, qui non haberet
25 vnde aliter ſe aleret.† Quintò notandum eſt quòd ſicuti
in cauſa alimentorum in qua trãſigi non poteſt ſuper fu-
turis alimentis, niſi accedat autoritas ſuperioris vt ſupra
dixi, tranſactio facta ſine iudicis autoritate, iuramento
firmatur,vt tenet Bar.in l.ſi quis pro eo.in ſi.prin.ff. de fi-
deiuſ.& Imol.in c.cũ contingat vltimo folio, de iureiur.
Cuma.in d.l.ſi quis pro eo.in prin.Alex.in l.qui Romæ.§.
duo fratres col.vj.circa v.quæſtionem.Bart.ff.de verbor.
obli.& hanc opinionem tenet Iaſon in l.de alimentis. col.
j.verſ.an autem iſta tranſactio.C.de tranſact.Et idẽ tenet

Universidad de Deusto Biblioteca



elegantiſſimus doctor, Domi. Andreas Alciatus, in d.l.de
alimẽtis.& Baueria.in tract.ſuo de virtute iuramẽti: verſ.
xlvj.Licet contrariam partem teneat idem Bartol.in dicta
l.cum hi. circa finem princip.ff. de tranſactio.& Bald.in l.
pactum quod dotali.vltim.q.C. de collat.contra quos eſt
26 opinio communis ſupra relata.† Ita erit dicẽdum in pen-
ſione aſſignata pro alimentis, ſuper qua valebit trãſactio
iurata etiam nõ accedente ſuperioris autoritate per præ-
dicta, de quo dixi etiam ſupra quæſtione xlv. verſicul.
27 Iſtam concluſionem.† Sextò quòd veluti in cauſa alimen-
torum valet tranſactio ſuper præteritis alimentis, non
autem ſuper futuris, cùm ex illis pendeat hominis vita, vt
dicunt doctores, maximè Bald.& Salice.in d.l.de alimen-
tis.vbi Iaſon in j.colum.in fin. Nec tunc requiritur cauſæ
cognitio,& autoritas iudicis.Ita dicendum erit in penſio-
ne, dicta l.de alimentis.& vide ad hoc bonam gloſſam in
c.ſi epiſcopatus. in verbo ad præmiſſa. de præben.in vj.&
ibi Archidiaconus & Ioan.Andr.& Philippus Franch.in
28 fin.col.in fi.† Septimò dici poteſt, quòd ſicuti quando tra
ctatur de alimentis futuris cauſa eſt ſummariè, ſimplici-
ter,& de plano tractanda & cognoſcenda.l.ſi quis à libe-
ris.§.ij.de liber.agnoſcen. Secus ſi ageretur ſuper alimen-
tis præteritis:quia tunc ordinariè erit agendum: vt voluit
Alberic.in d.l.cum hi. ff.de tranſact.in princip.& Petrus
de Anch.in clemen.j.de iure patron.quos refert & ſequi-
tur Iaſon, in d.l.de alimentis. colum.ij. in princip. C.de
tranſac.Idem videtur dicendum,quando tractatur de exi-
29 genda penſione futura.† Sed quando tractatur de exigen
da penſione decurſa non ſoluta, eſt diſtinguendum: quia
penſionarius, penſionem decurſam non ſolutã petit à re-
ctore beneficij, qui conſenſit illius reſeruationi, & tunc
contra ipſum executiuè proceditur, intimatis ſibi prius
literis reſeruationis penſionis. Idẽ erit quando agitur con
tra nouum poſſeſſorem beneficij grauati,qui pẽſioni non
conſenſit, ſed bene ſibi literæ intimatæ fuerunt: aut agi-
tur pro penſione præterita,cõtra hæredem defuncti poſ-
ſeſſoris beneficij grauati: & tunc agi debet via ordinaria,
vt ſtilus curiæ Romanæ nos edocet,& tota die videmus in
practica ſeruari. Idem erit dicendũ,quando hæredes pen-
ſionarij defuncti,agerent pro præteritis penſionibus non
ſolutis



ſolutis cõtra poſſeſſorem beneficij, de quo vidimus ſuprà
q.xxxix.& q.xliij.vide quæ dixi infrà q. lxxj. vbi examina-
ui, an litis conteſtatio requiratur in cauſa penſionis. An
autem ſicuti appellatio non admittitur in cauſa alimen-
torum futurorum,vt per Doct.in d.l.de alimentis.vbi Ia-
ſon.C.de tranſact. an ita dicendum ſit in cauſa penſionis,
dicam infrà q.xcv.

## Penſiones decurſæ non ſolutæ, an mortuo penſionario, tranſeant in eius hæredes.

### QVAESTIO LII.

1 *Succeſſor in beneficio, eſt quaſi heres mortui.*
2 *Penſio non eſt eccleſiaſticum beneficium, ſed quid profanum.*
3 *Penſio etiam laico, aſſignari poteſt.*
4 *Penſionarius vſufructuario comparatur.*
5 *Alimenta præterita non ſoluta ad hæredes tranſmittuntur.*

QVinquageſimoſecundò quæro, vtrum penſiones de-
curſæ non ſolutæ mortuo penſionario cui debe-
bantur, tranſeant in eius hæredes, & per eos exigi de-
beant, ſiue ſint hæredes ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.
Circa iſtam quæſtionem, videtur prima facie dicendum
quòd non: quia clarum eſt quòd iſtæ penſiones, imponun-
tur ſuper fructibus beneficiorum. Fructus autem benefi-
ciorum, etiam collecti, non tamen conſumpti, mortuo
clerico beneficiato, tranſeunt in ſucceſſorem in benefi-
1 cio,non in hæredes defuncti rectoris illius. †Nam ſucceſ-
ſor in beneficio, eſt quaſi hæres mortui.c.cõuenior.xxij.
q.viij.per quem tex.ita dixit gl.in c.j.de ſolut. & ſucceſſor
in beneficio,ſuccedit etiã in acquiſitis intuitu eccleſiæ, vt
habetur in c.relatũ.per Doc.de teſtam.hinc eſt quòd cle-
ricus,de his teſtari non poteſt.d.c.relatum: & ibidem no.
Abb.poſt alios.col.ij.in verſi.no.& tene mẽti.ad idem eſt
tex.in c.cum vos.de offic.ord.cum ſimilibus.Secũdò facit,
quia beneficiatus non facit fructus ſuos, ſed tantũ in eis
obtinet ius canonicè diſpenſandi.c.expedit.xij. q.j.§.fina.
Abb.in repe.c.cũ eſſes.col.antepen.verſi.ex quo infertur,
de teſtam.Illis tamen non obſtantibus contrariam ſenten
tiam de iure veriorem eſſe arbitror, videlicet ꝙ ius exi-
gendi præteritas penſiones non ſolutas, competat hære-

Universidad de Deusto Biblioteca

dibus clerici defuncti, cui dicta penſio erat reſeruata: ad
2 quod tenẽdum, moueor ex infra ſcriptis.† Et primò: quia
pẽſio nõ eſt eccleſiaſticũ beneficiũ propriè, ſed quid pro-
fanũ in mera tẽporalitate cõſiſtens: vt per Doc. vbi Fel. c.
ad audientiam. de reſcri. el ij. & in cle. j. vbi Cardi. Imo. &
alij. de ſup. negli. prælat. & dixi ſuprà q. j. & q. xxj. ergo ac-
quiſitum ex penſione, non dicetur acquiſitũ ex beneficio
eccleſiaſtico: & ſic de penſionibus decurſis, clericus teſta-
ri poterit. Faciunt ea quæ volunt doc. in d. c. relatũ. de te-
ſtam. vbi concludũt, clericũ poſſe teſtari de iis quæ nõ in-
3 tuitu eccleſię acquiſiuit. † Secũdò moueor: quia pẽſio quę
non conſueuit pro beneficio eccleſiaſtico reputari prout
ſunt hodie regulariter penſiones, etiã laico aſſignari po-
teſt: vt per doc. in c. quãuis. vbi Archi. & Franc. in ij. not. de
præb. in vj. & per Imo. in d. cle. j. col. vj. ver. quærit Guli. de
reb. eccl. nõ alie. & per Bal. & poſt eum Feli. in d. c. ad au-
4 dientiam. el ij. de reſcri. & dixi ſuprà q. j. † Tertiò moueor:
quia penſionarius videtur æquiparari vſufructuario: ex-
tinguitur enim penſio morte pẽſionarij, ſicuti vſufructus,
morte vſufructuarij. §. finitur autẽ. inſti. de vſufr. ad quod
faciunt dicta ſuprà q. j. vſufructuarius autem fructus iam
quæſitos ad hæredes tranſmittit, tex. eſt notabilis in l. de-
functa. ff. de vſufr. Ideò pariter dicendũ eſt, quòd penſio-
nes decurſæ, non exactæ ſed iam quæſitæ penſionario de-
functo, tranſibunt ad eius hæredes. Quartò moueor: quia
penſio aſſignatur penſionario, vt commodius ſuſtentari
valeat: & ſic videtur aſſignata pro alimentis, vt latè dictũ
fuit in proxima præcedenti q. & per Roman. in conſilio
ſuo CCCLXXXVIII. incipien. in caſu propoſiti thema-
5 tis. † Is autem cui factũ eſt legatũ pro alimẽtis decedens,
tranſmittit ius exigendi præterita alimenta non ſoluta ad
ſuos hæredes. l. vti frui. §. fin. ff. ſi vſufr. pet. l. fructus. in fin.
cum l. ſequen. ff. de rei vendi. l. qui vſumfructum. §. fin. & l.
quæſitum. & l. defuncta. ff. de vſufru. facit tex. in l. Libertis.
§. j. ff. de alim. & cibar. legat. Ad idẽ faciunt, quæ cõſulen-
do dixit Alex. in conſi. ſuo XL. incip. perſpectis his. in fin.
in iij. volu. vbi concludit, quòd penſiones decurſæ, perce-
ptis fructibus in vita vſufructuarij, ſpectẽt ad illius hære-
des. Erit ergo ex præmiſſis firmata concluſio ꝙ penſio-
nes decurſæ in vita penſionarij nõ exactæ, trãſeunt in eius
hæredes,



hæredes, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, & ita ſępe cõſului, & Rotã iudicaſſe intellexi. Adde quòd hãc etiam concluſionem, inueni ſenſiſſe Paulũ de Roma. in tract. ſuo de penſ. in viij. quæſito. in verſ. primò eccleſiaſtica pẽſio: vbi dixit quòd penſionis fructus lucrati per penſionariũ, dicuntur proprij, & in illius dominium tranſeunt, & ab eo donari poſſunt, allegat text. in l. in ædibus. §. vlt. ff. de donat. Ad allegata in cõtrarium reſpondetur quòd procedunt in clerico beneficiato qui fructus beneficij, etiam quæſitos, nõ trãſmittit ad ſuos hæredes: pẽſio autem eſt pars fructuum penitus à beneficio ſeparata: vt habetur ſuprà q. j. & ſic eſt quid diuerſum à beneficio, ideo de beneficio ad penſionẽ nõ bene infertur. l. Papinianus exuli, cum vulgaribus. ff. de mino. An autẽ & quãdo beneficiatus decedens fructus beneficij iã quæſitos ad ſuos hæredes tranſmittat: vel an ſucceſſori in beneficio reſeruẽtur: & quid in diſtributionibus quotidianis, vide per Nicol. de Vbal. in tracta. ſuo, de ſucceſ. ab inteſt. cleri. in verſ. finita tandem. cum reliquis verſiculis ſequentibus.

## Penſio pro rata decurſi temporis an debeatur hæredibus pẽſionarij illo mortuo, ante tempus deſtinatæ ſolutionis.

### QVAESTIO LIII.

1 *Fructus percepti ex beneficio, poſt obitum locatoris debentur ſucceſſori in prælatura.*
2 *Penſio cuius fructus erant percepti, debetur hæredibus defuncti penſionarij, licet tempus ſolutionis non venerit.*
3 *Penſio pro rata fructuum perceptorum, erit hæredũ penſionarij.*
4 *Penſio iudicatur, vt de fructibus iam perceptis.*

QVINQVAGESIMOTERTIÒ quæro, ſi pẽſionarius qui debebat recipere penſionem in natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, mortuus ſit in menſe Septembris, an penſio illius anni, pro rata anni decurſi, vel fructuum perceptorum, ſuper quibus ipſa penſio eſt conſtituta, debeatur hæredi penſionarij. Illam quæſtionem examinauit Caccialup. ſolemnis Doctor, in tract. ſuo penſ. q. xxv. in qua diſtinguendo dicit, quòd aut fructus, ſuper quibus penſio erat conſtituta, erant iam percepti,

Universidad de Deusto Biblioteca



pti,& tunc debeatur hæredibus penſionarij:de quo vidi-
mus in proxima præcedenti quæſtione. Aut dicti fructus
nõ erãt percepti,ſed tempore mortis penſionarij pende-
bãt:& tali caſu tenet idem Caccialup.quòd tales fructus
remaneant apud eccleſiam grauatam, iam morte pẽſio-
narij liberatam à penſione:& circa hoc ita conſuluiſſe in
quæſtione facti, atteſtatur quoſdam Doctores Bononien-
ſes,inter quos Alex.Imo.in ſuo conſi.1.in j.vol.quod in-
cipit,Reuerendiſſime Domine. voluit allegare conſilium
Alexan.in ij.vol.clvij.incip.Reuerendiſſime Domine. Ad-
uerte tamen quia Alexan.in d.conſilio,de iſta vltima cõ-
cluſione nil dicit:ſed bene prima concluſio ſupra firmata
per Caccialupum fuit tenta per Alex.conſi.xi.incip.per-
1 ſpectis his.col.fi.verſ.quatenus verò.in iij.vol.† Vera ta-
men in ſe eſt ipſa concluſio , per ea quæ volunt Abb. &
Antonius de But.in c.fi.ne præla.vi.ſuas. vbi concludunt,
quòd ſi moriatur prælatus,qui beneficium locauerat,fru-
ctus percepti poſt obitum locatoris,& penſio debita ra-
tione fructuum poſt obitum perceptorum,debeatur ſuc-
ceſſori in prælatura,non hæredibus defuncti:de quo etiã
2 latè per Doctores in c.præſenti.de offi. ordi. in vj. † Aut
nondum venit dies penſionis exigendæ,licet fructus,quo-
rum occaſione penſio debetur,erat iam percepti per de-
bitorem dictæ penſionis:& iſto caſu dicit idem Caccialu-
pus,quòd penſio debeatur hæredibus penſionarij defun-
cti.Nam hæredibus vſufructuarij,debetur integra pẽſio,
cuius tempore vitæ vſufructuarij nõ ceſſerat dies ſolutio-
nis,ſi fructus omnes, quorum occaſione penſio ſolueba-
tur , erant iam percepti per penſionis debitorem. Iſtam
cõcluſionem tenuit Alex.in d. ſuo conſi. clvii. in ij. vol.
per text.in d.l. defuncta. & l.Iulius. §. ſi fructibus. & ibi
Bald.ff.de act.empt.ad idem allegat Caccialup.Bart. poſt
Dyn.in l.fi.ff.de iur.fiſ.dicens: quòd ita vidit conſulendo
reſponſum per famoſiſſimos Doctores Dominum Bene-
dictum de benedictis,& Domi.Baldum de Bartholinis de
Peruſio,in quæſtione vertẽte Senis,inter hæredes fructua-
rij,& hoſpitale de ſcala proprietarium prædij , de cuius
3 fructibus & penſione agebatur.† Quid autem dicendum
ſit,quãdo pars fructuum eſſet iam collecta tẽpore mortis
penſionarij,pars autem eſſet colligenda,& adhuc pende-
ret



ret,dicens,quòd pro rata fructuum perceptorum, penſio
erit hæredũ penſionarij,pro alia verò rata fructuũ pen-
dentium,penſio erit proprietarij. allegat text. in d.l. de-
functa.& in d.l.Iulianus.§.ſi fructibus.& Salicet. in l.fru-
ctus.vbi latiſſime loquitur.C.de act.emp.qui loquitur in
emptore & vẽditore.Ego adduco deciſionẽ Alex.in conſ.
ſuo xi. incip.Perſpectis his.col.fi.verſ.Quatenus verò. in
iij.vol.vbi Alex.quærit,An penſiones nondũ perceptæ per
hæredẽ pro fructibus pẽdentibus vel perceptis , ſpectent
ad fideicõmiſſarium:& decidit quòd pro rata perceptorũ
fructuũ & collectorũ, penſio ſpectet ad hæredes eius qui
4 grauatus fuit de reſtituẽda hæreditate:† quia de ipſa pẽ-
ſione iudicatur,vt de fructibus iam perceptis.allegat tex.
in d.l.defuncta.& Bart.in l.fina.§.frui.ff.de iure fiſ.& doc.
in l.Iulianus.§.fructibus.ff.de act. empt. & Salicet. in d. l.
fructus. vbi diſtinguit in fructibus eiuſdem anni partim
perceptis,et partim nõ , dicẽs quòd pro rata perceptorũ
fructuum iudicandum eſt de pẽſione,ac ſi percepta eſſet.
Idem ſenſit Roma.qui tamẽ loquitur in emptore in con-
ſil.ſuo x.faciunt late tradita per doc.in l.diuortio.ff.ſolu.
mat.& ibi copioſè inter alios per domi.Vincẽtiũ Hercu-
lanum Peruſinũ præceptorẽ meũ triennalem doctorẽ ce-
leberrimum,& admodum vtilem,qui ibidẽ in j.col. in iij.
no.dicit,quòd appellatione fructuũ, veniunt penſiones:&
ſicuti in fructibus fit diuiſio pro rata anni,quo matrimo-
nium durauit:ita dicendũ erit in pẽſione. Quid autẽ di-
cẽdum ſit,quãdo pẽſio,fuiſſet percepta & exacta per pẽ-
ſionarium,ante tempus perceptorum fructuũ, per eccle-
ſiam grauatam ad illius ſolutionem ſuper ipſis fructibus,
vtputa quia id factum fuiſſet cõtemplatione penſionarij
indigentis : vel quia terminus ſolutioni appoſitus præce-
debat tempus colligendorum fructuũ,ex inordinata con-
ſtitutione penſionis:in hoc articulo dicit Caccialup.in d.
q.ſubiũto,propter varias opiniones relatas per Salicet.in
d.§.ſi fructus,& in d.l.fructus.C.de act.emp.ſubdẽs,quòd
ratio bonæ fidei,hunc caſum regat:& habeatur ratio eo-
rum quæ ſupra dicta ſunt in aliis caſibus,vt in vtroque ſit
paritas,viciſſitudo,& quædam correlatio,arg.text.in c.fi.
de tranſact.per quem dixit Bald.in l.eden.col.ij. C.locat.
quòd vbicũque ius ſcriptũ nõ habemus , debemus æqui-
tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatem ſequi, quæ ex naturali iuſtitia conſtat, & naturalibus inſtrumentis.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tut. & quando cõmittitur nec reperitur lex, quæ ſtatuat quid agendum. Tale negotium videtur cõmiſſum iuxta æquitatem, vt dicit colligi ex dictis per Salic.in d.l.fructus, vbi Salicet. aſsignat palpabilem rationem: videlicet ꝙ penſio, licet prius ſoluta fuerit, tamen ſoluta fuit habito reſpectu ad fructus percipiendos, & propterea tali caſu habendam rationem & reſpectum ad fructus, vt ad illum ſpectet penſio ante tempus ſoluta ad quem ſpectare debet penſio tempore mortis penſionarij nondum ſoluta, nec exigibilis: vt ſic penſio loco fructuum ſurrogetur. adducit Bal.in l.j.C.de vſur.& fruct.lega. dum allegat Hieronymum furioſi de mattarellis.

## Penſio vtrum extinguatur per contractum matrimonij.

### QVAESTIO LIIII.

1 *Penſio aſsignata laico, pro ſeruitio temporali, vel propter eius benemerita, non expirat per contractum matrimonij.*

2 *Penſio data propter benemerita, vel propter ſeruitium tẽporale, reuocari non poteſt per ſucceſſorem.*

3 *Penſio aſsignata clerico in minoribus conſtituto, an vacet per contractum matrimonij.*

4 *Penſio quæ aſsignatur clerico reſignanti beneficium per contractum matrimonij, vacat.*

5 *Penſio aſsignata in titulum beneficij, vacat per contractũ matrimonij.*

*Penſio titulata quam habet clericus in ſacris conſtitutus vacat contracto matrimonio.*

*Penſio aſsignata clerico conſtituto in ſacris, an vacet per cõtractum matrimonij.*

6 *Matrimoniũ per verba de præſenti, requiritur vt vacet penſio.*

7 *Penſio & beneficium non vacant per ſponſalia de futuro.*

8 *Penſio quæ vacauit per matrimonium, ſponſa religionem ingrediente, an reuiuiſcat.*

9 *Penſio ſi matrimonium non tenuit, an extinguatur.*

10 *Collatio beneficij facta furioſo, non tenet.*

11 *Clericus perdit beneficia, etiam ſi matrimonium non tenuit, propter ordines ſacros.*

11 *Papa*



12 *Papa diſpenſare poteſt penſionarium, vt matrimonio non obſtante poſsit retinere penſionem.*

QVINQVAGESIMOQVARTO quæritur, vtrum penſio extinguatur per contractum matrimonij. Iſtam quæſtionẽ breuiter & reciſè ſatis examinant Doct. Ideò ipſam latius diſcurrendam putaui. Circa quam reperio quòd Laur. quem refert & ſequitur Card. in cle.j. §.j.in verſ. Sextò quæro, de ſupplen.negligen. prælat. tenuit quòd penſio per contractum matrimonij non extinguatur. & idẽ tenet ibidem Imo.col.iij.verſ. Quid ſi penſionarius, in quibus locis concludunt, quòd quando penſio nõ fuit aſſignata in beneficium eccleſiaſticum, ſed pro officio vel ſeruitio temporali, vt pro pulſando campanas vel ſimilibus, quòd eo caſu per contractum matrimonij non vacet: & ita trãſit breuiter admodum loquens, in iſta quæſtione Caccialup.in tract.ſuo, de penſio.q.xv. dicens, videndum eſſe Card.in cle.j.q.xviij.de reb.eccl. nõ alien. Vt tamen iſta quæſtio diffuſius examinetur, diſtinguẽdũ puto, quòd aut quærimus de penſione laico aſſignata: aut
1 quærimus de pẽſione aſſignata clerico. † Primò caſu vtique dicendum eſt, ꝙ ſi laico benemerito de eccleſia vniuerſali vel particulari aſſignata fuit, ꝙ fieri poteſt iuxta terminos in quibus conſuluit Oldra.in conſil.ſuo cexxvi. incip. quidam epiſcopus, dũmodo fiat in quantitate moderata: vt inquit idem Oldr.ibidem. ſiue aſſignetur penſio laico, ratione ſeruitij impẽſi vel impẽdẽdi, vtputa aduocato pro patrocinio & defenſione, iuxta tradita per doct.in cle.j.de reb.eccl.non alien. vel pro officio temporali, vt puta pro pulſandis campanis, claudendis foribus eccleſiæ, vel monaſterij, & iſto caſu dicendũ eſt per contractum matrimonij non extingui penſionẽ: & ita procedat doctrina Laur. & aliorum ſupra relata. & hanc opinionem inuenio tenuiſſe Guliel.in d.cle.j.de reb.eccl. nõ alien. quem refert & ſequitur ibidem Imol.col.vj.in verſ. Sed nunquid aduocatus, vbi cõcludit, ꝙ ſi aduocato aſſignata ſit pẽſio in fructibus decimarum vel aliorũ bonorum eccleſiaſticorum, per ſuperuenientiã cõiugis eã non amittet: quia non fuit ſibi aſſignata in titulum beneficij. allegat text.in c.poſſeſsiones.xvj.q.j.& tex.in c.quicunq;.

xij.

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



xij.q.ij.& iſtã concluſionẽ tenuit Cardi.in d.cle.j. de reb.
2 eccl.non alienan.q.xviij.†Quinimo talis penſio reuocari
non poterit per ſucceſſorem illius monaſterij,ſuper cuius
bonis fuit aſſignata,ita cõcludunt Doctores in locis ſupra
allegatis.faciunt quæ tradunt Doct.poſt Bart.in l.cũ quid.
ff.ſi certum pet.& dixi latè infrà q.lxviij .Verum eſt quòd
penſio aſſignata aduocato pro patrocinio & defenſione
præſtandis in cauſis illius monaſterij , ſuper cuius bonis
fuit aſſignata , & aduocatus ille inſufficiens poſtmodum
reperiretur ad patrocinium præſtandum,tali caſu nõ ſo-
lum per ſucceſſorem,ſed etiam per illum qui penſionem
prędictam aſſignauit,poterit ei adimi ipſa penſio,vt con-
cludit Bar.in l.cùm quid.in fi.ff.ſi cert.pet.Aut fuit penſio
aſſignata clerico & tunc eſt diſtinguendum , quòd aut
fuit aſſignata ſimplici clerico,aut aſsignata fuit clerico in
3 ſacris conſtituto.†Primò caſu quãdo fuit aſsignata cleri-
co conſtituto in minoribus ordinibus , dicendum erit q̃
ſi ſit aſsignata pro ſeruitio, vel officio temporali , vtputa
vt ſit campanarius,vel eccleſiæ cuſtos & ſimilia , & tũc di-
cendum erit , quòd per contractum matrimonij penſio
non vacet,per not.per Laur.Card.& Imol.in d.clem. j.§.
an eadem.de ſupplen.negli.prælat.& in d.clem.j.de rebus
eccle.non alienan. & ſic iſto caſu idem erit quod in caſu
præcedenti.Eccleſia enim in tali caſu per coniugis ſuper-
uenientiam non fraudabitur ſeruitio eius,cui penſionem
aſsignauit:& idẽ erit quãdo ob benemerita fuit aſsigna-
ta penſio,per ſupradicta.Adde quòd iſto caſu procedunt
dicta per R.Gomeſium Rotæ auditorẽ, in cõmento reg.
Cancel.de anna.poſ.q.xxj.vbi dixit per contractũ matri-
4 monij penſionẽ nõ vacare.†Aut talis penſio fuit aſsigna-
ta clerico nõ in titulũ beneficij,ſed loco beneficij,vt puta
quando clericus reſignauit beneficium,vel ceſsit iuribus,
quę in beneficio habebat,& obtinuit ſibi ſuper illius fru-
ctibus reſeruari annuam penſionem , ne ex reſignatione
aut ceſsione huiuſmodi nimium diſpendium pateretur:
vel Papa alicui clerico motu proprio ſuper fructibus be-
neficij penſionẽ reſeruauit,vt ille cõmodius ſuſtentari va-
leat:& iſto caſu pẽſio per cõtractũ matrimonij extingui-
tur:quia clericus in minoribus cõſtitutus deſinit eſſe cleri
cus,& priuilegiũ clericale amittit in omnibus præterquã





in duobus,de quibus in cap.j.de cler. coniug.in vj.videtur
enim tali caſu penſio loco beneficij ſubrogata.Nec eſt du-
bium,quòd ſubrogatũ naturã ſapiat eius,in cuius locum
ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.Bald.
in l.parabolani.C.de epiſc.&cler.& ita ſenſit etiam Cac-
cialupus in tractatu ſuo penſio. q. xxx.& vlt.in verſic. Et
pro declaratione materiæ. & iſtam partem amplectitur
Curia Romana:& mihi in facto accidit : quia poſtquam
matrimoniũ contraxi,amiſi quaſdam penſiones mihi tũc
vti clerico in minoribus conſtituto,per fœlic.record. Cle-
mentem ſeptimum reſeruatas. Quãdo autem appareret
ex tenore literarũ aſſignationis talis pẽnſionis,quòd Papa
voluerit illam penſionem durare toto tempore vitæ pen-
ſionarij,etiam ſi vt laicus in poſterũ ſe haberet:tunc eſſet
ſecus dicendum.ad quod vide Caccialup. in prædicto ſuo
5 tract.q.xxx.†Aut penſio erat aſſignata clerico in titulum
beneficij:iuxta not.in c.conquerente.de cler. non reſiden.
& tunc idem dicendum eſt,quòd penſio vacet per contra
ctum matrimonij.c.quod à te.de cleri.coniug.Laurentius
tamen dicebat,quòd beneficium ſimplex aſſignatũ, etiam
in titulum clerico pro patrocinio præſtando , non vaca-
bat per contractum matrimonij,dummodo non fieret bi-
gamus,& aliàs clericaliter viueret. Sed eius opinionẽ re-
probat Card.in d.cle.j.q.xviij.de reb.eccl.non alien. Tali
enim caſu penſio dicitur,& eſt eccleſiaſticum beneficium:
vt dictum fuit ſuprà q.j.hinc eſt , quòd contracto matri-
monio vacabit:vt per Doct.in c.j.de cler. coniug. in vj.vbi
dicunt,quòd clericus matrimoniũ contrahens,facit actum
contrarium clericatui.& propterea videtur renuntiare be
neficio : & illud habere pro derelicto. argu. tex.in cap.
tranſmiſſam.de renun. & cap.cum renuntiatur. xxxij. q. j.
6 idem dicit Abb.in conſi. lxxiiij.in ij.volum.†Aut ſumus in
clerico in ſacris ordinibus cõſtituto matrimoniũ de facto
contrahente,& tunc ſi talis clericus habebat penſionẽ in-
titulatam,quæ eſt beneficiũ,& illa erit ipſo iure priuatus
ſecundum opinionem Ioan.Andr.in d.c.j.de cleri coniug.
Secundum verò opinionem gl.in d.c.j. erit priuandus per
ſententiã:cuius opinionem tenuit Idem Ioã.And.ſibi cõ-
trarius in c.Ioannes,eo.tit.quem ſequuntur Imol. Butr.&
Pet.de Anch.in d.c.j. Aut talis clericus habebât penſionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



non intitulatam:& tunc ſi illã habebat propter eius bene
merita,vel pro præſtãdo patrocinio : quia erat doctor,&
tali caſu penſio non extinguetur ex cõtractu matrimonij,
per ſupradicta in ſimplici clerico. Aut obtinebat penſio-
nem ſibi aſſignatã ſuper beneficio, quod reſignauit vel ex
eo,quòd ceſſit iuribus ſuis,vel liti & cauſæ , vt ſit tota dic.
& eo caſu,ex quo matrimonium non tenuit, & talis coga
tur vxorem dimittere, nec propterea efficiatur laicus:ſed
remaneat illa qualitas clericalis & ſacerdotalis : vt per
Doc.in d.c.j.de cler.coniug. in vj.Ideò videtur decidi poſſe
quòd penſionem non amittat : quia non præſtat impedi-
mentum,quod de iure nõ ſortitur effectum.c. nõ præſtat.
de reg.iu.in vj.cogita tamen quia malo probabiliter dubi
tare,quam temerè diffinire. Intellige ſanè prædicta , vbi
cunque dixi penſionem extingui per contractum matri-
monij,vt procedant quando matrimoniũ contractum fuit
per verba de præſenti : ita concludunt Domini de Rota,
deciſ. ccccixxxj. in antiquis. & deciſ. xxvj. in nouis. inci-
piente ſi impetratur : vbi concludunt , quòd impetrans
beneficium vacans per contractum matrimonij , debet
probare cõtractum per verba de præſenti , nec requiritur
probatio conſummationis matrimonij : tunc enim quan-
do clericus matrimonium contrahit,exercet actum cleri-
catui contrarium.ideò beneficio renuntiaſſe dicitur.& il-
lud habuiſſe pro derelicto.arg. c.transmiſſam. de renun.
& c.cum renunciatur. xxxij. q.j. & ita dixit Abb. in ſupra
allegato conſi.ſuo lxxiiij.in ij.vol.& ita concludunt omnes
Doct.in d.c.j. de cler. coniug. & Domi. & alij in c.j.eod.
7 tit.in vj. † Si autem clericus contrahat ſponſalia de futu-
ro,tunc penſio non extinguitur ,cùm eo caſu beneficia nõ
vacant.ita concludit Rot.deciſ.prædicta. & doct. in d.c.j.
& adducunt rationem:quia ſicuti per adeptionem ſecun-
di beneficij non vacat primum , niſi quis plenè ſit tranſla-
tus ad ſecundum:vt in c.in cunctis.de elect. & in c.cõmiſ-
ſa.eo.titu.in vj.ita per contractum ſponſaliorum, cum eo
caſu non ſit plenè tranſlatus , facitq; quia ſponſa propriè
non eſt vxor,ſed promiſſa , vt notatur in rubr. de ſponſal.
ad idem facit tex.in l.ea quæ.ff.de manu.vbi dicitur quod
mulier,quæ tantum ſpõſalia contraxit , domicilium mu-
8 taſſe non dicetur.† An autem clericus qui matrimonium

con



contraxit,& propterea penſionem perdidit , illam recu-
peret,ſi ſponſa antequam ab eo carnaliter cognoſcetur
ingrediatur religionem : & dicendum eſt quòd non argu-
mento eorum quæ dicunt doctores in d. c.j. de cleri.con-
iugat.vbi Abb. in ij.colũ. verſic. Sed dubitatur.& in dicto
c.j.eo.tit.lib.vj.Vbi dicunt,quòd tali caſu clericus non re-
cuperat beneficia:quia ius ſemel extinctum nunquam re-
uiuiſcit,licet eſſet cauſa extinguens.c.quam periculoſum.
9 vij.q.j.& cap.quæris.de conſecratio. diſtinct. iiij. † Quid
autem dicendum ſit , quando matrimonium contractum
per clericum non tenuit,an penſio extinguatur recurren-
dum eſt ad pulchram diſtinctionem Ioan. And.in c.Ioan-
nes.de cleri.coniug.col.penul.verſic.de ſecundo cum quæ
ris.vbi quærit an clericus contrahens matrimonium quod
non tenuit ſit priuatus beneficio : & diſtinguit quod aut
matrimonium eſt ob defectũ conſenſus,& non tenuit,aut
ob aliam cauſam.& ſi ob aliam cauſam an ſolùm propter
ordines clerici,aut propter aliud impedimentum. Primò
caſu aut defectus conſenſus proceſſit ex parte clerici con
trahentis,aut ex parte mulieris,cum qua contrahebat.Et
vtroque caſu ſubdiſtinguit , quòd aut defectus conſenſus
procedebat ab ætate,aut à furore,aut à metu illato, ſi ab
ætate,vt quia clericus minor annis quindecim beneficia-
tus matrimoniũ cõtraxiit per verba de præſenti,& eo caſu
cũ iuris interpretatione intelligantur ſola ſpõſalia de fu-
turo,cap.vnico. de ſpoſa. impub. lib. vj. & iſto caſu dicit
Ioan.Andr. beneficia non vacare : & idem ſit ſi defectus
ætatis erat ex parte mulieris , ſicuti enim per promiſſioné
quam faceret de profitendo ipſius beneficia non vacarét,
niſi tacita vel expreſſa profeſſio interuenerit. cap. benefi-
cium.de regu.in vj.Et ſicuti per acceptionem ſecundi be-
neficij curati non vacat primum etiam curatum , niſi ſe-
quatur poſſeſſio vel per ipſum ſtet quominus illam conſe-
quatur.c.licet.de præbend.in vj. ſic per ſolam promiſſio-
nem de matrimonio contrahendo dicit Ioan.Andr. dicta
beneficia vacare.Aut defectus conſenſus procedebat a fu-
rore:& tunc ſi à clerico furor procedit , & eſt expeditum,
quòd beneficia nõ vacant:quia etiam tunc profitendo,nõ
obligaretur.c.ſicut.de regu.c.dilectus de ſponſ. talis enim
non poteſt etiam teſtari.c. fin.de ſucceſ. ab inteſt. l.furio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſum.C.qui teſtam.face.poſ.l.in diuerſa.ff.de teſtam. cum ſimilibus.Nec collatio beneficij facta furioſo cótinuo furore agitato valet:imo pro non facta habetur:ſecus quãdo habet dilucida interualla,vt per Bonifac.in Clemen.j.
10 de homic.colum.vj.numero 57.& numero.58.† Si autem defectus conſenſus procedebat à furore mulieris:eo caſu dicit Ioan.And.licet non ſit verè matrimonium:nec etiam inducat publicam honeſtatem.c.vnico.de ſponſa.in vj.tamen dicit quòd videtur,quòd iſto caſu clericus perdat beneficia:quia ipſe tali caſu videtur feciſſe quod potuit, ſubdens quòd æquius eſt dicere , quòd beneficia non perdat ſicuti ſi contraxiſſet cum imagine quadam vel dormiẽte. Aut matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus metu præſtiti , qui in conſtantem cadere poterat : & tunc idem dicendum erit quòd beneficia non amittat. allegat
11 text.in c.veniens.& in c.id quod.quod met. cau.† Quando autem matrimonium tenet ex conſenſu valet,non autem ob aliam cauſam,vt puta propter ordines ſacros cõtrahentis:& tunc dicit , quòd clericus perdere debet beneficia:& iſto caſu dici poſſet , quod perderet etiam penſionem,licet penſio non ſit beneficium : tamen cogitandum relinquo , vt ſupra dixi. Aut matrimonium non tenuit quia contractum fuit cum conſanguinea,& tunc clericus perdit beneficia:quia apparet quòd voluit omnino mutare vitam ſuam,& fecit quantũ in ſe fuit,vt cõtraheret.ita dicit Ioan. Andr. quem ſequitur Barba. in conſilio xj.in j.volumine. colum. vltim. in prin. & dictum Ioan.Andr.ſequitur Abb. in capitu. primo.de cleri. coniugat.colum.ij.& Imol.in d.c.Ioannes.colum.peuulti. verſicul.viij.tangit , & ibidem Cardina. colum. penulti. quæſtio.xj. & Petr. de Ancha. colum. vlti. Ex qua diſtinctione,facilè poſſumus decidere,quid dicendum ſit in penſione ſtante ſtilo Curiæ , quòd eo modo quo vacat beneficium per contractum matrimonij , extinguatur penſio.
12 †An autem in caſibus in quibus dictum fuit ſupra , quòd penſio extinguitur per contractum matrimonij,Papa diſpenſare poſſit,quòd penſio non extinguatur. Decidi poſſe hoc videtur ex diſtinctione & doctrina tradita per Ioan.de Imol.in c.diuerſis.colum.ij.verſi. Sed aduerte,de cleri.coniugat.& per Doct.in d.c.j.eodem titu.vbi deciditur



tur an clericus coniugatus diſpenſari poſſit, vt matrimonio non obſtante, beneficium habere poſſit:& eſt clarum quòd Papa talem diſpenſationem facere poterit cum penſionario.

## Penſio an extinguatur ſi penſionarius fiat miles.

QVAESTIO LV.

1 *Clericus factus miles ſeculi,deſinit eſſe miles Dei.*
2 *Clericus militans an beneficium amittat.*
3 *Clericus militans , & enormibus ſe immiſcens , ſi monitus non deſiſtat,perdit priuilegium clericale.*
4 *Penſio regulariter per militiam non perditur.*
5 *Penſio quæ datur loco beneficii, quando per militiam perdatur.*

QVinquageſimo quintò quæro , ſi penſionarius miles fiat,vtrum penſio extinguatur. Iſta quæſtio intelligenda eſt in clerico , non in laico. Nam in penſione aſſignata laico eſt expeditum , quòd per militiam non extinguitur,quò autem ad clericum , Ioan.an.in c. fin.de
1 cler.coniu.†dicit , quòd clericus factus miles ſeculi , deſinit eſſe miles Dei.& eum ibidem ſequuntur Doct.& propterea videntur ſentire quòd talis perdat beneficia.Idem
2 ſentit ibidem Card.ſubdens,quòd videtur dicẽdũ,† quòd ſicuti per matrimonium,ita per militiam,clericus beneficium perdat,cũ per aſſumptioné armatæ militiæ clericali renuntiare videtur:ſicuti quando matrimonium contrahit d.c.j.de cleri.coniugat.Iuncto.d.c.fi.facit gl.in c.qualiter.in gl.j.de cleri.non reſidẽ.vbi glo. coniugium & militiam æquiparat.idem dicit Cópoſt.in c j. col.iij.verſ.ſed de milite.de reg.iur.Idẽ voluit Barbatias, in cóſi.x 1.col.fi.in j.vol.verſ.præterea facit:allegat glo.in c.fi.de cleri.non reſid.& Lauren.in c. ex tunc.eo.tit.& dicit quòd eſt communis opinio ſecundum Imol.in d.c. fi. Florianus autẽ in d.c.fi.contrarium tenuit, quòd imo clericus militans beneficium non amittat:quia in iure hoc non eſt ſancitũ, dicit enim in iure longam eſſe differentiam hoc caſu inter matrimonium & malitiã:quia in matrimonio quis ab eo recedere non poteſt , & redire ad vitam clericalem & ordines.Sed ſi clericus miles fiat,poteſt pœnitere , & habitum clericalẽ reaſumere,& ideò dicit,quòd videtur,quòd cleri

Universidad de Deusto
Biblioteca



eus tali caſu beneficium non perdat:ſicuti nec contrahens
ſponſalia,vt fuit dictum in proxima præced.q.Imo.autem
in d.c.ſi.dicit,quòd opin.Floria.procedere poſſet,quando
clericus,licet ſit factus miles,non immiſcet ſe negotiis ſe-
cularibus ſeu militaribus : & ſic videtur ſentire : quòd ſi
clericus immiſceat ſe negotiis militaribus miles factus be
neficium amittat. Quid dicemus in pēſione? dicerē quòd
ſi penſio fuit ei aſsignata,non in titulū beneficij, quòd eo
caſu illā non amittat per militiā etiā ſi ſe immiſceat enor-
mibus,dum tamen non fuerit monitus.† Quia ſi eſſet mo-
nitus,vt à militia deſiſteret, & à commiſtione enormium
ſe abſtineret,& id non faceret:eo caſu perdit priuilegium
clericale:vt per doct.in c.ſicut te.vbi Abb. col. j. verſicu. ſi
verò.extra ne cleri.vel mona.& per Cepolam. conſil. ſuo
xj.incipien.caſus talis eſt: Aloyſius. ideò tali caſu putarem
ipſum perdere etiam penſionem,ſicuti ſupradictum fuit,
de eo qui matrimonium contraxit,in proxima præceden-
4 ti.q. † Quod autem per militiam regulariter penſio non
amittatur,tenuit Laurē. Cardi. & Imo. in cle. j. §. ea,de
ſupp.negli.prælat.vbi concludunt, quòd quādo penſio eſt
aſsignata clerico pro tēporali ſeruitio,ſeu officio iam im
penſo,vel impendendo,tūc nō extinguatur per militiā:ſe
cus ſi fuit aſsignata penſio in titulū beneficij.Nam cum eo
caſu propriè beneficiū ſit, vt dictū fuit ſuprà q.j.& not.in
c.conquerente.de cleri.nō reſid.vacat eo modo,quò dictū
fuit ſupra in iſta vltima cōcluſione,quòd per militiā pēſio
non extinguatur.reſidet ſimpliciter Caccialupus in tract.
ſuo de penſ.q.xv.ſequēdo opinionē Laur.Card.& Imo.in
ſupra allegatis locis.† Notandum tamen eſt quod eo caſu,
5 quo dixi per militiā penſionem extingui, intelligēdum eſt
de penſione quæ datur loco beneficij,vt puta quādo reſer
uata fuit illi qui beneficiū dimiſit,vel iura ſua ceſsit,vt di-
ctū fuit in proxima præcedenti q.de clerico qui matrimo
niū contraxit.in verſi.aut ſumus in clerico in ſacris : & in
verſic.aut fuit penſio aſignata.Secus autem eſſet dicendū
in penſione aſsignata pro ſeruitio impenſo, vel impenden
do:quo caſu procedant dicta per doct.in d.cle.j.§.eadem.

## Penſio an extinguatur per promotionem ad epiſcopatum.





QVAESTIO LVI.

1 *Penſio aſsignata pro ſeruitio impenſo, vel impendendo, non va-
cat per promotionem in epiſcopum.*
2 *Penſio aſsignata ex cauſa reſignationis vacat per promotionem
ad epiſcopatum.*
3 *Beneficia conſecrati in Epiſcopum per munus conſecrationis va-
cant.*
4 *Beneficia promoti ad epiſcopatum vacant, lapſo termino ad pe-
tendam conſecrationem.*
5 *Penſio an vacet per promotionem in Abbatem.*

QVinquageſimoſextò quæro, quando penſionarius
in epiſcopum conſecratur, an penſio quæ fuerat
ſibi reſeruata ſuper fructibus, redditibus, & prouenti-
bus alicuius beneficij eccleſiaſtici, ante eius promotio-
nem ad epiſcopatum extinguatur. In hac q. Laurent.in
Clemen.j.§.eadem.de ſupp.negli.prælat. quem refert, &
ſequitur ibi Card.tenuit penſionem non extingui,quādo
penſio non eſt beneficiū eccleſiaſticū,ſed ſolum pro tem-
porali commodo aſſignata.& Cardi.ibi q.iiij.remittit ſe
ad Hoſtien.in ſumma de vita & honeſt.cleri.& de cleric.
non reſi.& ita tenuit Caccialup.ſolemnis doctor, in tract.
ſuo penſ.q.xv.allegans Butriū idem tenere in d.cle.j.§.ea-
dem.& Imol.ibidem, qui tamen Imol.hanc q.non ponit,
ſed ſolùm quærit,nūquid penſio vacet,ſi penſionarius fiat
miles,vel matrimonium contrahat?Quid tenendū in hac
q.in qua præfati docto.in ſicco (vt aiunt) pede, pertranſ-
1 eunt. ego pro reſolutione diſtinguendum puto, q. † aut
loquimur de penſione aſſignata pro ſeruitio impenſo,aut
impendendo, vtputa pro pulſando campanas: vel quid ſi-
mile : & tali caſu penſio per conſecrationē in epiſcopum
non valet : & ita procedat opinio Lauren. Cardin.Butr.&
2 Caccialupi, ſupra relata.† Aut loquimur in penſione aſ-
ſignata alicui clerico ex cauſa reſignationis, vtputa, quia
habens beneficium illud renuntiauit in manibus Papæ, &
obtinuit ſibi reſeruari ſuper illius fructibus annuā pen-
ſionē:vel ceſſit iuri liti,& cauſæ, litigans ſuper aliquo be-
neficio ad fauorem colligantis, obtinendo ne ex ceſſione
huiuſmodi, nimium diſpendium patiatur ſibi penſionem
ſuper illius fructibus aſſignari: quo caſu non eſt dubium,

Universidad de Deusto Biblioteca



quòd penſio videtur ſuccedere loco beneficij : & iſto caſu puto penſionem extingui, per munus conſecrationis.
3 † Et moueor tali caſu vacant beneficia conſecrati. tex. eſt in c. cum in cunctis. §. cum verò. de elec. & ibi latiſſimè per doct. & conferri poſſunt per eum, ad quem eorum collatio ſpectat, vt dicit ibi text. imo tali caſu beneficia dicuntur ipſo iure vacare, vt tenuit Abb. in d. §. cum verò. In vlti. col. & idē Abb. conſi. c I. Cald. conſi. j. de transla. prælato. dicit tamē Abb. ibidem quod curia Romana ſtatim, quod aliquis fuit denominatus per Papam in epiſcopum, immediatè confert illius beneficia tanquam vacantia, non
4 expectata conſecratione. † Sciendum tamen eſt, quòd licet beneficia promoti ad epiſcopatū de iure non vacent, niſi ſecuta conſecratione, tamen lapſo termino triū menſium electo aſſignato ad petendā conſecrationem, etiam quòd conſecratus non ſit, beneficia vacant: vt dicit tex. in d. c. cū in cunctis. §. cum verò: vbi Abb. in ij. col. verſicu. in gloſ. in verbo decurſo. de elect. & per Oldra. conſi. ſuo xiiij. incip. cū quæritur an beneficia. Hoſtien. in ſumma. de election. §. quo tempore. verſic. quid autem. & per Ioan. Franc. Pauinū audit. Rotæ, in tract. ſuo, de offic. & poteſt. capit. ſede vacante. q. ix. & licet penſio non ſit eccleſiaſticum beneficium: vt vidimus ſuprà q. j. tamen in caſibus præmiſſis beneficij loco ſuccedit, vt dixi ſuprà q. liiij. & iſtam opinio. amplectitur, vt audio, Romana curia, quòd ſicuti beneficia promoti ad epiſcopatum vacant: ita vacet penſio, niſi ei ſit à Papa indultum, quòd ſimul cum epiſcopatu quaſcunque annuas penſiones per antea ei aſſignatas ſuper fructibus beneficiorum retinere poſſit, vt ſæpe factum vi-
5 di. † Quid autem ſit dicendum in promoto ad aliquam Abbatiam? Oldr. in conſi. ſuo XIIII. ſupra allegato conſulendo decidit, quòd eius beneficia dicantur vacare poſt adeptam pacificam poſſeſſionem Abbatiæ, licet nondum ſit in Abbatem benedictus, idem voluit Pauinus in ſupra allegato tract. ſuo, col. iij. verſ. & dicitur etiam ſedes. Ideò idem erit in penſione ſibi reſeruata ante eius promotionem ex cauſis ſupradictis.

## Penſio an extinguatur per ingreſſum religionis.

QVAEST



## QVAESTIO LVII.

1 *Penſio vſufructui comparatur.*
2 *Vſuſructus non extinguitur, per ingreſſum religionis.*
3 *Vſuſructus quem pater habet in bonis aduentitiis filij, an extinguatur per religionis ingreſſum.*
4 *Feudum per ingreſſum religionis, an tranſeat in monaſterium, vel vacet.*
5 *Ius patronatus tranſit in monaſterium, ſi patronus religionem ingreditur.*
*Beneficia ingreſſi religionem facta profeſſione vacent.*
6 *Penſio venit appellatione beneficij largè ſumpto vocabulo.*
7 *Minor ingrediens religionem, non amittit penſionem, niſi adueniente maiori ætate & facta profeſſione.*
8 *Penſio quo caſu vacet quando maior annorum xiiij. religionem ingreditur.*
9 *Vſuſructus fauore religionis in monaſterium tranſit.*
10 *Monaſterium loco filij habetur.*

QVinquageſimoſeptimò quæro, an penſio extinguatur, ſi penſionarius religionem ingrediatur. In iſta q. dicendum videtur penſionem non extingui: quia, vt vi-
1 dimus ſuprà q. j. † Penſio vſufructui comparari videtur: &
2 dixi ſuprà q. lij. in verſi. tertiò moueor. † Vſufructuarius autem, ſi religionem ingrediatur, non propterea vſufructus extinguitur, ſed percipitur à monaſterio in quo quis eſt ingreſſus, donec ipſe vſufructuarius monaſterium in-
3 greſſus vixerit. Ita tenuit Bart. in authent. ingreſſi. in j. lectu. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. idem tenet Specu. in tit. de ſtatu mona. §. j. q. xlvj. gloſ. Bart. & docto. in auth. idem eſt. C. de bon. quę liber. Imol. in l. cum filio, de leg. j. Aluer. in c. qui clericus. & ibi Bald. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dominum & agnat. Decius in c. in præſentia. column. xxxiij. in fine: & col. xxxiiij. de probat. vbi dicit iſtam eſſe communem opinio. idem tenet Innoc. in d. c. in præſentia. circa fin. & glo. in c. ſi qua mulier. xix. q. vlti. Idem tenet D. Roſel. de Aret. in ſua eleganti repeti. d. authent. ingreſſi. in verſic. Item quæro. Aliquis habens. & Guido Papæ in ſuis deciſ. deciſio. CCCCXCV. & deciſione CCCCLXXVII. in fin. Et Petr. de Bellaper. in tracta. ſuo feudali, in titu. qualiter perdatur feud. per clericatum, & iſta

Universidad de Deusto
Biblioteca



concluſio procedit in vſufructu aliunde quæſito quàm
3 ex bonis aduentitiis.† Quid autem ſit in patre habente
vſumfructum in bonis aduẽtitiis quæſitis per filiũ. Vide
docto. in locis ſupra allegatis, & præceptorem meum Do.
Hippo. Marſilien. in ſingul. ſuo DCXLVIII. Secundò facit
pro iſta opinione, quia cum feudum ſit beneficiũ, prout
beneficium eſt beneuola actio, gaudiũ tribuens capiẽti,
vt per feudiſtas in præl. feud. eodẽ modo penſio bene-
4 ficiũ dicitur, vt habetur ſ. q. xxviij.† Feudatarius autem
ſi ingrediatur religionem, licet regulariter feudum non
tranſeat in monaſteriũ, cum beneficiũ ad eum non perti-
neat, qui officiũ gerere nõ debet. c. j. de vaſal. mil. qui arm.
bellic. depoſ. ad idẽ eſt tex. in c. qui clericus. ſi de feud. fuer.
contro. inter domi. & agnat. & habetur per Bart. in l. fini-
ta. §. ſi de vectigali. col. ij. ff. de dam. inf. & Alex. conſil. x. in
v. volu. incip. viſo inſtru. col. j. Bald. in l. Deo nobis. verſi. iiij.
not. C. de epiſ. & cleri. Petr. de Bellapert. in ſuo tract. feud.
in tit. qualiter perdatur feudum per clericatũ. & latè per
Pariſium. in ca. in præſentia. col. lxxij. & col. lxxiij. de pro-
bat. Tamen iſta regula fallit, quãdo feudũ eſſet tale, quod
ſeruitium, quod pro eo præſtandũ eſt, præſtari poſſet per
monaſterium: Ita tenet Cyn. in d. authen. ingreſſi. & Inn.
Ioan. And. Abb. & alij, in c. in præſentia. de probat. Cald.
conſil. ij. de feud. & Decius qui plures citat docto. in d. c. in
præſentia. col. antepen. idem erit in feudo, de quo fœmina
eſſet inueſtita, & in feudo franco: vt per Alexand. in d. ſuo
conſil. x. col. iij. & per Decium in d. c. in præſentia. col. pe-
nulti. qui allegat Bald. in l. ſi plures, colum. ij. C. de condi.
inſert. & alios plures. Idem tenuit Brunus, in conſil. ſuo
5 XVI.† Tertiò pro iſta opinione facit: quia ſi habens iuſ-
patronatus religionẽ profiteatur, iuſpatronatus in mo-
naſterium tranſit. ita concludit Lambertinus Epiſcopus
in ſuo copioſo tractatu de iure patrona. in ij. parte. in xxv.
articul. ſecundæ quæſtionis principalis. In contrarium,
quòd imo penſio extinguatur, ſi penſionarius religionem
ingrediatur, facit: quia ſi clericus beneficiatus religionem
ingreditur ſecuta profeſſione tacitè, vel expreſſè, eius be-
neficia vacant, & conferri poſſunt. tex. eſt in c. beneficium.
de regul. in vj. & ibi doct. & verbum beneficium, poſitũ in
illo tex. intelligitur largè de quocũque beneficio, vt di-
cunt



6 cunt ibi Ioan. Andr. Domi. & Franchus. in princip.† Con-
ſtat autem quòd lato ſumpto vocabulo, beneficij appella
tione, venit etiam penſio, vt vidimus ſuprà q. xxviij. ergo
idem videtur dicendum de pẽſione. Faciũt dicta ſuprà q.
liiij. vbi vidimus, an per contractum matrimonij, penſio
vacet, & dicta in q. proxima præcedenti: & iſta videtur ve-
rior ſententia, pro qua facit, quia penſio eſt quædam ſer-
uitus beneficio: in hac tamen q. puto eſſe conſiderandos
7 plures caſus: primò quid dicendum ſit† in penſione reſer-
uata minori anno xv. Nam ſuprà q. xiij. vidimus q. penſio
reſeruari poteſt alicui etiam in ſeptennio, poſtquàm in
clericum ordinatus fuerit: & iſto caſu dicendum eſt, quòd
ex quo ante legitimam ætatem talis non obligatur reli-
gioni, quamuis illam ingrediatur. c. j. de regu. c. ij. eod. tit.
& c. ad noſtram. ad idem eſt text. in d. c. de regu. in vj. &
propterea non amitteret beneficia cum cura, & ſine cu-
ra, quæ obtineret: quòd etiam penſionem non perdat, niſi
poſtquàm legitimè ætatis factus, profeſſionem tacitè vel
expreſſe emiſerit. d. c. j. de reg. in vj. facit tex. in c. j. de vot.
in vj. Retinebit igitur penſionẽ donec profeſſionem taci-
tam, vel expreſſam emiſerit, nõ obſtãte religionis ingreſ-
ſu, prout de beneficio dicitur in d. c. j. de regul. in vj. facta
autem profeſſione penſio extinguetur, niſi ſuper ea fuerit
8 à Papa diſpenſatus, quoad illam retinere poſſit.† Aut lo-
quimur in pẽſione reſeruata maiori, & eo caſu, ſi penſio-
narius maior annis quatuordecim, religionẽ ingrediatur,
& habitum aſſumat: eo caſu cum intrà probationis annũ
retineat etiã beneficiũ regulariter. d. c. beneficium. idem
dicendum erit de penſione, niſi cõſtet quòd vitam volue-
rit expreſſè mutare, vel ante probationis annũ, profeſſio-
nem expreſſe fecerit: ſiue ſcienter habitum profeſſorum
aſſumpſerit, quibus caſibus etiam non completo proba-
tionis anno beneficia ingreſſi religionem vacant, & con-
ferri poſſunt. vt eſt text. apertus in d. c. beneficium, & ibi
9 omnes Doct. de reg. in vj.† Nec obſtant adducta ſupra in
contrarium dum dictum fuit, quòd ſi vſufructuarius reli-
gionẽ ingreditur, quòd vſusfructus trãſit in monaſteriũ:
quia ſpeciale eſt fauore religionis, vt vſusfructus tranſeat
in monaſteriũ, & à perſona vſufructuarij recedat, & tamẽ
non extinguatur: arg. text. in l. ſunt perſonæ. ff. de relig.
&

Universidad de Deusto
Biblioteca



& ſump.ſune.iſta reſpõſione vtitur do. Roſellus de Aret. in repet.d.authent.ingreſſi.in verſic.Item quæro aliquis. Penſio auté non poteſt ſeparari à perſona penſionarij, & in monaſteriũ tranſire ſine autoritate Papæ. faciũt dicta ſuprà q.v. & q.vj. Ideò de penſionario in monaſteriũ non
10 tranſit.† Ad illud quod dicitur de feudo quod in monaſteriũ tráſeat in caſibus ſupradictis, reſpõdetur quod monaſterium habetur loco filij.ca.in præſentia.de probat.& ibi doct.& habetur per doct.in d.authent. Ingreſſi. feudũ autem in filium tranſit.c.j. in princi.de ſucceſ. feud.c.j.de ſucceſ.fratr.& grad.ſuccedentium in feud.Igitur non erit mirum, ſi feudũ in monaſteriũ tranſeat. Penſio autem de patre in filium nullo modo ex ſucceſſione tranſire poteſt, cũ extinguatur morte penſionarij, qui ſtatim quòd monaſterium ingreditur, & profitetur religionem, pro mortuo habetur.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.ij.q.j.c.placuit. §.illud. in authent.de monach.ex iſta reſpõſione euacuatur etiam tertium fundamentum ſupra adductũ, de iure patro.Erit ergo ex prædictis concluſio, quòd penſionario religionem ingrediẽte, & profeſſionem tacitè vel expreſſè emittente penſio extinguetur, & beneficium illius onere grauatum erit liberum à ſeruitute penſionis ſoluendæ.

## Regula Cancellariæ de viginti diebus an locum habeat in penſione.

### QVAESTIO LVIII.

1 *Regula prædicta locum habet in penſione conſueta aſſignari pro beneficio.*
2 *Stilus curiæ, ius facit.*
3 *Curia Romana tanquam magiſtra, eſt ab omnibus ſequenda.*
4 *Stilus curiæ & mos iudiciorum ſeruari debet, ſicuti lex.*
5 *Penſio æquiparatur contractibus profanis.*

QVINQVAGESIMOOCTAVÒ quæro: cautum eſt per regulam Cancellariæ, quòd ſi reſignans beneficium, non ſuperuiuat per dies viginti poſt reſignationem factam, quòd beneficium reſignatum intelligatur vacare per obitum, non autem per reſignationem. Quæritur quid dicendum erit in penſione, puta, quidam penſionarius habens autoritatem transferendi pẽſionem ſibi



ſibi aſſignatam in totum, vel in partem, in vnam, vel plures perſonas, vt concedi ſolet per Dominũ Papá, penſioné in Sempronium tráſtulit vigore facultatis ſibi conceſſæ, demum penſionarius transferens mortuus eſt ante dies
2 viginti: quæritur an valeat talis tráſlatio. † Circa hoc diſtingue, quòd aut loquimur in penſione cõſueta aſſignari in titulum beneficij eccleſiaſtici, iuxta notata per Doc. in c.conquerente.de cler.non reſiden.& tũc, quia illa eſt beneficium eccleſiaſticum: vt per Card.in cle. j. §. eadem.q. iiij.de ſupplen. negli. prælat. & dixi ſuprà q.j. & q. xxj.& xxviij. & tunc locum habebit dicta regula: aut loquimur in penſione non intitulata, ſed quę eſt quid merè temporale, de qua ſpecie penſionis propriè tractamus: & tunc dicendum eſt, quòd in ea locum non habeat dicta regula Cancellariæ, quæ loquitur de beneficiis eccleſiaſticis, quæ datur in titulum, quod patet manifeſtè, dũ loquitur de beneficiis reſignatis, & dum facit mentionem de permutatione. Igitur non comprehendit penſiones, quæ permutari non poſſunt cum beneficio eccleſiaſtico: vt vidimus latè ſuprà q.xxxiij. beneficiorum enim appellatione, propriè loquẽdo, penſiones non veniũt: vt latè dixi ſuprà q.xxviij.& penſio etiam laico aſſignari poteſt, vt dixi ſuprà q.xxj. Nec penſionarius officiũ dicere tenetur: vt diximus ſuprà q.xxx. Nec penſionarius tenetur ad reſidentiã, de quo ſuprà q. xxxj. Nec penſionarius poteſt aliquid facere incõpatibile ſub eodem tecto, de quo ſuprà q.xxxij. ex quibus apparet longè differre penſionem à beneficio. Ideò ſi penſionarius transferat in aliũ penſionẽ, & tranſlatione facta, & autorizata per habentem facultatem infra viginti dies, moriatur: tunc valet tráſlatio dicta regu-
2 la non obſtante. † Et ita ſtilus Curiæ obſeruat, quẽ ſequi debemus: quia ius facit, & pro lege ſeruatur. Spec.in tit. de teſte.§.publicatis.verſ.deinde. Idẽ Spec.in tit.de reſcri. c.præſentata.§.ratione formæ quoq;.in prin.& dicit Rota, deciſ. DCCX. in antiquis, quod ſtilus Curiæ, eſt quoddam ius, licet ex facto reſultet: eſt enim Curia Romana, tãquam magiſtra ab omnibus ſequenda. Specul.in tit. de app.§.de offi.verſ.vt autẽ. fundatur enim ſtilus Curiæ, & apoſtolicæ Cãcellariæ in iure cõmuni, vt inquit idẽ Spec. in tit.de reſcr.c.præſentata.§.ratione formæ quoq;. vide multa

multa notabilia quę de ſtilo Curię ſcribit Fel.in c.ex par-
3 te.in verſ.ſtilus.de reſcri.†Et dicit Laur.Calceanus in cõſ.
ſuo cxviii.incip.ſanctiſſimus,q̃ ſtilus Curiæ,& mos iudi-
ciorũ ita eſt ſeruãdus,ſicuti ſeruandæ ſunt leges ſcriptæ,
adeò q̃ ita iudex facit litem ſuam, iudicando cõtra ſtilũ:
ſicuti quando iudicat cõtra legem ſcriptam.alleg. Bal.in
l.iubemus.C.de iudi.Adde q̃ poſtquàm hæc ſcripſi,inue-
ni hoc idem tenuiſſe R.Pet.Ludouicum Gomes Hiſpanũ,
Rotæ auditorem in commento dictæ regu.q. xvj. vbi di-
xit,quòd regula locum nõ habet in penſione , præſertim
quia dicit ipſe,licet beneficium vacet propter crimen,ſe-
4 cus eſt in penſione cum penſio † æquiparatur contracti-
bus profanis.alleg.Roma.conſi. cccxxxix. col.iiij. ſed be-
neficia dicit æquiparari vltimis voluntatibus gl.fi.in c.j.de
conceſ.præbend.in vj. Qualiter autem intelligatur dicta
regula Cancellariæ,vide Decium conſil. ccxviii. in j. col.
in ij.vol.& dictum Ludouicum Gomes,in commento di-
ctæ regulæ,ſuper qua format quæſtiones xlj.

## Penſionarius, an pro rata penſionis teneatur contribuere ad ſolutionem decimæ Papalis.

### QVAESTIO LIX.

1 *Bellencinus fuit præceptor Felini.*
2 *Penſionarius tenetur pro rata penſionis ſoluere charitatiuum ſubſidium.*
3 *Beneficium ſemel decimatum,non debet iterum decimari.*
4 *Locator non tenetur ad ſoluendum gabellam pro penſione , ſi illam ſoluit conductor pro fructibus.*
5 *Rector beneficij qui decimam ſoluit, vtetur retentione pro portione penſionis.*
6 *Papa poteſt penſionarium priuilegiare,ne decimam ſoluere teneatur.*
7 *Penſionarius qui ſolum habet penſionem ducatorum ſeptem, de illa non tenetur ſoluere decimam.*
*Idem eſt in beneficio ducatorum ſeptem.*
8 *Penſionarius de penſione ſibi aſſignata ratione laborũ, vel obſequij præſtiti.vel præſtandi, decimam ſoluere non tenetur.*
9 *Penſionarius cui fuit aſſignata penſio exempta à decima , non cogitur illam ſoluere,etiam ſi dictum ſit quod non obſtantibus priuilegiis,decima ſoluatur.*





10 *Cardinalis nõ tenetur ad ſolutionẽ decimæ,niſi de eo dictũ ſit.*
11 *Cardinales non comprehenduntur in generali conſtitutione Papæ.*
12 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ.*
13 *Cardinales ſunt membra Papæ.*
14 *Regula Cancellariæ de exprimendo valore , Cardinales non comprehendit.*

QVinquageſimononò quæro, vtrum penſionarius
teneatur contribuere pro rata penſionis ad ſolu-
tionem decimæ Papalis impoſitæ ſuper fructibus benefi-
ciorum. Iſtam quæſtionem examinat Caccialupus tract.
ſuo de penſ.q.xvij.vbi dicit, quòd non meminit ſe legiſſe
eam tactam a doctoribus. Ego autem antequàm tracta-
tum hunc cœpiſſem ſcribere, & antequam vidiſſem tra-
1 ctatum Caccialupi,† inueni hãc quæſtionem tactam per
Bellencinum,qui fuit præceptor Triennalis Felini, vt ipſe
Feli.teſtatur.in c.ij.col.xiij.in fi.de reſcr.& ſic Bellencinus
fuit ante Caccialupum,quia Caccialupus,& Feli.fuerunt
cõtemporanei:& ego vidi plura conſilia Caccialupi,ſub-
ſcripta manu ipſius Felini:& iſtam quæſtionẽ tangit ipſe
Bellenc.in tract.ſuo,de ſubſid. charit. q.lxxv. vbi decidit,
quòd ſi habentes penſiones , habent illas in beneficium,
vel ex mera gratia,tũc teneatur ad decimam, & illius ſo-
lutionem.Si autem habeant penſiones,ex contractu con-
ductionis,vel ad firmam, vel ex cauſa emptionis fructuũ,
vel pro mercede,& remuneratione ſui laboris, tũc ſecus:
quia illi,quorũ eſt proprietas bonorũ, ſuper quibus pen-
ſiones ſoluũtur,decima ſoluere tenebuntur:alleg.glo.j.in
cle.ſi beneficiorũ.de decim.Et quòd penſionarius tenea-
tur pro rata penſionis ad ſoluendũ decimã Papalem,im-
poſitam ſuper fructibus beneficiorum:tenuit etiam idem
2 †Bellenc. in d.tract. ſuo.q.xxxvij.vbi etiam concludit , q̃
penſionarius teneatur etiam pro rata penſionis ad ſolu-
tionem charitatiui ſubſidij impoſiti per epiſcopum : de
quo articulo dixi ſuprà q.xxxix.& idem in decima Papali
tenuit Imol.in d.cle.ſi beneficiorum.col.j.verſic.iij.quæ-
rit gl.& eſt text.apertus in extrauag.Bonifacij octaui,quæ
incipit declarationes.in tit.de deci.quæ eſt inſerta in vol.
3 extrauag.commu.†Bene verum eſt,quòd ſi Rector bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ficij fuit grauatus ad ſoluendum integram decimã, tunc
pẽſionarius, qui habet pẽſionẽ ſibi reſeruatã ſuper fructi
bus illius beneficij,non poterit à collectore decimæ vlte-
rius moleſtari ad illius ſolutiònem:quia ſemel decimatũ
beneficiũ,vlterius decimari non debet:vt not.docto.in c.
tua.& in c.cum non ſit.de decim.ad idem faciunt not.in l.
quanquam.ff.ad l.falc.& in c.Rainutius.& in c.Rainald.de
teſta. vbi notatur quòd ſemel defalcatum pro legitima,
nõ debet iterũ cõputari in cumulo & detractione Tre-
bellianicæ,ad idem faciunt quæ voluit Bart.in l.fi.§.quo-
4 ties.ff.de publ.vbi Bart.decidit † q̃ ſi fundum locaui pro
centũ florenis,& colonus qui fructus percepit, ſoluat pro
illis gabellã,dominus pro penſione gabellam ſoluere nõ
tenetur,cum ſoluta fuerit de fructibus quorũ cõtempla-
tione penſio percipitur:præſertim quia non eſt dubium,
quòd propter gabellam minori pretio fuerũt fructus lo-
cati.Ad idem faciũt ea quæ voluit Inno.in c.fi.de decim.
vbi dixit,quòd ſi dominus, ad quẽ omnes fructus perue-
nerunt, ſoluerit pro illis decimam, ſi colonus partiarius
recipiat eius partem, decimam ſoluere non debet. Ad
quod vide quæ ponit Abb.in c.tua nobis.col.pen.in verſ.
5 †In gloſ.de decim.tamẽ rector beneficij,qui ſoluere pẽ-
ſionẽ tenetur, poterit vti retẽtione pro rata decimæ ſol-
uendæ per penſionariũ in ſolutione penſionis:argumen-
to eorum quæ not.Petr.quem refert Abb.in c.cum non.
col.j.verſi.vlt.not.de decim. Erit ergo concluſio,q̃ pẽſio-
narius pro rata pẽſionis decimã ſoluere tenebitur:quam
concluſionem ſenſit etiam Decius,conſi.clvi.incip.ſtatu-
tum cathedralis eccleſiæ. in j.volum. & Caccialupus in
præallegato ſuo tracta.d.q.xvij.vbi refert,quòd dominus
Nico.de caſtello aduocatus conſiſtorialis magnus practi-
6 cus,idem tenebat.†Iſtam concluſionem intellige nõ pro-
cedere in penſione reſeruata libera,& exempta ab omni
onere decimarum ſubſidij charitatiui,& quocunque alio
onere,& multoties fit:poteſt enim quis priuilegiari à Pa-
pa,ne ad ſolutionem decimæ teneatur.c.cum inſtãtia. de
cenſ.c.accedens.in verſi.niſi per ſpeciale priuilegium. de
præſcrip.& durabit tale priuilegium durante penſione ſi
nõ reuocetur:quia decet cõceſſum à principe priuilegium
eſſe manſurum.c.decet.de reg.iur.in vj.c.j.& ij.xxxv.q.ij.
faciunt



faciũt ea quæ voluit Bellenc.in d.trac.ſuo.de ſubſidio cha
ritatiuo.q.viij. vbi concludit, quòd Papa poteſt clericum
priuilegiare,vt non teneatur ad ſolutionẽ charitatiui ſub
ſidij,ſeu decimæ papalis: & ita quotidie fieri ſolet, nec
propterea diminuitur decima, quia illam integre ſoluere
tenetur Rector eccleſiæ grauatæ penſionis onere,qui illius
fructus percipit:iuxta notata in d.c.tua nobis. vbi Abb. &
7 Doct.& in c.cum non.de decim. † Secũdò limita ſupradi-
ctam concluſionẽ non procedere,quãdo penſio non exce-
deret ſummam ducatorum ſeptem quolibet anno,& pen-
ſionarius nullos alios eccleſiaſticos prouentus haberet,
præterquam prædictã penſionẽ.Nam eo caſu de tali pen-
ſione decimam ſoluere nõ tenetur,etiam ſi eſſet aſſignata
in titulum beneficij,iuxta not. per Abb. & alios in c. con-
querẽte.de ſuppl.negli.prælat.& in Clem.j.§.eadẽ.eod.tit.
text.eſt probans iſtam fallentiã in terminis.in d.extrauag.
Bonifacij viij.in §.ſeculares quoque cleri. vbi dicit text. ad
literam,quòd ſeculares clerici, quorũ eccleſiaſtici reddi-
tus ſummã ducatorũ ſeptem annuatim nõ excedunt,deci-
8 mam ſoluere non tenentur. † Tertiò limita concluſionem
prædictam non procedere in penſione alicui aſſignata,ob
remunerationem laborũ:vel obſequij aut ſeruitij præſtiti,
vel præſtandi:tunc enim penſionarius, de tali penſione ad
ſolutionem decimæ non tenetur:ſed is qui menſam, digni
tatem,aut beneficium,ſuper cuius fructibus penſio eſt im
poſita,tenet & poſſidet illam integraliter ſoluet.ita voluit
glo.not.in cle.ſi beneficiorum.in glo.in verbo ſi beneficio
rum,de decim. & ita tenet ibi Imo.& pro iſta limitatione
eſt tex.clarus & apertus in d. extrauaganti Bonifacij. viij.
in rub.de decim.in.§.ſi autẽ quis.in verſ. ſi autẽ perſonis.
9 †Quartò limita non procedere prædictam cõcluſionem,
etiam ſi Papa dediſſet autoritatem nuncio ſeu legato,vel
collectori apoſtolico exigendi, decimam ſuper fructibus,
redditibus,& prouentibus beneficiorum à quibuſcunque
perſonis,non obſtantibus quibuſcũque priuilegiis & gra-
tiis contrariis:nam vigore prædictæ facultatis, talis nun-
cius,legatus,vel collector apoſtolicus, cogere non poterit
ad ſoluendum decimã penſionariũ,cui aſſignata erat pen
ſio exempta à ſolutione decimarũ.Iſta limitatio probatur
ex doctrina Alex. in conſi.ſuo c x x. incip. viſo puncto.in

Universidad de Deusto
Biblioteca



iiij.volu.& Cardi. in conſil. c i i. in prin. in quibus locis
concludunt: quòd ſi fuerit conceſſum priuilegium per
Papã aliquibus monialibus ne teneantur ad aliquas col-
lectas, tale priuilegium reuocatum non cenſetur, ſi Pa-
pa autoritatem conceſſit nuncio legato, vel collectori ſuo
imponendi decimam ſeu collectam quibuſcunque, non
obſtantibus quibuſcunque priuilegiis & gratiis, etiam ſi
de eis eſſet facienda mentio ſpecialis. † Quintò limita
dictam concluſionem non procedere in Cardinali pen-
ſionario. Nam ſi Papa imponit decimam ſuper fructibus,
& redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis exigendam à
quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis, etiam ſuper pen-
ſionibus & nõ obſtãte quocũque priuilegio cõtrario: ta-
mẽ Cardinalis penſionarius ad ſolutionẽ decimę pro pẽ-
11 ſione non tenebitur. † Quia in generali cõſtitutione Papæ
ſi nõ fiat mẽtio de Cardinalibus, Cardinales nõ cõprehẽ
dũtur, etiã ſi cõſtitutio eſſet reuocatoria priuilegiorũ. Ita
concludit Io. Mona. quẽ ſequitur Ioã. And. ibi, in c. vnico.
de ſchiſmat. in vj. not. etiam in c. quia periculoſum. de ſẽ.
12 excommuni. in vj. & in c. nemo deinceps, de elec. † Sũt enim
Cardinales pars corporis Papæ, c. fœlicis. de pœnis. in vj,
& ibi not. Archi. & Io. And. idem not. in c. j. de offi. lega. in
vj. & not. idem Io. Mona. in d. c. j. de ſchiſma. in vj. & Io. de
Ligna. in c. ij. de cleri. nõ reſi. Hinc dixit notãter Hoſti. in c.
antiqua. de priui. quod licet Epiſcopi iurent fidelitatẽ Ro-
mano Pontifici. vt in c. Ego enim. de iureiuran. tamẽ Car-
dinales non iurãt fidelitatem Papæ tanquã inuiſcerati, &
pars corporis Papæ: & dixit Barba. in trac. ſuo de præ-
13 ſtan. Cardi. q. xij. in ij. col. in verſi. Quintò faciunt, † quòd
diſpoſitio quantucunque generalis, loquẽs in materia pro
hibitiua, Cardinales non cõprehendit, cum ſint mẽbra, &
pars corporis Papæ. d. c. fœlicis. de pœnis. in vj. alle. ad hoc
Barb. tex. in l. penul. C. de dona. inter vi. & vxo. vbi habetur
quòd licet iura in communi prohibeant dona. inter vir. &
vxo. locũ tamẽ nõ habẽt in Auguſtã: & ratio eſt: quia Au-
guſta eſt pars corporis imperatoris, vt Cardinales ſunt
pars corporis Papæ, & illa ratione cõſuluit Pet. de Anch.
14 in cõſi. ccxcv. incip. † pro clariori euidentia, quòd regu-
gula Cãcellariæ de exprimẽdo valore beneficij impetrati
nõ cõprehẽdit Cardinales quod etiã pluribus aliis funda-
mentis



mentis oſtendit. idem voluit idẽ Anch. in conſt. cexcvij. in
cip. efficacibus. Ad idẽ facit quod voluit Roma. in conſil.
cccexcviij. incip. in caſu quo quæritur: vbi per plura fun-
damenta decidit quòd Cardinalis non tenetur cõtribuere
in ſolutione charitatiui ſubſidij impoſiti à ſede apoſtolica
clero Regnorum Caſtellæ ad ſupplicationem Regis, pro
recuperatione regni ab infidelibus occupati. Prædicta ta-
men limitatio, videtur reddi dubia per ea quæ voluit Feli.
in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. & in c. ad aures. col.
vij. verſi. viij. concluſio. de reſcrip. & idem in c. quod ſuper
his. col. iij. de fid. inſtr. in quibus locis tenet quòd etiã ſub
generali conſtitutione, Cardinales cõprehendantur, ſecu-
tus Bellencinum eius præceptorem, qui idem voluit in d.
tract. ſuo de ſubſid. charita. q. lxvj. vbi cõcludit, quòd ſi Pa-
pã imponit generale ſubſidiũ quibuſcunque beneficiatis,
pro expeditione contra infideles Cardinales ratione ſuo-
rum beneficiorum contribuere tenebũtur præſtationi hu
iuſmodi ſubſidij, & ibidem Bellencinus reprobat opinio-
nem Roma. in d. conſi. cccexcviij. vide omnino Fel. in locis
ſupra allegatis. Prima tamen opinio communis eſt.

## Excommunicatio lata contra penſionariũ, ob non ſolutionem decimæ, qui ad illius ſolutionem non tenebatur, an ſit ipſo iure nulla.

### QVÆSTIO LX.

1 *Sententia lata contra priuilegium, an ſit ipſo iure nulla.*
2 *Excommunicatio lata contra ſubditum, quem ex communi. an nimis grauat in ſolutione procurationis, ſit nulla ipſo iure.*
3 *Excommunicatio collectoris decimæ ex eo quòd ſibi ſit reſiſtentia ne eccleſiam ſuis ornamentis ſpoliet, ſit nulla ipſo iure.*

SExageſimò quæro ſi clericus cui reſeruata extitit pen-
ſio ſuper fructibus alicuius beneficij libera, & exem-
pta ab omni onere decimarum, & ſubſidij charitatiui, vt
fit tota die, excommunicetur ab epiſcopo, ob non ſolu-
tionem charitatiui ſubſidij, vel à collectore decimarũ ob
non ſolutionem decimæ pro rata penſionis, an talis excõ-
municatio ſit ipſo iure nulla: & videtur dicendum prima
1 facie quòd non. † Quia regulariter ſententia lata contra

Universidad de Deusto
Biblioteca



priuilegiũ, nõ eſt ipſo iure nulla, vt voluit Abb.& ibidem
poſt eum Feli.in c.j.col. penul. verſi. Limita decimò de re
iudica.dicas tamen,quòd in contrarium eſt veritas in caſu
noſtro,in quo excõmunicatio talis erit ipſo iure nulla,ita
decidit per multas rationes Bellenci.in tract.ſuo de chari.
ſubſi.in j.parte q.xxiiij.hoc idem tenuit Cald.in conſi.ix.
in tit.de ſen.excõ.vbi dixit quòd ſi collector decimæ,volẽs
decimã exigere à religioſis exemptis à ſolutione decimæ
Papalis,ei priuilegiũ ſuum accuſantibus illos ob nõ ſolu-
tionẽ decimæ excõmunicet,ſententia huiuſmodi,erit ipſo
iure nulla:pro hoc facit tex.in c.vlt.de præbẽ.& gl. vlti.in
c.manus.v.diſtn.de conſecr.Ad idem tex.in c.quorundam.
de excẽſ. præla. ſecundum intellectum Hoſt.& Ioan.and.
ibidem volentium,quòd illa decretalis contineat ius com
2 mune:quod etiam voluit glo.in c.præſenti. & eſt glo. † ſe-
cunda,de ſen.excõ.in vj.faciunt ad prędicta ea quæ voluit
Inn.in c.cum apoſtolus.de cenſi.vbi no. quòd prælatus vi-
ſitans ſuos ſubditos , ſi illos vltra iuris formam grauet in
exigenda ab eis procuratione , & propter hoc illos ex-
communicet, quòd talis excõmunicatio nõ tenet:imo eſt
ipſo iure nulla. hoc idem voluit Hoſt.in.§. ſi.in fin.in ſum-
ma.de cenſi.Ad idem facit quòd voluit Paul. de Liazar.in
cle.ſi beneficiorũ.de decim.quem ibidẽ refert,& ſequitur
3 †Cardi.q.xv.vbi dixit,quòd ſubditi reſiſtentes collectori-
bus decimarũ,volentibus occupare eccleſiarũ ornamẽta.
& calices pro exactiõe decimæ, ſi ab ipſo collectore pro-
pterea excõmunicẽtur,talis excõmunicatio erit ipſo iure
nulla.Nec obſtãt fundamenta ſupra adducta in cõtrariũ,
dum allegando Abb.& Feli.in c.j.verſi.limita decimo. de
re iud.dicebatur quòd ſententia lata contra priuilegium,
non eſt ipſo iure nulla : quia reſpondetur quòd hoc fallit,
quando ſententia concernit ius Papæ contentum in priui
legio exemptionis,vt eſt in caſu noſtro,quo caſu ſententia
eſt ipſo iure nulla.Ita declarat Abb.in d.c. j. per text. in c.
cum tempore.de arbitr.qui latè examinat hunc articulũ,
an & quando ſententia lata contra priuilegium valeat.

## Penſionarius priuilegiatus , vt de penſione decimam ſoluere non teneatur, ſi moleſtatus



## ſtatus ſoluat decimam cum proteſtatione, an ſibi præiudicet.

### QVAESTIO LXI.

1 *Solutio onerum facta per homines immunitatem habentes,an eis præiudicet.*
2 *Qui habet immunitatem ſi ſoluat cum pacto , quod ſibi ſalua ſit immunitas,ſibi non præiudicat.*
3 *Proteſtatio ſupradicta fieri poteſt vbique, quocunque loco , & quandocunque.*
4 *Penſionarius exemptus à ſolutione decimarum,ſi decimam ſimpliciter ſoluat,an ſibi præiudicet.*

SExageſimoprimò quæro,Clericus priuilegiatus,vt non
teneatur ſoluere decimam de penſione , ſi moleſtetur
à collectore decimarum ad ſoluendum decimam de pen-
ſione,& vt liberet ſe à tali moleſtatione illam ſoluit cum
proteſtatione , quòd per talem ſolutionem non inten-
dit,neque vult præiudicare priuilegio ſuo,de non ſoluen
da decima,an dicta proteſtatio ipſum iuuet,vt priuilegiũ
ſibi ſaluum & illæſum remaneat circa exemptionem ſolu-
tionis decimæ,& aliorum onerũ.Circa quod dicendũ eſt,
quòd ipſa proteſtatio proteſtãtem iuuet , per tex.& quod
ibi no.Bar.in l.j.C.de his qui ſpõ.ciuil. mun. ſuſcep. lib.x
faciũt no.per Cyn.in l.volũtarie.in v.q.C.de excuſ.tut.cõ
con.ſuo cclij.incip.pro deciſione propoſitæ cõſultationis,
1 in vltimo dubio. † Vbi quærit an ſolutio onerũ aliquan-
dò facta per homines habentes immunitatem eis præ-
iudicet. & dicit, quòd licet iſte paſſus ad plenũ tractetur
in d.l.volũtarie,per doct.C.de excuſ.tut.& in l.j.§.alia.C.
de his qui ſpon.ciuil.mun. ſuſcep. lib. x. ſupra allegata, &
per canoniſtas. in c.accedentibus. de priuileg.& in c.cum
acceſſiſſent. de conſti. nihilominus in caſu ſuo , dicit di-
cendum fore,quod non ſit præiudicatũ immunitati , quia
ſolutio onerũ fuit violenta & coacta : ideò conceſſam im-
munitatẽ nõ tollit.allegãt tex.in l.cura. circa prin. in verſ.
2 Nec per vim.ff.de mune.& honor. † Item mouetur, quia
qui poteſt immunitate tueri , & nihilominus onus ſoluit
cũ pacto tamen,vt ſibi immunitas ſalua ſit , vt actũ fuit in

Universidad de Deusto Biblioteca



caſu præſentis quæſtionis per dictã ſolutionem, ſibi nõ
præiudicat circa immunitatẽ.allegat tex. vbi dicit eſſe ca-
ſum in d.l.j.C.de his qui ſpõ.ciuil.muner.& ita decidit in
ſimili q.Bellenc.in ſupra allegato tract.ſuo de ſubſi.cha-
rit.q.lxj.vbi decidit quòd ſi priuilegiatus, vt ſubſidiũ ſol-
uere nõ teneatur, illud ſoluat, proteſtatione, præmiſſa, ſibi
non præiudicat:& ita concludo ex præmiſsis in penſione:
3 faciunt quæ dicta fuerunt ſuprà q.xxxvij. † Et ſciendũ eſt
quòd dicta proteſtatio poteſt fieri vbique in quocunque
loco quãdocũque & quocũque tẽpore, vt egregiè decla-
rat Harmanotius, in ſua repet.§.morte.l.hoc edicto.ff. de
4 oper.no.nun.† Si tamen pẽſionarius exẽptus à ſolutione
decimarũ ſimpliciter decimã ſoluat, nulla præmiſſa pro-
teſtatione, tũc an ſibi præiudicet? Hoc pendet ab illa quæ-
ſtione, an per actũ contrariũ, quis ſuo priuilegio renun-
tiare videatur. de qua per doct.in c.cũ acceſſiſſent.de con
ſtit.& per Inno.in c.accedentibus.de priuil.per Barto.in l.
beneficium. & ibi Alex.de conſtit.prin.in fin.per Cardi.in
Clemen.ſæpe.§.ſi tamen.in ij.q.de verbo.ſign.per Alex.in
conſil.c x c v i i.in ij. vol.& Sozin.conſi.l x, incipien. viſo
elegantiſsimo.in verſic.Circa ſecundam. in j.vol. per De-
cium conſi.c c c v i i i.incip.in caſu ad nos tranſmiſſo.col.
vlt.in ij.vol.& plenè per Feli. in d.c.cum acceſſiſſent.de con
ſtit.vide etiam Lucam de pẽna, in d.l.j.C. de his qui ſpon.
ciuil.mun.ſuſcep.lib.x.

## Penſio an in totum, vel pro parte remitti debeat, ſi fructus ſuper quibus eſt reſeruata, diminuti fuerint, vel perierint.

QVAESTIO LXII.

1 *Fructus quando cauſa taxationis ſunt appoſiti, illis non perceptis nil debetur.*
2 *Fructus appoſiti cauſa demonſtrationis, non reſtringunt diſpoſitionem.*
3 *Fructus quando cenſeantur appoſiti cauſa taxationis vel demonſtrationis.*
4 *Fructus gratia taxationis, quando appoſiti ſint.*
5 *Demonſtratio quomodo & quando cognoſcatur.*
6 *Menſura in venditione fundi, quando demõſtrationem, & quando taxationem inducat.*
7 *Penſio debet ſolui in anno vbertatis, pro anno ſterilitatis præterito.*
8 *Prælati ſterilitatem allegare non poſſunt, quando præteritũ anni fructus vberes habuere.*
9 *Penſio ſoluenda eſt à rectore beneficij, qui ſua culpa fructus non percepit.*
10 *Penſio impoſita ſuper titulo beneficij, debetur etiam nullis perceptis fructibus.*
11 *Alimenta integra debentur etiam ſi ex fundo ſuper quo ſoluuntur tantum non ſit perceptum.*
12 *Clauſula, ſine retardatione penſionis, vbi apponatur.*
13 *Decima Papalis vbi taxata eſt ad certam quantitatem etiam illa non percepta debetur.*
14 *Expenſæ quæ ſiunt cauſa fructuũ, deducuntur ex decima Papali.*
15 *Penſio integra debetur, etiam ſi fructus iam collecti per hoſtium violentiam fuerint ſubtracti.*
16 *Penſio diminui non debet etiam ſi percepti ſunt tot fructus, qui aſcendant ad dimidiam partem fructuum.*
17 *Penſio quando conductor eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij remitti debet.*
18 *Damnum pluſquam intollerabile dicitur, quando excedit dimidiam iuſti pretij.*
19 *Penſio pro rata an debeat remitti, quando non percipitur medietas fructuum.*
20 *Relatiuum qui, conditionem inducit.*
21 *Locus quando opponitur gratia taxationis, nil debetur ſi nil percipitur.*
22 *Clerici & religioſi non tenentur vltra quam facere poſſint.*
23 *Penſio cenſetur eſſe beneficium.*



SExageſimoſecundò quæro. Si fructus menſæ vel dignitatis, ſuper quibus eſt conſtituta annua penſio, perierint, vel in notabili quantitate diminuti fuerint, propter ſterilitatem, hoſtilitatem, vel alium caſum fortuitum, an penſio remitti debeat in totũ vel in partẽ? Hãc quæſtionẽ tangit Paul.de caſtr.in conſil.c c c x x x v i i i. incip.quia exceptiones.col.ij.verſ.Pro intellectu huius dubij. in j.vol. vbi dicit eſſe aduertẽdũ, verũ, fructus, redditus & prouentus, ſuper quibus eſt appoſita penſio, ſint appoſiti gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca



1 taxationis,vel gratia demonſtrationis. † Primò enim caſu
quando gratia taxationis ſunt appoſiti,tũc dicit quòd fru
ctibus nõ perceptis,nil debetur tanquã legato certo cor-
pore,quod non ſit in rerum natura.l.ſi ſeruus.§.qui.ff. de
leg.j. & talis ſcriptura, eo.tit.nã tunc videtur ineſſe tacita
conditio cũ fructus naſcantur.l.interdum.ff.de verb.obli.
2 l.j.ff.de condi.& demonſtra.† Secundò autem caſu,quan-
do fructus gratia demõſtrationis ſunt appoſiti, demõſtra
tio nõ reſtringit.l.Paulo Callimaco.§.fin.ff.de leg.iij. De-
mũ ſubdit idẽ Paul.quod eſt aduertendũ pro reſolutione
huius dubij ad doctrinam,quæ videtur eſſe de mente tex-
3 tuũ & gloſſarũ.† quòd quãdoque præcedit aliqua diſpoſi-
tio,denotãs quid ſolui debeat,poſtea ſubiicitur locus vn-
de fieri ſolutio debeat:& ſic duæ ſunt orationes:verbi gra
tia,dixit teſtator,volo decem dari Sempronio , quæ volo
ſibi ſolui ex fructibus & redditibus talis fundi: & tũc fru-
ctus & redditus appoſiti videntur gratia demõſtrationis,
vnde licet redditus nõ percipiantur,tamen hæres ſoluere
illa decẽ cogetur.de quo dicit eſſe caſum in l.quidã teſta-
mento.in prin.ff.de leg.j.& in l. Paulo callimaco.§. fin.de
alimen.& ciba.lega.& l.Lucius.† Quãdoque vna tantũ eſt
4 oratio,quid & vnde ſolui debeat ſignificans : vtputa dicit
teſtator , volo ex fructibus talis fundi decẽ dari Sẽpronio
quolibet anno: & tũc fructus videntur appoſiti gratia ta-
xationis,& illis nõ exiſtentibus , hæres non videtur com-
pelli poſſe ad ſolutionẽ vltra quã fructuũ vires patiatur.
Caſum dicit eſſe apertũ in l.nomẽ debitoris.§. vni ex hæ-
redibus.ff.de lega.iij.& l.ſi quis ſeruũ.§.j.& l.Lucius.§. ci-
uibus.ff.de leg.ij.& ex prædictis infert idẽ Paul.quòd ſi in
literis reſeruationis annuæ penſionis, in vna & eadem ora
tione dicatur annuam penſionem debere ſolui ſuper fru-
ctibus,redditibus,& prouentibus talis beneficij, mẽſæ vel
dignitatis:tunc fructus erunt appoſiti gratia taxationis.Si
autem primò dictum fuiſſet,debere ſolui penſionẽ: demũ
in alia oratione vnde fieri deberet ſolutio deſignaſſet,tũc
eſſet facta demõſtratio & ſic ſentit quòd primò caſu, fru-
ctibus nõ perceptis , pẽſio ſolui nõ deberet.ſecundò verò
caſu ꝙ fructibus non perceptis etiã ſoluenda eſſet penſio.
prædictam opinionem tenet etiam Felin.in c.ad audien-
tiam.el ij.col.v.in verſ.Sexta concluſio.de reſcript.vbi di-
xit,



xit, quòd vbicunque præcedit generalis diſpoſitio circa
ſolutionẽ annuæ pẽſionis,& poſtea ſequitur locus vel ma-
teria vnde valet præſtatio fieri:tunc ſunt duæ orationes,
& redditus non videntur nominati cauſa taxationis,id eſt
ꝙ ex ipſis penſio detrahatur,& nõ aliunde: imo penſio eſt
omnino præſtãda , etiã ſi redditus non ſubſint forte pro-
pter ſterilitatẽ.Quãdo autẽ in vna & eadẽ oratione onus
penſionis cum adiectione fructuũ exprimitur. Verbi gra-
tia ſi dictum fuerit,ſoluas penſionẽ de talibus redditibus:
quia tunc tales redditus,nõ cenſentur nominati cauſa de-
monſtrationis,ſed cauſa taxationis:ideò eſt ꝙ tunc fructi-
bus non exiſtentibus, non poteſt quis cogi ad ſolutionem
penſionis. & allegat ad prædicta Pau.de Caſt.in prealle-
gato conſi.dicens idẽ Feli. prædicta eſſe valde quotidiana
pro iſtis qui ſoluunt penſiones de fructibus beneficiorũ:
quia ſi aliquo anno non percipiunt fructus ad penſionem
non tenentur:& hoc idem dicit Feli.ſenſiſſe Abb.in c.niſi
5 eſſent , ante finem.de præbend.† Ad prædicta quando &
quomodo cognoſcatur demonſtratio & taxatio,vide Bar.
in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in iij.col.de verb.obl.ff.&
Salice.in l.ſi quis argentum.§.j.& ibi Bald.C.de donat.&
per Pau.de Caſtr.& Alex.in l.ſtichum qui meus erit. col,
ij.ff.de leg.j.& ibi per dominum & præceptorem meum,
dominũ Vincen.Herculanum Peruſinum, & per Feli.in c.
ex literis.col.iij.verſi.modos autẽ cognoſcendi.de reſcrip.
6 † Ad idem vide do.Ant.burgos Hiſpanũ , magnũ canoni-
ſtam & præceptorẽ meum,in c.cum cauſa. col.xviij. verſi.
xiiij.limita,de empt.& vendi. vbi dixit quòd quando quis
vendit fundum quatuor modiorum, tunc mẽſura videtur
appoſita,cauſa taxationis.quando autẽ dictum fuit vẽdo
tibi talem fundũ,qui eſt trium vel quatuor modiorũ, tũc
numerus videtur appoſitus cauſa demõſtrationis : & tunc
licet fundus eſſet in plus , illud plus cedit lucro emptoris.
Sed circa præmiſſa eſt aduertendũ quòd ſemper in literis
annuæ penſionis fructus vnde debet fieri ſolutio pẽſionis
& ipſa penſio , exprimũtur ſub vna & eadem oratione de
ſtilo curiæ.Et ideò dicendum & concludendum videtur ꝙ
fructus apponantur gratia taxationis , & quòd propterea
illis non extantibus,penſio non debeatur,vt ſupra dictum
fuit, per ea quæ voluerunt Paul.de Caſt.& Felin.in locis
aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſupra allegat.Hanc eãdem opinioné inuenio tenuiſſe Bellenc.in tract.ſuo,de ſubſi.charit.q.xxxiiij.vbi expreſſe voluit,quòd is qui eſt obligatus alteri ſoluere annuã penſionem ſuper fructibus beneficij, ſi illius fructus nó percipit, non ſit obligatus ad ſolutionem penſionis , eſto q. beneficiũ poſſideat.Et hãc eãdem opinioné ſentit Rom.in cóſil. ſuo CCCLXIX.inci. circa primũ propoſitæ conſultationis articulum.col.antepenul.verſ.quo ad ſextũ,facit quod voluit Alex.in conſi.CXII. incip.videtur in præſenti. in j. volu.Et prædicta reperi nuper tenuiſſe etiã Gozadinum,
7 in conſil. ſuo LXXXIII. † Prædictam concluſioné limita non procedere quãdo quis in anno ſequenti , vberes fructus ex beneficio grauato péſionis onere ſuſcepiſſet:nã eo caſu teneretur ſoluere péſionem pro anno præterito,quo fructus nó habuit:ſterilitas enim cum vbertate , cópenſatur.Ita decidit Paul.de Caſtr.in d.conſil.CCCXXXVIII. col.penult.in fin.& col.vlti.in prin.vbi dicit, quòd quando annua præſtatio eſt fienda ex redditibus certæ rei , ſi vno anno fructus non extant, expectanda eſt vbertas anni ſequentis : & ſterilitas cum vbertate cópenſanda.l. ex eo.ff. de vin.tri.& ole.legat.& maximè quando præſtatio , in pecunia conſiſtit.l.firmio. in princ.ff.quando dies leg.ced. idem voluit Felin. Paulum referens in d.c.ad audientiã el ij.de reſcrip.col.5.in verſi. ſubdit Paulus, & allegat gl.in c.
8 vobis.in gl.fin.xij.q.ij.quæ dicit,† quod eccleſiarũ prælati non poſſunt allegare temporis ſterilitaté , & incurſus hoſtium, ſi præcedentibus annis redditus vberes habuerunt, allegat etiã plenè tradita per doct.in ca.ſi propter ſterili-
9 taté.de locat.† Secũdò limita dictã cóclusionem nó procedere,quãdo quis fructus beneficij , nó perciperet culpa ſua,tũc enim omnino teneretur ad ſolutioné péſionis.Ita in terminis decidit Bellenc.in ſupra allegato tract.ſuo, de ſubſid.charit.q. xxxiiij. allegat ad hoc text.in l.penulti. in prin.ff.ſolu.mat.faciunt etiã ea quæ ponit d. Bellenc.in d.
10 ſuo tract.q.xxxiij.† Tertiò limita concluſioné prædictam non procedere, quando penſio fuiſſet impoſita non ſuper fructibus,ſed ſuper titulo beneficij:nam tunc penſio debetur,etiam ſi nulli fructus ſint percepti.ita conſuluit ſolennis doctor dominus Ludouicus Gozadinus in dicto cóſil. ſuo LXXXIII.incip.circa dubiũ propoſitũ. Ad prædicta vide



vide pulchram deciſ.Domi.de Rota, num. DCCCLXIX. incip.lego pro anniuerſario,in antiquis,in qua multa ponunt facientia ad hanc materiam & notanda in præſenti quæſtione:quæ fere omnia recitat Caccialup.in d.tracta. ſuo,de penſ.q.xvj.dicens ad dictam deciſioné , tanquã ad fontem eſſe recurrendũ pro deciſione ſimilium occurrentium quæſtionum:allegat etiam ad materiam,facere quæ ponit Pet.de Anch.in c.ſi propter.de reſcrip.in vj.in ij.q. principali,& in conſil.CCCXXVIII. incipien.circa iſtam perceptioné:in quibus locis examinat illam quæſtionem, ſi collector apoſtolicæ ſedis,qui debet habere fructus primi anni beneficij vacãtis,inueniat illos occupatos ab alio, debeat habere fructus anni ſequẽtis: & plura alia , adducit Caccialupus,qui copiosè iſtam quæſtioné examinauit in dicto ſuo tract.Et licet concluſio proximè firmata,habeat pro ſe cõmunem opinionem Doctorũ , nihilominus ſciendum eſt,quòd iſta materia penſionis eſt adeò executiua & fauorabilis,quòd de ſtilo curiæ , retardationé non recipit.Ideò quantumcunque quis fructus nó perceperit, cogetur tamen ad ſoluendũ,demũ agere poterit ad repetitioné indebitè ſolutæ penſionis:dicũt enim Domini curiales,ſolue & repete,cõtra conſilium iuriſcõſulti , in l.iij. de compenſ.vbi habetur,quòd melius eſt nó ſoluere , quã ſolutũ repetere:& ego audiui iam multis annis ſententiatum fuiſſe in ſacro auditorio Rot.in quadã cauſa Hiſpana,in qua agebatur cõtra rectoré beneficij , ad ſolutioné penſionis:ille autẽ ſe defendebat,dicendo nó teneri , cum ex illo beneficio grauato onere penſionis , nullos fructus percepiſſet,cum oliuæ,ex quarũ fructibus cõſiſtebãt redditus,illius beneficij periiſſent propter guerram, tamen q. hac defenſione nó obſtãte fuit lata ſentẽtia cõtra rectoré illum,vt teneretur penſioné ſoluere:faciũt pro iſta parte,
11 ea quæ voluit Bar.in l.Lucius.verſic.† Quæro pone quòd teſtator.ff.de alim.& cib.leg.vbi dixit,quod alimenta debentur integra , etiam quòd ſint relicta præſtari ex certo fundo,ex quo tantum quantũ ſufficit ad ſolutioné alimentorũ nó fuerit perceptũ,penſio autẽ videtur cedere in cauſam alimentorũ,vt vidimus latè ſuprà q.ij. faciũt etiã pro iſta parte dicta ſuprà q. xxxix. & qõ. xliij. vbi concluſum fuit,quòd nouus poſſeſſor beneficij teneatur ad ſolutioné pen

Universidad de Deusto
Biblioteca



penſionũ decurſarũ pro illis annis, etiã in quibus ipſe nõ
12 habuit fructus, ſed eius prędeceſſor illos recepit. † Et propterea in iſta materia pẽſionis, quãdo debitor penſionis, vult agere, vel ſuper nullitate reſeruatione pẽſionis, vel ad illius reductione, ſiue aliter: ad hoc ne fraudetur pẽſionarius perceptione pẽſionis lite pẽdẽte, ſignatura nõ conſueuit dare cõmiſſionẽ iuſtitiæ, niſi cum clauſula ſine retardatione pẽſionis. Et iſtã partẽ reperio tenuiſſe dominum Alexandrũ del Nieuo Vincentinũ, qui legit in almo Gymnaſio Patauino ius canonicũ tẽpore Alex. de Imol. & fuit ſolẽnis Doctor, ætate ſua, in quodã ſuo conſilio, cuius tenorẽ de verbo ad verbũ inſerere hic decreui cum alibi non ſit impreſſum: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiúſque glorioſiſſimæ matris ſemper virginis, totiúſq; cœleſtis curiæ, amẽ. In cauſa nobilis, & generoſi patricij Veneti, domini Nicolai bono, quam habet cũ Abbate ſanctorum Fauſtini & Iouitæ, in ciuitate Brixienſi, occaſione penſionis reſeruatæ & aſſignatæ ipſi domino Nicolao, ſuper fructibus & redditibus dicti monaſterij: quæ pẽſio eſt nonaginta ducatorũ: & quæſtio inter ipſum Abbatẽ dicti monaſterij in hoc reſidet: quia dicit ablatos ſibi fructus per incurſus hoſtium: nã de iure eſt, quòd quemadmodum remittẽda eſt penſio propter ſterilitatẽ fructuum, ita etiam quãdo fructus auferuntur per incurſus hoſtiũ: vt in l. ex còducto. §. j. verſ. Idẽmque dicẽdum. & in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. Vnde dictus Abbas dicit, quòd eſt defalcanda penſio, pro rata: & pro ipſo facit gloſ. in clement. ij. de decim. in j. gloſ. verſ. tertium ibi expeditur: vbi dicit, quòd habentes penſionem in beneficium vel ex mera gratia, tenẽtur ſoluere decimam. Vnde ſicut penſionarius debet ſoluere decimam de penſione ſua, ita etiã videtur dicẽdum, quòd pro rata pẽſionis debet pati damnũ incurſus ſeu violentiæ hoſtium. Et pro iſta opinione etiam facit text. in l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contrahen. emp. vbi eſt text. quòd ſi aliquis emit fructum oliuæ pendentis, pro decem pòderibus olei, & percepta fuerunt ſolum quinque pondera, non tenetur ſoluere emptor, niſi pro quinque pòderibus. Sed in contrarium puto eſſe veritatem: & pro parte contraria, quam credo eſſe veram, optimè facit glo. in d. clem. ij. de decim.

ia



13 in verbo taxationem. † Quæ dicit quòd in locis in quibus decima Papalis eſt taxata ad certã quantitatem pecuniæ, puta ad decem, dato quòd recipiãtur de fructibus ſolùm quinquaginta, debebuntur tamen decẽ integra: & ſic non inſpicietur, quòd non ſint percepti tot fructus, qui ſufficiant ad ſoluendam decimam, cõputando, vt accipiatur vnus de decem, quia ſi ſint percepta quinquaginta, decima deberet eſſe quinque tantum: tamen ex quo facta eſt taxatio in decem, non inſpicitur diminutio fructuũ: quia de illis quinquaginta, ſoluentur decem, ac ſi fructus percepti aſcenderent ad centũ. Et ratio eſt ſecundũ illã gloſ. quia etiã, ſi ille qui debet ſoluere decimã percepiſſet mille, non ſolueret niſi decem. Ex quo eſt facta taxatio in decem: ita in propoſito, pẽſio eſt taxata in nonaginta aureos, etiam ſi parum perceperit de fructibus: debet ſoluere integram penſionem: quia etiam ſi dictus Abbas percepiſſet fructus in duplo quam eſſet cõſuetudo, nõ deberet ſoluere domino Nicolao niſi nonaginta. Non obſtat gloſ. prææallegata: quia pẽſionarius nõ ſoluit decimã cauſa exonerãdi illũ qui ſoluit penſionem, ſed ſoluere tenetur: quia penſio reputatur eſſe beneficium. Et ita vult illa gloſ. nam iſta ſolutio non ſit cauſa exonerandi illum, qui ſoluit penſionem. Nam etiam ſi penſionarius nõ deberet ſoluere decimã, nihilominus ille qui ſoluit penſionem, nõ teneretur ſoluere plus de decima: quia de fructibus deberet deduci æſtimatio ſeu valor pẽſionis, quia nõ dicũtur fructus niſi deductis oneribus: vt in c. præſenti. §. porro. de offic. ord. in vj. hinc eſt, quòd ſi dominus prædij illud locat pro certa mercede, de fructibus æſtimatio mercedis deducitur: & colonus, ſeu conductor, ſoluere debet decimam de parte fructuum, quæ apud ipſum remanet deducta æſtimatione penſionis, quam debet ſoluere locatori: & locator ſeu dominus fundi, tenetur ſoluere decimã de mercede, ſeu penſione quam recipit à conductore: vt in c. tua. & in c. à nobis. de decim. & tamen illi tex. loquũtur de
14 decima quæ debetur de iure diuino. † Vnde fortius hoc eſt dicendum in decima Papali, de qua deducendæ ſunt expenſæ quæ ſiunt cauſa fructuũ, vt vult gloſ. in d. Clem. ij. in verbo taxationẽ. de decim. in fine. ratio eſt ergo quare penſionarius ſoluit decimam Papalem, quia penſio repu-

tatur

Universidad de Deusto Biblioteca



gatur eſſe beneficium,non autem ſoluit cauſa exonerãdi
illum qui ſoluere debet penſionem:quia etiam ſi penſio-
narius non ſolueret,non deberet in plus grauari:cum nõ
dicantur fructus niſi deductis oneribus:& per hoc illa gl.
non habet obſtare.Nec obſtat d.l.ſi debitor.§. veriſimile.
ff.de contrahen.empt.quia ille text.loquitur quando fru-
ctus ſunt venditi expreſſa certa menſura.Et ideò ſi minùs
colligitur,pro rata debet fieri remiſſio:quia non præſta-
tur illud quod cõuentum eſt.& ita ſoluit Bart.in l.ſi mer-
ces. §.vis maior. ff.locat. Idem dicit Bart. in l.ſi ea ra-
tione.C.de vſur.vbi dicit quòd aliud eſt,quòd quis vẽdat
fructus cõmenſurando pretiũ cũ menſura fructuũ: quia
hoc caſu loquitur lex ſi debitor.§.veriſimile, ſupra alle-
gata:& aliud eſt quòd vendantur fructus qui naſcẽtur,de
quo inferius dicam.Sed in caſu noſtro,nõ commenſura-
tur pretium cum menſura fructuũ, ſed eſt reſeruata pẽ-
ſio,ſuper fructibus dicti monaſterij:& ideò d.l.ſi debitor,
non facit ad propoſitum:tamen diſcurro per caſus,vt co-
15 gnoſcatur veritas huius quæſtionis.† Et primus caſus eſt,
ſi ponamus quòd iſte Abbas, fructus collegerat, ſed per
violentiã hoſtiũ fuerunt ſubtracti & hoc caſu clarum eſt,
quòd tenetur ad integrã penſionẽ.quia fructus iam erãt
facti ſui.l.damnũ.C.locat.& hoc tenet Bar.in d.l. ſi mer-
ces. §.vis maior.in vlt.col.ff.locat.in verſi. quãdoq; cõdu-
ctor,allegat dãnum contingens in fructibus:& idem dicit
Bal.in l.licet.C.eod.tit.& idem dicit Io.de Imol.in c.pro-
pter ſterilitatem in vij.col.de locat.in verſ.cõtra ſuperius
16 tamẽ dicta.† Secũdus caſus,ſi dictus Abbas habet tot fru
ctus,ſeu percepit tot fructus,qui aſcendant ad dimidiam
partem fructuũ,quos cõſueuit colligere cõmuniter:puta
ſi conſueuit percipere ducenta,percepit centum. Nã etiã
hoc caſu non debet diminui penſio:quia ſi nõ diminui-
tur in ſimplici conductore quando percepit dimidiã par-
tem fructuum illius partis conſueuit communiter colli-
gi:& ita tenet gl.in l.ſi vno.ff.locat.& Azo. in ſumma. C.
locat.verſi.Item agitur ex conducto,& ſequenti:idem te-
net Bar.& Bal.in l.licet.C.loca.& ibi dicit Bal. quòd dato
quòd conductor non perceperit aliquid ex vno fructu,
puta ex frumento,ſi tamen percepit ex aliis fructibus,pu
ta vino & aliis tantum quòd non reperiatur deceptus vl-





tra dimidiam iuſti pretij,non poteſt petere diminutionẽ
penſionis,& allegat optimum tex.in l.diuortio.§.ſi.ff.ſol.
mat.& eſt opinio cõmunis:& eã ſequitur Io.de Imo.in d.
c.propter ſterilitatem.licet Bal.in d.l.ſi merces. §.vis ma-
ior.ff.loc.aliud dixerit,videlicet quòd debeat remitti pẽ-
ſio quãdo fructus ita ſunt modici,ꝙ nihil ſupereſt dedu-
cta impenſa:& idem dixit Sali.in d.l.licet.Sed iſta opi-
nio non eſt vera:quia nunquam remitteretur pẽſio pro
rata:ſed deberet in totũ ſolui,vel in totũ remitti.Et ideò
17 iſta opinio nõ eſt vera.† Et propterea cõmuniter tenetur,
quòd debeat remitti penſio,quando conductor eſt dece-
ptus vltra dimidiam partem iuſti pretij:quia non percipit
dimidiã partem illius,quod cõſueuit colligi.Hoſti. & Io.
And.tamen dicunt quòd debet remitti penſio pro rata,
quando conductor eſt damnificatus in tertia parte fru-
ctuum,puta ſi cõſueuit colligere xxx.& colligit ſolum xx.
& ideò dicit dominus Abb.in d.c.propter ſterilitatem: &
ita intellexit illum tex.qui dicit quòd quando conductor
patitur magnum incommodum,debet remitti pẽſio pro
rata.Sed etiam iſta opinio non eſt vera: quia iura requi-
runt damnum intolerabile: vt in d.l.ex conducto. §.ſi vis
tempeſtatis,& in d.l.ſi merces.§.vis maior.ff.locat.vbi tex.
expreſſe dicit quòd requiritur damnum pluſquam into-
18 lerabile.† Nam dicitur damnum pluſquam intolerabile
quãdo excedit dimidiã iuſti pretij: vt quia nõ eſt perce-
pta dimidia pars fructuum,quæ conſueuit percipi: & iſta
eſt vera cõcluſio & vera opinio,vnde ſi non debet remitti
penſio cõductori,quãdo percipit dimidiam partem fru-
ctuũ,qui cõſueuerũt percipi,multo minus eſt diminuen-
da penſio in caſu noſtro:quia conductor finito tempore
locationis,tenetur dimittere fundũ domino,nec amplius
eſt percepturus fructus ex eo.Sed beneficiatus eſt perce-
pturus fructus ex beneficio, donec vixerit, niſi eo priue-
19 tur vel illi renũtiet.Sed remaneat dubiũ.† Quid ſi dictus
Abbas nõ percepit mediam partem fructuum quã per-
cipere cõſueuit:an debeat remitti penſio pro rata:& ad-
huc credo quòd nõ:& pro huius declaratione præmitto,
quòd quãdo cõſtituitur penſio in beneficio perſona ob-
ligatur & non beneficium:vt in c. niſi eſſent.de præben.&
ideo dato quòd Papa reſeruauerit & aſſignauerit pen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſionem ſuper fructibus,tamē perſona ipſius Abbatis prin
cipaliter eſt obligata & ipſi fructus ſunt obligati pro ipſa
penſione ſoluenda,non autem ſolutio fructuum eſt poſita
cauſa taxationis,ſed ſolū cauſa demonſtrationis. Et ideò
etiā ſi nulli fructus percepti eſſent, deberet ſolui integra
penſio.l.Lucius. ff. de aliment. & cibar. legat. vbi eſt bo-
nus text.Nam obligatio perſonalis non ſequitur fundum.
l.finali.§.finali.ff.de contrah.emptio.vbi patet quòd ſi ali-
quis promittit ſoluere decē annua de fundo ſuo, ſi alie-
net fundum nihilominus remanet obligatus.& in hoc ar-
ticulo iſta videtur eſſe cōmunis concluſ. quòd aut certus
fundus ſeu certus locus deſignatur cauſa demōſtrationis,
aut cauſa taxationis:primo caſu quando locus deſignatur
cauſa demōſtrationis debetur pēſio, etiā ſi nullus fructus
percipiatur:vt in d.l.Lucius.ff.de alimen.& cibar.legat.&
l.quidā teſtamento.ff.de leg.j.in ſecundo verò caſu quādo
locus ponitur gratia taxationis,ſi fructus non percipiun-
tur nihil debetur:vt in l.cum certus.ff.de vin.tri.& ole.le-
gat.& eſt bona gloſ.in l.hactenus.ff.de vſufr.in verbo, ab
20 eo.†Dicitur autem locus cauſa taxationis appoſitus quā-
do quis promittit decem ſeſtaria frumenti, quæ naſcētur
in tali fundo:quia relatiuū quis,inducit conditionem.Se-
cus ſi dicatur promitto decē ſeſtaria frumēti ex tali fun-
do:quia tunc locus intelligitur adiectus cauſa demōſtra-
tionis.& hoc tenet glo.& Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſa-
cram.de verb.oblig.& etiam Ioan.de Imo. & ibi Cyn. &
21 Sal.in l.ſi quis argentum.C.de donat.† Item quando lo-
cus eſt appoſitus gratia taxationis, tunc nihil debetur ſi
nihil percipitur,quādo vnica præſtatio ſeu ſolutio eſt fa-
cienda,ſecus ſi plures præſtationes ſeu ſolutiones ſunt fa-
ciendæ ſingulis annis: quia ſi fructus non naſcuntur vno
anno debet ſuppleri ſolutio,ſeu fieri ſolutio de fructibus
annorum præcedentium vel ſequentium,vt eſt text.in d.l.
ex eo.ff.de vin.tri.& ole.legat.& in l.legatum.§.vini faler-
ni.ff.de annu. legat. & ibi eſt bona gloſ. de hoc. & iſta eſt
concluſio Bart.in d.§.ſacram.& Cy.& Salic.in præallega-
ta.l.ſi quis argentum.& idem dicit Bald.in c.j.in princ. de
no.feud.vnde in hoc caſu nō cōſideratur ſterilitas vel fer-
tilitas,ſed ſolum an tot fructus ſint nati, vnde poſſit fieri
integra ſolutio.Et ſi nō poteſt fieri, vt quia tot fructus nō

ſu nt



ſunt nati debet ſuppleri ſolutio de fructibus annorū præ-
cedentium vel ſequētiū,etiam ſi in ipſis nō fuit fertilitas.
Nam ſufficit quòd in præcedentibus vel ſequentibus an-
nis ſint percepti tot fructus,vt poſſit fieri integra ſolutio.
Intelligendo tamē ſemper dūmodo nō fiat exactio, vltra
22 quam dictus Abbas facere poſſit, † quia clerici & reli-
gioſi nō tenētur vltra quā facere poſſint.vt l.miles. de re
iudi.vbi gl.Bar.& doc.in c.Odoardus.de ſolu.vbi etiā do-
minus Abb.Et ideò nō video quòd in hoc caſu dictus Ab-
bas poſſit petere aliquā diminutionē pēſionis, nā iſta pē-
ſio debetur ſine aliquo onere,nec ſubiacet fortunæ,nec ca
ſui fortuito circa perceptionē fructuum, vt ſupra dixi. fa-
cit l. quoties.C.de hęred.inſti.vbi inſtitutus hęres in re cer
ta,nō tenetur ſoluere onera hæreditaria.Et ideò dominus
Nicolaus ad nihil aliud eſt obligatus,niſi ad ſoluēdā deci-
23 mā Papalem,quādo imponitur ratione ſupradicta:† quia
penſio cenſetur eſſe beneficium, & tanquam de beneficio
de ipſa ſolui debet decima,& iſtam puto eſſe veritatem.
Alexander del Nieuo vicentinus.

## Penſio impoſita ſuper fructibus canonicatus & præbendæ, quos penſionem ſoluens dimiſit, & aliam præbendam optauit in eadem eccleſia, à quo ſolui debeat.

### QVAESTIO LXIII.

1 *Venetiarum ciuitas, aliarum ciuitatum regina.*
2 *Penſio eſt onus reale.*
3 *Prebendæ vbi ſunt indiſtinctæ per optionem, nec præbenda, nec canonicatus variatur.*
4 *Optio non liberat aliquem ab onere ſoluendi penſionē, quando loco præbendæ aſſignatur per procuratorem capituli certa portio canonico.*
5 *Epiſcopus poteſt facere ſtatutum, de optando in ſua eccleſia.*
6 *Conſuetudo optandi per annos. x. inducitur vbi præbendæ non ſunt corpore diſtinctæ.*
7 *Conſuetudo optandi inducitur ſpatio quadraginta annorum, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ corpore.*
8 *Conſuetudo optandi, non tollitur per non vſum*

Universidad de Deusto Biblioteca

9 *Conſuetudo optandi, locum non habet in præbendis per Papam reſeruatis & collatis.*

10 *Conſuetudo optandi locum non habet in beneficiis vacantibus in curia.*

11 *Optio quando locum habeat in beneficiis in curia vacantibus.*

12 *Optio locum non habet, quando Papa mandat alicui provideri de maiori præbenda.*

13 *Conſuetudo optandi, non præiudicat apoſtolicis impetrantibus.*

14 *Optio an locum habeat in præbendis, quæ vacant per permutationem.*

15 *Excommunicatus, an poſſit optare.*

16 *Conſuetudo optandi vel ſtatutum quando dat optionem præſentibus tantum, an abſentes ad ſeruitia eccleſiæ, vel Papæ comprehendantur.*

SExageſimotertiò quæro: notorium eſt, quòd in multis eccleſiis, tam cathedralibus, quam collegiatis Italiæ, viget optandi conſuetudo. Modo quidam canonicus in eccleſia, in qua huiuſmodi conſuetudo viget, canonicatum & præbendam obtinens ſuper illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, conſenſit reſeruationi annuæ penſionis Sempronio clerico, & illam ſoluit aliquandiu. Demùm vacante alio canonicatu in d. eccleſia, cuius fructus vberiores erant, dimiſſa prima præbenda hanc vacantem optauit: an ipſe vel is qui aſſecutus eſt dimiſſam præbendam, teneatur ad ſolutionem penſionis. Iſtam quæſtionem nullibi tactã à doctoribus inueni, & de ea pluries in-
1 terrogatus fui in hac alma ciuitate Venetiarũ, † aliarũ ciuitatum regina: pro cuius deciſione diſtinguendum puto, quòd aut in eccleſia ſunt præbẽdæ diſtinctæ actualiter & realiter: aut ſunt præbendæ vel portiones indiſtinctæ: ſed vnicuique canonico ad tẽpus certi redditus, aſſignantur pro ſua portione, vel à procuratore ſeu canipario capituli, vnicuique ſingulis annis eius portio aſſignatur: vt in pleriſque eccleſiis fieri cõſueuit. Et iſtæ portiones proprio vocabulo, appellantur portiones priuilegiatæ: vt no. Inno. in c. dilectus. el j. de præb. Primò caſu, quãdo præbendæ ſunt actualiter & realiter diſtinctæ, nõ eſt dubiũ, quòd optans vacantem præbendam, dimiſſa illa quã poſſidebat, grauata onere ſoluendi penſionem, amplius ad illius ſolutionẽ





non tenetur. Nam ille penſionem ſoluere tenebitur qui di-
2 miſſam præbenda fuerit aſſecutus, † cũ penſio ſit onus rea
le. c. niſi eſſent. de præb. & ibi no. doct. ideo dixit Felin. in
c. ad audientia. el ij. de reſcrip. col. v. quod ſi beneficiũ gra-
uatũ in ſolutione annuæ penſionis trãſiret ad mile perſo-
nas ſemper tranſit cum ſuo onere, & ſucceſſorem grauat:
vt etiam dicit Paul. de Caſtr. in conſil. ſuo cccxxxviij. incip.
quia exceptiones. & Roma. in conſil. ccclxxxviij. incip. in ca-
ſu propoſitæ, & dixi ſuprà q. xlj. & q. xlj. tali enim caſu poſ
ſidens præbendam in eccleſia, ſi illam dimittat & aliam
optet actualiter, & realiter diſtinctam à præbenda dimiſſa,
dicitur conſequi nouum canonicatum, quia prior, cano-
nicatus remanet cum præbenda dimiſſa, & ſic cõſequitur
nouum canonicatum realiter, & actualiter diſtinctũ à pri-
mo quẽ dimiſit: probatur in c. literas. de conceſ. præbẽ. &
in Clem. ſi iuxta. de præb. & & ita per prædicta iura cõclu
dit Rota, deciſ. cccclxx. incip. quæritur quanti temporis,
3 col. ij. in nouiſ. † Secundò vero caſu, quando ſunt præben-
dæ indiſtinctæ, loquendo de præbendis temporalibus non
de præbendis, vt ſunt tituli beneficiales: & tunc per optio-
nem nec præbenda nec canonicatus, vt ſunt tituli bene-
ficiales dimittuntur: imo re vera canonicatus & præben-
da canonicalis prius habiti, retinentur, & ſolùm præben-
da temporalis, id eſt terrenum pro portione fructuum
canonico aſſignatum. & ſic ſola temporalitas dimittitur: vt
dicunt domini de Rota in præallegata deciſ. col. ij. verſ.
Secundo caſu. & tunc licet præbenda conſiſtat in certo
fundo, ex quo ille non eſt perpetuò annexus illi canonica-
tui, & præbendæ canonicali, dicendum erit quòd cũ pen-
ſio fuerit aſſignata ſuper fructibus canonicatus & præ-
bendæ, quos puta Sempronius obtinet, quòd cum primũ
ille fundus deſinit eſſe præbenda illius canonicatus, eo ca-
ſu ſuper illius fructibus amplius penſio non debetur: per
no. in d. c. niſi eſſent. faciunt ea quæ tradit Paul. de Caſt. in
præalleg. conſil. cccxxxviij. vbi dixit quòd quando fundus
deſinit eſſe beneficij illius fructus amplius ad penſionem
4 non ſunt obnoxij. † Si verò per capitulum non aſſignantur
certæ & determinatæ præbẽdæ cõſiſtẽtes, in certo & deter
minato corpore, ſed detur vnicuique canonico per procu
ratorẽ, ſeu caniparium capituli certa diſtributio: in bladis

Universidad de Deusto
Biblioteca



aut pecunia cõſiſtens,& ſic optio nõ facit cẽſeri nouũ be-
neficiũ aut præbẽdam,vt prębenda eſt titulus beneficialis:
& tũc optans ſimiliter nõ euadet onus ſolutionis penſio-
nis:quia per optionẽ non conſequitur nouũ beneficium:
vt tradũt domini de Rota in d.deci.CCCCLXX.Ex quo-
rum dictis deciditur præſens quæſtio. Et prædicta proce-
dunt ſiue ius optandi ex ſtatuto inducatur ſiue ex conſue-
tudine:quia idem eſt no.in c.fi.de conſu.in vj.in gloſ.iij.in
fi.†Et poteſt Epiſcopus facere ſtatutũ, de optando in ec-
5 cleſia.vt per Butr.in c.fi.de conſue. quod procedit quan-
tum ad beneficia ſpectantia ad eius collationem:ſecus in
aliis: ne facto Epiſcopi ius aliorum lædatur: vt dixit Mi-
lus in ſuo eleganti repertorio.in verſ. Conſuetudo & ſta-
tutũ.†Optandi autem cõſuetudo inducitur per annos de
6 cem:vt tenuit Ioan.Andr.in d.c.fi.de conſ.in vj.hoc tamẽ
procedit,quãdo per talẽ conſuetudinem agitur de muta-
tione portionum canonicalium eccleſiæ,in qua non eſt di
ſtinctio corporum præbendarum:ſed bene portionum ad
tempus.†Secus quando agitur de mutatione præbẽdarũ,
7 quæ habent certos redditus perpetuos,& cuilibet canoni
catui eſt annexa ſua præbenda perpetuo: vt eſt in eccleſia
Paduana & aliis:nam tunc requiruntur anni xl. ad indu-
cendam talem conſuetudinem:vt latè per Belleme.deciſ.i.
& deciſ.lxiij.& vide per Felin.in c.ſtatuimus. de maior. &
obed.& Rot.deciſ.ccccix.in nouiſ.†Nec tollitur talis con-
8 ſuetudo optandi inducta in aliqua eccleſia per non vſum
per longum tempus:vt decidit Ioan.And.in d.c.fi.cum ca-
nonicis competat per viam facultatis:vt per Franch. in d.
c.fin.de conſuet.in vj.in ij.col. vbi dicit ſecus eſſe quando
talis non vſus inductus fuiſſet per contradictionem alte-
rius partis illam conſuetudinem impugnantis: nam tunc
tolleretur illa prima conſuetudo, per contrariam con-
ſuetudinem tanto tempore obſeruatam,quantũ require-
batur ad dictam conſuetudinem inducẽdam. Allegat Inn.
in c accedentibus de priuil.†Sciendum tamẽ eſt,quòd op-
9 tandi conſuetudo locum non habet in præbendis,ſpeciali
ter reſeruatis,& per Papam collatis: vt per Archid. in d.
c.fi.& ibidem Ioan.And.Franch.& alij per tex. in c. vt no-
ſtrum.de appel. & de hoc videndus eſt Lapp. in alleg. ſua
lxxxiiij.incip.dominus Papa gratioſè conceſſit. vbi bene
diſtin



10 diſtinguit,eum videre poteris.†Nec ſimiliter locum habet
talis conſuetudo in beneficiis vacãtibus in curia Romana.
caſus eſt in d.c.fin.de conſ. in vj.& dicit Rota deciſ. CC-
XCVj.incip.ſicut canonicatus in nouis:quòd ſicuti canoni-
catus & præbenda in curia vacantes, per obitum alicuius
non poſſunt optari vigore conſuetudinis ita nec groſſi
fructus obtenti,per canonicũ defunctum in Curia, etiã ſi
illi groſſi fructus redirent ad capitulum:quod dicit decla-
11 ratum fuiſſe per Gregorium Papam vj.† Limito tamen
quod dictum fuit,optionem locum non habere in benefi-
ciis in Curia vacantibus,non procedere, quãdo infra mẽ-
ſem à die vacationis Papa non contulit canonicatum, &
præbendam in Curia vacantes.Ita voluit gloſſ. in d.c.fina
quam ſequitur ibidem Frãch.in §. in præbendis. vide do-
mi.in d.§.verſicu.Quid ſi papa.facit text.in c. ſtatutum.de
12 præbend.in vj.† Secundò talis conſuetudo locum nõ ha-
bet quando mandatur per Papam alicui prouideri de ma
iori præbenda cum vacauerit in certa eccleſia,in qua ſunt
& maiores,& minores præbendæ, non obſtantibus ſtatu-
tutis,& conſuetudinibus illius eccleſiæ cõtrariis quibuſcũ-
que,& præſertim illis, quibus cauetur quòd nullus habe-
re poſſit maiorem præbendam, niſi primo minorem ha-
beat,& ad eam gradatim aſcendat.Ita decidit Rota deciſ.
13 ccc.incip.Si mandetur alicui prouideri in nouiſ. † Ter-
tiò dicta conſuetudo locum non habet quo ad Apoſtoli-
cos impetrantes quibus non præiudicat:ſed ſolum locum
habet illis non extantibus,ita decidit Rota deciſ. CCXIX.
incip.Nota quòd ſecundum c.cum in tua.& iſta fuit com-
munis opinio dominorum Rotæ quæ procedit propter
14 clauſulas derogatorias,quæ in literis ponuntur. † An au-
tem optio locum habeat in illis præbendis, quæ vacant
per permutationem.Ioan.And.in d.c. fina.de conceſ.in vj.
tenuit quòd ſic:quem ſequitur ibi domi.& Petr. de Anch.
Contrarium autem videtur tenere idem Ioan.And.in ad-
dit.Specu.ſuper rubri.de rerum permuta. quem ſequitur
Ioan.de Lign.in d.c.fina.& Feder.de Senis, in tractat. de
permutat.benefi.q.xxviij. & in conſil. ſuo LIX. Idem te-
nuit Petr.de Vbaldis,in tracta.ſuo.de permuta. benefic. q.
vlti.Imol.tamen in c.fina.de rerum permuta.col.xx.Con-
cordando dictas opiniones dicit,quòd aut permutatio fit

propter vtilitatem permutantium, & tunc locum habet
optio: quia talis permutatio ambitioſa videtur: & ſic re-
ſtringendã. Quando verò fieret permutatio propter vti-
litatem eccleſiarũ, quod tamen raro fit temporibus no-
ſtris, & eo caſu dicit Imol. locum non habet optio: quia
tunc permutatio eſt amplianda, quia fauorabilis. Iſta di-
15 ſtinctionem ſequitur Franchus in d.c.fin.† An autem ex-
communicatus optare poſſit, Rota deciſ. c x c v. incipien.
Acceptatio facta. tenuit quod ſic: quia optio non videtur
eſſe noua collatio, vt per Archid. & alios in d. ca. fina. & ad
tex. in c. referente. de præben. vbi videtur expreſſum, quòd
excommunicatus non poſſit optare. Reſpondet, quòd ibi
per optionem acquirebatur ius in re & videbatur noua
collatio, ſiue nouus titulus. Cõtrarium autem videtur de-
cidi in dicta Deciſ. in vltima additione: vbi dicitur, quòd
Petrus de Peruſio in d.c. referente, tenuit per illum text.
ius optandi nõ competere excommunicato, niſi prius ab-
ſoluatur, etiam loquendo in terminis dicti c.fi. de conſue.
in vj. Prima tamẽ opinio magis placet, quã tenuit Domi.
in d. cap. fina. & ibidem Franch. & eſt communis, quæ illa
ratione potiſſimum ſuſtentatur, quia omnes concludunt,
quod optio quæ fit iuxta terminos dicti ca. fi. non dat no-
uum titulum & nouum ius, nec habet vim nouæ collatio-
nis: de quo etiam per Anchar. in d. cap. fina. hanc opinio-
nem tenuit etiam Rot. deciſ. I I I. in rub. de ſententia ex-
communica. in recol. Biſgnetti. Et Pariſius nunc meritiſſi-
16 mus Cardinalis, in c. dilecti. colum. j. de excep.† Quid au-
tem ſit quando cõſuetudo vel ſtatutum dat optionẽ præ-
ſentibus tantum: An abſentes exiſtentes in ſeruitiis eccle-
ſiæ vel Papæ, tunc optare poſſint? Archid. in d.c. fin. tenuit
quòd non, & mouetur, quia conſuetudo talis, eſt ſtricti
iuris, ideò non debet extingui. l. j. C. de emancipat. liber. &
dicit idem tenere Ioan. de Ligna. ibi. ſed Ioan. Andr. con-
trarium ibi tenuit. Tu vide Franch. ibi. col. iij. verſic. quid
autem ſi conſuetudo. & circa iſtam materiam optionis
vide plura quæ tradunt Doct. in d.c. fi. de conſ. in vj. & Ioã.
de Selua Vltramontanus, in tracta. ſuo, de benefi. in tertia
parte. q. xxxvj. & Milus in ſuo eleganti repertorio. in ver-
bo conſuetudo.





## Excommunicatus qui fructus beneficij non percipit propter excommunicationem, an penſionem ſoluere teneatur.

QVÆSTIO LXIIII.

1 *Clericus excommunicatus fructus beneficij percipere non debet.*
2 *Excommunicatus quo ad onera ſubeunda & ſoluenda, pro non excommunicato habetur.*
3 *Bannitus ſua culpa tenetur ſoluere onera, licet fructus non percipiat.*
4 *Nobilis propter delictum nobilitate priuatus, tenebitur tamen ad onera.*
5 *Contumax in reſpondendo, habetur pro confeſſo, poſtquàm eſt iuſſus reſpondere quando confeſſio ad eius damnum tendit.*
6 *Clauſula rato manente pacto, non prodeſt frangenti pactum.*
7 *Excommunicatus, non eſt exemptus ab officio, ſed illud dicere tenetur.*
8 *Suſpenſus non percipiens fructus beneficij, ſua culpa penſionem ſoluere tenebitur.*
9 *Clericus excommunicatus ſua culpa, qui propterea fructus beneficij non percipit tenetur tamen ſoluere charitatiuum ſubſidium.*

SExageſimo quartò quæro, vtrum excommunicatus, qui
propter excommunicationem fructus beneficij non
percipit, penſionem ſoluere teneatur. In hac quæſtione
1 dicendum videtur, † quòd cum clericus beneficiatus ex-
communicatus, fructus beneficij percipere non debeat.
c. paſtoralis. in fine. & ibi Doct. maximè Innocen. de appel.
not. gloſ. in capit. ſtudeat. l. diſtinctione. Archidia. in capi.
ad hæc. xxxij. diſtinct. habetur per Hoſtien. in rubri. de ſen
ten. excommunicatio. §. quis ſit effectus. circa principium,
in ſumma: & cum penſio ſolui debeat ſuper fructibus be-
neficij, excommunicatus qui illos non percipit, videtur
quòd ad ſolutionem penſionis non teneatur. Contrariam
autẽ partem veriorem eſſe de iure arbitror: faciũt ea quæ
voluit Bart. in l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infec. dum
dicit, quòd ſacerdotes Vltramontani qui excommunicati
fructus beneficiorum non percipiunt, tenentur tamen cẽ-
ſum ſoluere, ſi culpa ſua excommunicati ſint: nam tunc à

Universidad de Deusto Biblioteca

cenſus ſolutione, non excuſantur.l. ſi merces.§. culpæ.ff.
locat.facit iuris regula, Damnũ quòd quis ſua culpa ſen-
tit.de regu.iur.in vj.opinio.Bart.ſequitur Pau.de Caſt.in
2 dicto §.damni.facit, † quia excõmunicatus quo ad onera
ſoluenda,& ſubeunda habetur pro non excommunicato.
c.ſi verè.de ſenten.excommu.c.intelleximus.de iudi.not.
per Innocen.in d.c.intelleximus. vbi Doct.& in c. veritas.
de dolo & contuma.Ad idem facit quod volunt Doct.in
3 d.§.damni.poſt Bart.vbi tenent † quòd bãnitus ſua culpa,
qui fructus ſuorum bonorum nõ percipit: tamen tenetur
ſoluere onera.quod etiam voluit Bald.in l.ſi quis. in fine.
C.ſi propter publi.penſ.& idem Bald.in l.ſed & milites.§.
ſi ignominiæ cauſa.ff.de excuſat.tutor.& Paul.de Caſt.in
d.§.damni.& Alber.in l.princeps bona.per illum text.cum
gloſ.ff.de verbor.ſignificat.licet Romanus,in ſuo conſilio
LXXIII.incip. circa primum nulla videtur: contrarium
tenere videtur indiſtinctè loquendo:cuius opinionem in-
telligo procedere, quando fiſcus occupaſſet omnia bona
4 banniti:& ita ſentit ipſe Romanus,in prin.d.conſilij. † Fa-
cit etiam pro dicta deciſ.id quod notanter voluit Bart.in
l.j.C.de infami.lib.x.& in l.j.de dignitat.C. lib.xij. & not.
per Bald.poſt Dyn.in l.ſi quis ſolidum.ff.de hæred. inſtitu.
vbi dicunt, quòd ſi nobilis propter delictum, nobilitate
priuetur,tenebitur tamen ad onera, & collectas poſt pri-
uationem,ad quas cæteri nobiles tenentur:ſolũ enim no-
bilitate quo ad ſui cõmodũ priuatur, non autem quo ad
eius incommodum.Ad idem facit quod voluit glo.in §.ſi.
5 in c.ij.de confeſ.in vj.quæ dixit, † quòd contumax in re-
ſpondendo,habetur pro confeſſo, poſtquàm eſt iuſſus re-
ſpondere: ſi illa confeſſio tendit ad eius damnũ, ſecus ad
eius commodum. Ad idem facit quod voluit Bal.in l.cum
6 proponas.la ij.C.de pact.vbi dixit † ꝗ clauſula rato ma-
nente pacto, non prodeſt frangenti pactũ,ſed alteri parti
tantum.facit etiam quod dixit Cardin.in clement.j. in vj.
oppo.de regul.vbi voluit quòd priuatus loco,in c. non eſt
priuatus quo ad onera.arg.tex.in c.reprehenſibilis.in ver
bo capituli diſciplina.de appel.† Ad idem facit quod vo-
luit Cardi.in loco præalleg.vbi dixit, quòd excõmunica-
tus non eſt exemptus ab officio:quia illud dicere tenetur.
alleg.tex.in c.pro illorum.de præben.vbi geſta ab excom-
mun



municato,valent in eius incõmodum. Facit quod voluit
Bar.in l.tutela.§.Item.ff.de capi.dimi.vbi dicit quòd licet
exbannitus deſinat eſſe ciuis,intelligitur quo ad ſui com-
modum nõ quo ad incommodũ. Et dixit Card.in c.Ioan.
de teſta.quòd licet executor vltimæ voluntatis ſi fuit ne-
gligens per annũ cadat ab officio exequendi.c.nos quidẽ.
de teſtam.tamen in eius odium poteſt epiſcopus ſi vult il-
lum cõpellere ad exequendum, quia eius negligentia ſibi
proficua eſſe non debet.Facit etiam quod no.Bald.in l. cũ
quis.C.de nat.libe.& in authen.habita.C.ne fil.pro patr.
facit etiam tex.ad hoc elegans in l.actione.§.item qui ſo-
cietatem.ff.pro ſoc.vbi renuncians ſocietatem ante tem-
pus conuentum,remanet ſocius quo ad damna, non au-
tem quo ad lucrum. Et ad hoc propoſitum faciunt plura,
quæ accumulat copioſè Barba.in c. intelleximus.col.ij. de
iudic.& ibidem Feli.col.j. qui reprobant dictum Bal.in c.
dilectus.el j.de reſcri.vbi Bal.dixit: ꝙ ſi fuit factum procla
ma, quòd quilibet iret ad exercitũ,quòd bãniti ab illa ci-
8 uitate non tenebuntur ire ad exercitũ. † Hoc idem quod
dictũ fuit de excõmunicato, dicendũ eſt in ſuſpenſo, qui
durãte ſuſpenſione, percipere non debet fructus benefi-
ciorum: vt voluit glo.& ibi Butr.in c.cum bonæ.de æta.&
qualit.Inno.in c.ſicut.de cohabit.cleri.& mulie.& doct.in
d.c.paſtoralis.Comprobatur prędicta cõcluſio ex his quæ
9 voluit Bellenc.in tract.ſuo,de ſubſid.charit.q.xxxiij.† vbi
decidit, quòd clericus excommunicatus ſua culpa qui fru
ctus beneficij non percipit, teneatur tamen ſoluere cha-
ritatiuum ſubſidium.Præmiſſam tamen concluſionem in-
tellige procedere ſi clericus excõmunicatus retinet poſſeſ-
ſionem beneficij, per ea quæ voluit Paul.de Caſtr.in d.§.
damni.& ibi Bart.Secundo intellige dictam concluſionem
procedere,ſi ſententia excõmunicationis fuit iuſta: ſecus
ſi fuit iniuſta. Ita voluit Bellenc. in d.ſuo tract. de ſubſid.
charit.q.xxxiij.in fin.loquens in clerico iniuſtè excommu-
nicato,qui fructus beneficij non percipit: vt non teneatur
ſoluere charitatiuum ſubſid.alleg.not.per Ioan.And.in c.
olim.el iij.de reſtitu.ſpol.& in c.cum dilecti. de iis quæ vi
metúſque cauſa fi.& prædicta procedunt, quicquid dixe-
rit gl.in d.§.damni.quæ contrarium videtur tenere:& ibi-
dem à doct.reprobatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## Eccleſia quæ vacat, vel quaſi vacat, ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, an teneatur ad illius ſolutionem?

### QVAESTIO LXV.

1 *Penſio eſt onus reale, annexum beneficio.*
2 *Iconomus eccleſiæ quæ vacat, penſionem ſoluet.*
3 *Eccleſia vacans, an iudicialiter conueniri poſſit ad ſolutionem penſionis.*
4 *Eccleſiæ vacanti datur curator, cum quo iudicium agitatur.*
5 *Papa ſolus poteſt curatorem dare eccleſiæ cathedrali.*
6 *Epiſcopus poteſt dare curatorem eccleſiæ inferiori.*
7 *Penſio reſeruata ſuper fructibus monaſterij, mortuo Abbate vel priore, per quem ſolui debeat.*

SExageſimoquintò quæro, ſi eccleſia, ſuper cuius fru-
ctibus eſt appoſita annua penſio, vacet vel quaſi vacet,
vtputa quia epiſcopus ſeu illius rector captus ſit à paga-
nis iuxta text.in capit.ſi epiſcopus.de ſupplen.negli. præ-
lat.in vj.An ipſa eccleſia ad ſolutionem penſionis tenea-
tur:& quomodo fiet exactio talis penſionis? In hac quæ-
ſtione videtur prima facie dicendum, quòd eccleſia vacās
vel quaſi vacans,non teneatur penſionem ſoluere: quia in
literis reſeruationis huiuſmodi pēſionis, grauatur rector
eccleſiæ,& eius ſucceſſor ad illius ſolutionem, & non ec-
cleſia:vt in c.niſi eſſent.de præbend.verba enim literarum
ſunt talia.Penſionem annuam ducatorū,puta viginti auri
de camera,ſuper fructibus,redditibus & prouentibus ec-
cleſiæ talis per Semproniū eius Rectorem, & ſucceſſores
ſuos in dicta eccleſia,annis ſingulis perſoluendam.Cōtra-
riam tamen partem veriorem de iure arbitror,quòd imo
1 tali caſu,eccleſia tenebitur ad ſolutionē penſionis.†Con-
ſtat enim quòd penſio eſt onus reale annexum ipſi eccle-
ſiæ, & ab illius rectore intuitu ipſius eccleſiæ debetur: vt
per Pau.de Caſt.in conſil.ſuo CCCXXXVIII.incip.quia
exceptiones.in j.volum.colum.vlt.ſequitur Felin.in cap.ad
audientiam.el ij.de reſcript. Hinc eſt quòd viuēte penſio-
nario etiam ſi beneficium ad mille manus trāſiret,ſemper
is qui pro tempore beneficiū poſſidet, ad ſolutionem pē-
ſionis tenetur: faciunt dicta ſuprà q. xl. & facit text.in c.



præſenti.§.porro.iuncta gl.ibi in verbo oneribus.de offi.
2 ordi.in vj.†Quomodo autem fiet tali caſu exactio pēſio-
nis,dicendum eſt,quòd iconomus ipſius eccleſię grauatę,
penſionem ſoluere debebit,& ipſe cōueniri poterit.Facit
tex.in c.charitatem. xij.q. ij.vbi patet quòd ſolutio one-
rum incumbentiū eccleſię ea vacante fit ab iconomo.Ita
etiam decidit in ſolutione charitatiui ſubſidij Bellenc. in
3 tract.ſuo de ſubſid.chari.q.vij.in j.parte.†An autē eccle-
ſia vacās iudicialiter cōueniri poſſit ſuper ſolutione pē-
ſionis.Dicendum videtur quòd nō:quia iudicium agitatū
cum eccleſia vacāte,regulariter nullū eſt.c.ſi.ne ſed.vacā.
dicas tamē in hoc articulo ex mente doctorum in d. c.ſi.
q ſi eſſet de proximo eccleſiæ vacāti de Rectore prouidē-
4 dū,nouus Rector expectādus eſſet.†Si verò vacatio diuti-
na eſſet, tūc eccleſiæ curator dari poterit cū quo iudiciū
agatur.l.j.& ij.ff.de cur.bon. dan. & dabitur vacāti eccle-
ſiæ viſitator.c.obitū.lxj.diſt.Ita voluit Inno.in c.j. ne ſed.
5 vacan.quē Abb.ſequitur in d.c.ſi.col. j.in fine.†Vbi dixit
quòd ſolus Papa curatorem dare poterit eccleſiæ cathe-
drali,& eius bonis quo ad effectum agendi:adducit text.
in argumentum in c.is cui. de elect.in vj. & text. in c. pa-
6 ſtoralis.de offic.ord.† Si autē ſumus in eccleſia inferiori,
epiſcopus poterit curatorem deputare,quia epiſcopus in
eccleſiis nō collegiatis quarum vacatio eſt diutina agere
& defendere poteſt.c.fin.de ſucceſ.ab inteſt.Si autem ec-
cleſia grauata penſionis onere ſit collegiata, & tunc ſi va-
catio eſt diutina,capitulum ad ſoluendū penſionē conue-
niri poterit. Nam tali caſu, capitulum agere poteſt pro
ipſa eccleſia cum cōſenſu tamē epiſcopi ordinarij:vt vo-
luit Abb.in d.c.ſi.faciūt ad prędicta,quæ latè tradit Imo.
7 in d.c.j.in v.& vj.col..ne ſed.vacant. † Si verò penſio eſſet
reſeruata ſuper fructibus alicuius monaſterij, habentis
Abbatem,vel priorem,& conuentum eo caſu,quia mor-
tuo Abbate,conuentus habet monaſterij adminiſtratio-
nem,& omnium rerum:tunc ex quo cōuentus poteſt iu-
dicium inſtituere,& per ſeipſum agere:vt tenet Innoc. in
c.cum dilectus. de conſuetu. & Cardin. in clement. ne in
agro.§.Abbate.de ſtat.regu. q.ij.cum quatuor ſequenti-
bus,& ibidem Lapp.& idem in clem. ſtatutum. de elect.
quos refert & ſequitur Ioan.Franc.Pauinus, qui fuit au-
ditor

ditor Rotæ in tracta.ſuo,de offi.& poteſta. capi. ſede va-
can.in vj.prgludio.verſ.ſexta ſedes:ideò tali caſu conuen-
tus conueniri poterit ad ſolutionem penſionis.

## Penſionarius cui reſeruata ſuit penſio libera ab omni onere,an teneatur ad onus inſolitum.

QVÆSTIO LXVI.

1 *Dictio quodcunque includit omnimodam generalitatem.*
2 *Clauſula generalis ſequens renunciationem quorundam caſuum fortuitorum,includit ſimilia expreſſis.*
3 *Caſus fortuiti inſoliti,non comprehenduntur in generali renunciatione caſuum fortuitorum.*
4 *Vendito ſrumento pro pretio,tali tempore currente ſi tempore ſolutionis fiendæ pretium currens erit exceſſiuum illud non debitur.*
5 *Promittens expenſas ſoluere tenetur ad ſolitas, non inſolitas.*
6 *Bartoli magna eſt autoritas.*

SExageſimoſextò quæro,vtrum penſionarius,cui reſer-
uata fuit annua penſio, ſuper fructibus alicuius bene-
ficij,libera & exempta ab omni onere decimarum ſubſi-
dij charitatiui,& quocunque alio onere teneatur contri-
buere ad onus impoſitum,ſuper fructibus beneficij inſo-
litum,& inconſideratum.In iſta quæſtione videtur prima
1 facie† dicẽdum quòd ſic:quia illa dictio Quocũque, in-
cludit omnimodam generalitatẽ,ideò vbicũque apponi-
tur,ſi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. c.
ſolitæ benignitatis.prope finem,de maior.& obed.& ibi-
dem not.Abb.in vltimo no.& dixi ſupra quæſtio.xix.nu-
mero 2.Contrarium tamen dicendũ de iure arbitror.Ad
quod facit doctrina Bartoli in l.ſed & ſi quis. §. quæſitũ.
2 ff.ſi quis caut.†Vbi voluit,quod clauſula generalis ſequẽs
renũtiationem quorundá caſuum fortuitorũ de ſimili-
bus expreſſis intelligatur,nõ grauioribus. Ad idem facit
quod dixit Antonius de But.in capitulo quintavallis. col.
xxiiij.ibi hæc vera de iur.iuran.vbi dixit, quod clauſula
compromiſſi dans facultatem arbitro lædendi in quanti-
tate magna & quacunque alia generalitate,intelligitur in
non multum maiori.Ad idem quod voluit Ange.in con-
ſilio. CLXXIIII. incipiente,præmittendũ eſt,vbi dixit,quòd
ſi



ſi quis obligauit ſe de euictione , ſiue res de iure ſiue de
facto vel quocunque alio modo euincatur , non tamen
erit obligatus ſi iudex de facto,ordine iuris non ſeruato,
illum cui facta fuit obligatio , condemnet : non videtur
enim inter partes de actu tam extraneo cogitatum:facit
pro hac parte tex.elegãs in l.ſi ſtulas.§.frumenta.ff.de cõ-
3 trahen.empt.†Per quẽ text.Bar.in d.§.quæſitũ,ad finem,
dixit,quòd ſub generali clauſula caſuum fortuitorũ, non
venit caſus fortuitus inſolitus.Idẽ dixit Bald.in l.j. C.de-
poſi.& Bal.& Sal.in l.licet.C.locat.Butr.in c.j. de cõmod.
& ſequitur Alex.in conſi. XXVIII. col.penult. verſic.ſed his
non obſtantibus.in.j.vol.& in conſi.CLXXIII.incipiente,vi-
ſis & accuratè.col.pen.verſi.his nõ obſtantibus. in.ij.vol.
& Bald.in l.falſus.col.vlt.circa medium.C.de furt.& hanc
partem tenuit etiam Alex. conſil. CVIII. incip. perſpectis
verbis inſtrumenti.in iij.vol.col.pen. & Iaſ.in d. l.ſed & ſi
quis.§.quæſitum.col. pen.ff.ſi quis cau. vbi defendit Bar-
toli opinionem ab obiectis Rom. Pauli de Caſt. & Alex.
ibidem : qui tenuerunt contra Bart. pro cuius opinione,
adducit text.in l.ſcio.§.medico.ff.de annu.leg.quem etiã
adducit Feli. in c.ſedes.col.ij.verſi.quod generalis ſermo.
de reſcript. & cum Barto. tranſeunt magis communiter
4 doc.pro cuius opinione†facit quod voluit Imol.in l.pre-
tia rerum.col.vlt.ff.ad l.falc.vbi tenet,quod ſi ſit venditũ
frumentum , & promiſſum pretium currẽs tali tempore,
ſi tempore ſolutionis fiendæ eſſet chariſtia inſolita non
exiſtens,nec cogitata tempore contractus, non audietur
venditor volens pretium illius temporis:quod tamẽ ibi-
dem impugnat Alex.qui tenet contra Bart.Ad idem facit
quod voluit Angel.in.§.oportet.in authent. de iudic.per
5 gl.ibi quam ad hoc reputat notandam. † Vbi dixit quod
qui promittit ſoluere expenſas,tenetur ad expenſas ſoli-
tas & moderatas,nũ autem ad immoderatas,& propter-
ea dicebat Ang.hoc notandum eſſe pro ſtatuto peruſino
dictante, quod ſi aliquis promiſerit pro debitore , & de-
bitor non ſoluat , poteſt promiſſor capere pecuniam ad
vſuram,vt ſatisfaciat creditori,& quaſcunque vſuras ſol-
uerit , repetet à debitore. Tale enim ſtatutum intelligi
debet de vſuris moderatis , non de immoderatis. Plura
pro iſta parte adducit Feli.in d.c. ſedes. col. iij. cum qua
videtur

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



videtur tranſire,& tutum non eſſet in practica recedere
ab iſta opinione Bart.cum qua videtur etiam ſentire Bal.
in c.cum olim.de conſu.& in cap.quoniam frequenter.in
prin.col.pen.vt lit.non conteſt.& Cuma.in d.l.ſcio.§.me-
dico.ff.de ann.leg.eſt enim magne autoritatis Bar.vt ſcri-
bit Claud.in reperi.l.vt vim.colum.vlt.ff.de iuſti.& iur.&
Iaſ.in l.quidam cum filium.ff.de verb.obli. & in l.ſi ex le-
gati cauſa.eo.tit.vbi dixit,quòd Bart. veſtigia ſemper a-
dorat.& dicit Curt. iunior conſi. v. col. xiij. & conſi.xii.
col.iiij.quod Bart.eſt ſpeculum & lucerna iuris ciuilis, &
quòd omnes ipſum venerari ſolemus,& vt ducem optimũ
ſequi.& refert Caccialup.in tract. ſuo de modo ſtudendi
quod in Hiſpania & Luſitania Regio decreto ſancitum
eſt,quod in caſibus in quibus docto.varij ſunt opin.Bart.
6 præualeat.†Et ex prædictis concludo,quod penſionarius
qui habent penſionem exemptam ab omni onere deci-
marum ſubſidij charitatiui,& quocunque alio onere,nõ
erit exemptus ab onere inſolito & non excogitato. Et
propterea cum de hoc ſæpe fuerim cõſultus, ita reſpõdi.
Erit tamen cautela, quòd in literis reſeruationis annuæ
penſionis, dicatur à quocunque onere tam ſolito, quam
inſolito,& tam excogitato, quam non:quacunque auto-
ritate etiam laicali impoſito & imponendo:quo caſu pẽ-
ſionarius erit tutus & immunis à ſimilibus oneribus.

## Clericus in impetratione beneficij,an mentionẽ facere debeat de penſione?

### QVAESTIO LXVII.

1 *Clericus tenetur facere mentionem de penſione ſibi aſſignata in titulum beneficij.*
2 *Clericus de penſione quam habet in ſtipendium, nõ tenetur facere mentionem.*
3 *Clericus de praſtimoniis in ſtipendium datis, mentionem facere non debet.*
4 *Clericus de penſione ſibi aſſignata loco beneficij,mentionem facere tenetur.*
5 *Clericus pauper impetrans in forma communi,non tenetur facere mentionem de penſione quam percipit à laico.*
6 *De reddito qui non vacat morte impetrantis, fienda non eſt mentio.*

7 Clericus



7 *Clericus impetrans in forma pauperum,tenetur facere mentionem de penſione quocunque titulo illam habeat.*
8 *Gratia in forma communi gratiæ,eſt fauorabilior gratia in forma pauperum.*
9 *Quantitas penſionis exprimi non debet, vbi de ea fieri debet mentio.*
10 *Expreſſio valoris in impetrationibus,introducta eſt per regulas cancellariæ.*
11 *Penſio an comprehendatur ſub verbis, quodcunque beneficium.*
12 *Penſio & beneficium in regulis cancellariæ, vt diuerſa ponũtur.*
13 *Penſio non vacat,ſed extinguitur.*

SExageſimoſeptimò quæro, vtrum clericus impetrans
beneficium,mentionẽ facere debeat de penſione quã
percipit ſibi reſeruatam ſuper fructibus alicuius benefi-
cij,menſæ vel dignitatis. Iſtam quæſtionem tangunt doc.
in cle.ij.de offi.ordi.vbi Card.q.ix.& Imol.ibidem, col. j.
verſi.An impetrans. & Milus in ſuo repertorio, in verbo
gratia,verſic.xvj.& Calder.conſil.vj.in tit. de præbend.&
iſtam quæſtionem tangit etiam Caccialup.in tract.ſuo de
penſ.q.xxvj.ex quorum dictis elicio infraſcriptas conclu-
1 ſiones.†Prima quod ſi penſio ſit clerico aſſignata in titu-
lum beneficij,vt habetur per Abb.in cap.conquerante.in
iij.not.de cle.non reſid.& dixi ſupra q.j.& q.xxj.& xxviij.
& tunc de tali penſione eſt fienda mentio in impetratio-
ne beneficij,aliàs impetratio eſſet nulla,vt p Card. Imol.
& cæteros in d.clem.ij.de offic.ord.Calder.in d.conſi.vj.
Et Cardin.in c.poſtulaſti.colum.penult.verſic.ij.quæro,&
ibidem Imol.col.ij.verſic.Secundò poteſt quæri.de reſcr.
vbi refert id tenuiſſe Goffredum, hanc etiam opinionem
tenuit Butr.in d.c.poſtulaſti.col.j.verſ. Quæritur aliquis:
& eſt opinio communis doctor.quam ſequitur Io. Andr.
in c.ſi motu proprio.in verſic.beneficium.de præbend. in
2 vj.†Secunda erit concluſio,quod de Penſione quam quis
percipit in ſtipendium ab Eccleſia, vtputa pro pulſando
campanas,aperiendo fores eccleſiæ,vel aliàs pro remune-
ratione laborum in impetratione beneficij, non tenetur
mentionem facere. ita tenuit Paul.& Zenzel. in d.cle. ij.
de offic.ordin.quos ibi refert Cardin.dicens,idem tene-
re Vincent.in c.ſuper inordinata.de præbend. & Archid.
in c.ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca



in c.ſi motu proprio.de præben.in vj. hác opinionem te-
nuit etiam Imol.in d.cle.ij.col.pen.verſi.an impetrans.&
idem Imol.in d.c.poſtulaſti.col.pen.verſi.ij.poteſt quæri.
3 & ibi Card.Butri.& alij:& per Felin.etiam ibidem. † Fa-
ciunt not.per Calde.in d.conſi.vi. de præbend.vbi dixit
quod ſi præſtimonia ſint data alicui in ſtipendium de illis
non eſt facienda mentio ſicuti de titulo patrimonij, ad
quem quis eſt intitulatus,fieri non debet mentio:allegat
not.in c.in noſtra.de reſcript. Iſtam concluſionem tenet
etiam Milus in ſuo repertorio,in verbo gratia.verſic.xvj.
& Domin.in d.c.ſi motu proprio.col.ij.verſi. Sed quid de
habente.& Ioan.Andr. ibidem.col.fin.verſic. Beneficium
& ratio prædictorum eſt:quia talis penſio non eſt benefi-
cium Eccleſiaſticum : quinimo eſt quid mere tempora-
le quod cadere poteſt in merum laicum:vt per Bal.& alios
in c.ad audientiam.el ij.& ibi Fel.col.j.de reſcript. & dixi
late ſuprà q.xxviij. hanc concluſionem ſenſit etiam Cae-
cialup.in præalleg.tract.ſuo.q.xxvj. quam etiam reperio
tenuiſſe Corne.in conſi.xii. incipiente,viſo puncto,in ij.
4 vol.†Tertia concluſio erit,quod de penſione quę aſſigna-
tur clerico loco beneficij, vt decentius ſuſtentari valeat,
vel pro alimentis:& præſertim quando fuit aſſignata, ex
eo quod penſionarius renuntiauit beneficium,ſuper cu-
ius fructibus fuit aſſignata:ſiue quia ceſſit iuri liti & cau-
ſæ,vt fit tota die,& de tali penſione impetrans mentioné
facere tenebitur.Ita procedunt dicta per Innoc.& Com-
poſtel.in d.c.poſtulaſti. de reſcript.vbi indiſtinctè dicunt,
quod ſi quis habeat aliquam penſionem ab eccleſia, de
ea mentionem facere debet:allegant text. in c.poſſeſſio-
nes.xvj.q.j.& text.in d.c.ad audientiam.de reſcr.Ita ſen-
ſit Cald.in conſi.xxx. in tit. de præbend.in fi.vbi Calder.
dixit, quod licet Innoc.generaliter loquatur dicens fieri
debere mentionem de poſſeſſione, reddítu ſeu penſione
habitis ab Eccleſia : tamen intelligi debet, quando talia
habentur loco beneficij, quod ex eo deprehenditur:
quia Innoc. allegat pro fundamento ſuæ deciſionis text.
in d.c.ad audientiam.pro iſta concluſione vide etiam Ol-
dra. conſil. lxxxi. in j.col.Ad vnum tamen eſt aduertendum,
videlicet quod Anto.de But.in d. c. poſtulaſti.col.j.
verſi.quæritur aliquis. & ibidem Petr.de Ancha. in j.col.
verſic



verſic.quandoque quis.ſentiunt quod in d.c.ad audientia.
el.ij.penſio habeatur in titulum:ideò ſit opus de ea men-
tionem facere,nam eorum opinionem arbitror nó eſſe ve
ram,quia ille tex.hoc non dicit,ſed bene probatur ibidé,
quod penſio habita vigore literarum, ad beneficia ſucceſ
ſerat loco beneficij,cum ille renuntiauit illis literis ad be-
neficia,vt haberet penſionem & ſic commodum ſine ali-
5 quo onere.†Quarta erit concluſio, quod clericus pauper
impetrans nó in forma pauperum,ſed in forma commu-
ni non tenetur facere mentionem de penſione,quam à lai-
co percipit,poſito quod ſit ſibi aſſignata,vt titulus benefi-
cij autoritate epiſcopi:talis enim penſio cum extinguatur
cum perſona ipſius,ſi non exprimatur, non reddit gratiá
pauperis impetrantis in forma communi nullam:ſecus ſi
eſſet penſio perpetua iure beneficij conſtituta, quæ eſſet
tranſitoria de perſona in perſonam.Nam eſto, quod talis
penſio non eſſet beneficiú, tamen eius taciturnitas gratiá
vitiaret etiá quod ipſa penſio non eſſet cóſtituta ab eccle
ſia.ita ſiganter decidit Rot.deciſ. ccx. incip.nota quod
pauper clericus in antiquis : & not.in c. ſi pauper. de præ-
bend.in vj. & in c. poſtulaſti. per inno. & Hoſtien. de re-
ſcrip.pro iſta concluſione facit quod not.Felin.in c.in no-
6 ſtra.verſic.xxx.†Correlarium de reſcript. vbi dixit quod
non eſt facienda mentio de aliquo redditu qui non vacat
morte impetrantis,nec habet alteri conferri: ſupra dicta
concluſionem tenet idem Felin.in d.c. poſtulaſti. col.x. in
7 verſic.tertia declaratio.de reſcript. † Quinta erit conclu-
ſio quod impetrans in forma pauperú mentionem facere
tenetur de penſione quocunque modo illam habeat:quia
gratia in forma pauperum fit ad reuelandum pauperem,
ideo ſi tacetur quod quis habeat penſionem,vnde viuere
poſſit,literę erunt ſurreptitiæ quia tunc tale quid tacetur
quo expreſſe,difficilius quis vel ſaltem non in forma pau-
perum,gratiam obtinuiſſet.ita voluit Felin.in c.in noſtra.
verſi.trigeſimum Correlarium.de reſcr. Allegat hoc velle
Domin. in c. poſtulaſti. in lect. & in repet. col. xij. de re-
ſcrip.Hanc concluſionem tenet idem Felin.in d.c.poſtula-
ſti.col.x.verſi.Tertia cóclúſio. & ibidem Ioan. And. ſuper
vlt. gloſſ. & Archid.in d. c. ſi pauper clericus. in princ. de
præb.in vj.Iſtam concluſionem ſenſit etiam Caccialupus

Universidad de Deusto Biblioteca



in d.ſuo tracta.q. xxvj. ad quam multum eſt aduertendũ:
quia aliter videtur ſentire Rota,deciſ. xj. in tit.de præbẽ-
in antiquioribus.vbi decidit quòd impetrans in communi
forma pauperum non tenetur facere mentionem de pen-
ſione annua,ad quã fuit intitulatus ad vitam ſuã ſuper bo
nis cuiuſdã laici, & ad illũ titulũ fuit promotus ad ſacros
ordines : quia talis penſio nõ eſt beneficiũ eccleſiaſticum,
nec titulus perpetuus & ſpiritualis. Nam illo moriẽte ex-
pirabit:ſed ſolum tenetur facere mentionẽ, cum obtinet
beneficium eccleſiaſticum & ſpirituale , præſertim tale,
quod poſt eius obitum eſſet alteri conferendum:& ſubdit
ibi Rota,quòd ita pluries fuit iudicatum,hoc idem voluit
Card.in d.Clemen.j.§.j.verſic.vij.quæro.de ſupplen.negl.
prælat.vbi dicit quòd impetrans in forma pauperũ ſi non
facit mentionem de pẽſione, quam obtinet vti beneficiũ
eccleſiaſticum,eius gratia eſt ſurreptitia : ſecus quando
penſio non eſt beneficiũ eccleſiaſticum. Iſtam opinionem
tenet etiam Franc.in c. ſi pauper clericus.col. ij. in verſic.
in gloſ.fin.de præbend.in vj.dum refert Archid. ibi dicen
tẽ,quòd gratia pauperis eſt ſurreptitia,quãdo pauper im-
petrãs non fecit mẽtionem de penſione quam habebat,ſi
illa penſio eſt ſibi ſufficiens ad vitæ neceſſaria : dicit enim
ipſe Franchus , iſtud eſſe intelligendum quando pauper
impetrans,haberet penſionem vt titulum:aliàs ſecus. Cac
cialupus loco præallegato dicit prædictam Rotæ deciſio-
nem,intelligendam eſſe in gratia in forma communi,hoc
eſt in forma gratiæ communis.Sed iſta intelligentia,eſt de
directo contra tenorem dictæ deciſionis , quæ apertè lo-
quitur in forma communi pauperum , & ſic non poteſt
intelligi in gratia in forma communi gratiæ : eſt igitur
8 opus alio collirio ad ſanandam hanc ægritudinem. † Sed
prima opinio videtur iuridica per rationes ſupra allega-
tas,pro qua facit : quia gratia in forma communi gratiæ
eſt fauorabilior,qua gratia in forma pauperum:vt inquit
Franch.in d.c.ſi pauper clericus.col. j. de præben. in vj.&
Fede,de Senis cõſil. lvj. circa fin. quod patet , quia literæ
gratioſæ non expirant per adeptionem alterius beneficij,
dummodo nõ ſit incompatibile cũ primo,ſecus in literis
in forma pauperũ:quia illæ expirant , ſi impetrans adipi-
ſcatur aliud beneficiũ,etiam cum primo compatibile : ita
voluit



voluit gloſ.in d.cap. ſi pauper clericus. & ibi doct. Qui-
nimo etiam ſi beneficium,quod aſſequeretur pauper cle-
ricus,eſſet minimi valoris , puta x x. ſolidorum, induce-
ret hunc effectum,ſecundum Archi.Ioan.Andr. & Franc.
in d. cap. ſi pauper. Ergo maior expreſſio requiritur in
gratia in forma pauperum , quàm in gratia in forma
communi gratiæ:quod tamen non eſſet , ſi teneremus vl-
timam opinionem ſupra relatam Rotæ in d. deciſ. xj. &
aliorum.Cogita tamen , quia malo probabiliter dubita-
re quàm temerè diffinire. Adde prædictis quod Staphi-
leus , qui fuit auditor Rotæ curiæ Roma. magnus practi-
cus in tract. ſuo de literis gratiæ chart. x x i i. verſi. ex
prædictis etiam colligitur. dicit quòd propter prædictas
doctorum difficultates & opiniones , facta eſt vna regu-
la cancellariæ , qua cauetur quod obtinens beneficia vi-
ginti quatuor librarum , aut alterius ſimilis monetæ , &
ſimiliter percipiens annuam penſionem ſimilis valoris &
ſummæ ſuper fructibus alicuius eccleſiæ , poſſit in forma
communi pauperum literas impetrare , ita tamen quòd
per aſſecutionẽ alterius,aliam dimittere teneatur:& pen-
ſio ceſſet & expiret.vide etiam circa prædictam concluſio-
nem,quę adducit Ludo.Gomes,auditor Rot.in ſuo tract.
gratiarũ expectatiuarum.numero 47.Et ſi cupis plura no-
tabilia videre in materia gratiæ in forma pauperum,vltra
9 adducta per Docto.in d. c. ſi pauper clericus. vide Lap. in
ſua alleg.L X X I X.Et Staphileum loco preallegato.† Sexta
erit concluſio,quod in caſibus,in quibus dictum fuit de-
bere in impetratione beneficij fieri mentionem de penſio
ne,non eſt neceſſe quod exprimatur quantitas penſionis:
nam de iure communi,non eſt neceſſaria expreſſio valoris
in impetratione:vt habetur per Abb. & alios in c. ad au-
res. vbi Felin.col. iij. verſi. Prima concluſio. per gloſ. &
10 Doct.vbi Card.in clem.j.de præben. †Iſta enim expreſſio
valoris,eſt introducta per regulas cãcellariæ, quæ ſunt ex-
orbitantes,& loquuntur de beneficiis eccleſiaſticis , pro-
pterea non videntur extendẽdæ extra caſus,in quibus lo-
quuntur:caſus autẽ omiſſus & nõ comprehenſus,remanet
ſub diſpoſitione iuris cõmunis.l.cõmodiſſime.ff.de lib. &
poſthu.ita ſub dubio decidit Felin.in patrimonio & præ-
ſtimonio,in caſibus,in quibus de eis eſt neceſſe fieri men-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tionem in impetratione:in d.c. poſtulaſti.col. x.circa fi.in
verſic. Sexta & vltima declaratio. de reſcript. cuius dicta
reaſſumpſit Caccialupus,inſupra allegat. tracta.ſuo , de
penſ.xxvj.q.dicens aduertendum eſſe quod in regula can-
cellariæ,de valore beneficiorum exprimendo, dicitur ex-
preſſe valorem quorumcunque beneficiorum exprimi de
11 bere,ergo videtur quod includat etiã præſtimonia & pen
ſiones:per gloſ.in clem.ij.de vita & honeſta.cler. † Tu ta-
men dicas quod per illa verba aliud quodcũque beneficiũ
ſeu quorumcunque beneficiorum,poſita in d. regula Can
cellariæ,non comprehenditur penſio.Nam quotieſcũque
dictioni geminatæ , vt eſt illa quodcũque, adiungitur di-
ctio,alius,alia,aliud,tunc talis dictio quæ aliàs importaret
omnimodam generalitatem:vt in c.ſolitæ benignitatis. iũ
cta gloſ.ibi,de maiorit.& obed. reſtringitur ad ſimilia ex-
preſsis.caſus eſt in l.ſi fugitiui. & ibi gloſ. cõmuniter ap-
probata.C.de ſer.fugit.ita dixit Sozinus, in conſilio ſuo
C I I I I.incip.in caſu cõuentionis.col.j.verſi.primũ proba-
tur , in iij. volum. vbi ad hoc citat aliorum autoritates.
Idem Sozin.in conſil. c x. incip. viſo ſtatuto , & conſilio
xxiij.col.j.& conſi.lxxxvj.col. vlt. in iiij.vol. vide ad hoc
quæ dixi ſuprà q.xix.circa fin.in verſ.quartò facit:vbi opi
nionẽ Felin.& Caccialupi in hoc reprobaui, & tanto ma-
12 gis hoc non procedit in caſu noſtro. † Quia in regulis
Cancellariæ , penſio & beneficium ponuntur vt diuerſa:
vt patet in regula Cancellariæ,de conſenſu præſtando : &
inſuper dicta regula de valore beneficiorum exprimen-
do,loquitur de beneficiis vacantibus.† Penſio autẽ nõ va-
13 cat,cum nõ ſit eccleſiaſticum beneficiũ, ſed finitur morte
pẽſionarij:ſicuti finitur vſusfructus morte vſufructuarij.§
finitur.inſtit.de vſufr.& dixi ſuprà q.j. & licet dicatur in d.
regula.& aliorũ quorũcunque beneficiorũ,intelligitur de
ſimilibus expreſſis,& ſic de vacantibus,per ſupra dicta.

## Penſio conſtituta per epiſcopum cum eius ca-
## pitulo alicui ad vitam,an per ſucceſſorem re-
## vocari poſsit.

QVÆSTIO LXVIII.

1 *Seruitium impenſum ex eo non probatur,quod aſſeratur.*
2 *Donatio ſi fiat alicui propter merita,de meritis apparere debet.*

Pen



3 *Penſio conſtituta pro ſeruitio impendendo,per ſucceſſorem reuo-
cari poteſt.*
4 *Donatio facta alicui per prælatum ob benemerita , meritis. cõ-
menſurari debet.*

SExageſimooctauò quæro , ſi epiſcopus cum conſenſu
capituli conſtituit alicui ad vitam annuam penſionem,
an ſucceſſor illam reuocare poſsit ? Iſtam quæſtionem
tangit Cardin clem. j. q.xix.de reb. eccl. non alien. vbi
refert Laurentium diſtinguentem , quòd aut talis pen-
ſio fuit conſtituta pro ſeruitio vel officio iam impenſo,
aut pro ſeruitio impendendo.Primò caſu decidit , quòd
penſio non reuocabitur quando de ſeruitio iam impẽſo
1 conſtat.† Quod tamen ſeruitium impenſum non proba-
tur ex eo quòd id aſſeratur in literis reſeruationis penſio
nis.Talia enim frequenter ad colorandam gratiam expri-
muntur.l.iubemus.§.ſcientes.C.de ſacroſanc.eccleſ. Nam
merita non præſumuntur,niſi probentur , vt latè deducit
Oldra.conſilio c c x x v j. incipiente , quidam epiſcopus,
2 in fin. † Hinc eſt quòd ſi donatio ſit facta alicui propter
benemerita,de meritis apparere debet , aliter quàm per
confeſsionem donantis.l.ſi forte. & quod ibi not. Bart.ff.
de caſtren.pecul.l.j.§.ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud.patr.
gloſ.& Doct.in l.ſi donationem. C. de collat.Ioan. Andr.
in addit.Specul.in tit. de reb.eccle.non alien.in rubri.Bald.
in l.iubemus.in fin.prin.C.de ſacroſanc.eccle. Alexan.cõ-
ſilio c i. incipiente,viſis inſtrumentis,col. iiij. in j.volum.
& conſil.l v.incip. Conſideratis verbis. col.ij.eod. volu.
Decius in l.ſi donatione.C.de collat.idem conſi.x x. incip.
in cauſa illorũ.in j. vol. & conſil.c c c c c l x x v i. incip.
pro reſolutione caſus.in iij.volum.Butr.conſil.x x x i x.
in fin.incipiente:quia maior pars quæſitorum.Anch.con-
ſilio c c x l v i i.incip.dubium facit.Iaſ.conſil.l x x i i i.
in iij.vol.Iaſ.in conſil. c i. incip.immunitas fuit conceſſa.
col.iij.verſ.Nec huic fundamento,in iiij.volu.quem videre
poteris:quia optimè declarat,quibus caſibus merita pro-
bentur per aſſertionem factam de eis in conceſsione , &
3 quibus,non conſtito igitur de meritis,penſio non reuoca-
bitur per ſucceſſorem.† Secundò verò caſu quando penſio
fuit conſtituta pro ſeruitio impendendo,dicit Laur.quem

Universidad de Deusto
Biblioteca



refert Card.in d.clem.j.quòd tũc reuocari poteſt per ſuc-
ceſſorem:allegat in arg.text.in clem. ſi.de procur. & text.
in cap.quicunque.xij.q. ij. & in c. hæc huius placitis. & in
c.eccleſiaſticus. ead. cauſa & q. & refert Cardin. ibidem
hoc idem tenere Zenzel.ibi,cuius dicta reaſſumit Caccia
lup.q.xxvij.in d.ſuo tracta.de penſ. prædictis adde, quòd
etiam eo caſu,quo penſio fuit aſſignata pro ſeruitio iam
impẽſo ſi ſit in quantitate exceſsiua,reuocari poterit per
ſucceſſorem,quando maior eſt,quàm merita exigerent,vt
habetur per Oldr.in d.ſuo cõſil. incip. quidam epiſcopus.
4 num.126.†Facit quia quando prælatus donat ob beneme
rita,donatio meritis commenſurari debet.c.relatum.§.ij.
de teſtam.facit tex.in l.magis puto.ff.de rebus corũ. §. itẽ
prætor.imo talis donatio excedens menſuram meritorũ,
videtur eſſe nulla.c.cæterum.in verſ.datæ rei quantitas.de
donat.& c.ad hoc. in verbo moderate aliqua. de teſtam.
facit quod voluit Ioa.And.in addit.Specul. in rub.de reb.
eccle.non alien.vbi dixit,quòd quando quis non poteſt li
berè donare,ſed benemerito ſic donare debet,iuxta ſerui
tij meritum:adducit text.in d.c.ad hoc.& in c.relatum. el
ij.§.licet.de teſtam.quem refert Alexã.in d.conſil.lv.col.ij.
ver.& dicitur benemeritus.in j. vol. vide ad prædicta Ia-
ſonem,conſil.ſuo LXXIII.per totum.in iij.vol.

## Executor literarum penſionis ſi ſit abſens quomodo ſuccurratur penſionario.

### QVÆSTIO LXIX.

1 *Papa vbi manum appoſuit, ceſſat autoritas ordinarij & legati.*
2 *Papa quando cauſam committit, videtur ad ſe illam aduocare, ſeu ad eum cui illam committit.*
3 *Datio executorũ fit fauore eius,cui fit gratia.*
4 *Exactio alimentorum,retardari non debet.*
5 *Executoris literarum penſionis non ceſſat autoritas, cauſa alteri commiſſa,cum clauſula ſine retardatione penſionis.*

SExageſimononò quæro. Tu ſcis, quòd in literis re-
ſeruationis annuæ penſionis,dantur executores, ſicu-
ti in literis beneficialibus fieri conſueuit:modo quæritur,
ſi executor literarum prædictarum penſionis ſit abſens,





quomodo ſit conſulendũ penſionario, vt cõpellere poſſit
debitorem penſionis ad ſoluendum, quando ſuper literis
reſeruationis annuæ penſionis per executores in eis depu
tatos,vel eorũ alterũ, non fuit fulminatus proceſſus iuxta
ſolitum. In iſta quæſtione dicendum eſt, quòd ſi ſimus in
curia Romana,vel ad eam recurſus habeatur. R. Dominus
Auditor Cameræ, qui eſt iudex ordinarius cenſurarum
adiri poterit,ſiue eius dominus locum tenens:vt ſtilus cu-
1 riæ,& practica nos edocet.† Sin autem ſimus extra curiã
vel non,adeatur Dominus Auditor Cameræ Apoſtolicæ,
an ordinarius adiri poſſit.Et dicendum videtur, quòd nõ:
quia vbicunque Papa manum appoſuit, negotium alicui
committẽdo, ordinarius & etiam legatus Apoſtolicæ ſe-
dis,ſe intromittere nõ poteſt.c.vt noſtrum.de appel.c.ſtu-
duiſti.de offic.legat.& per Bald.in c.j.§.ſi facta.ſi de feud.
fuer.cõtro.inter do.& agna.in vſib.feu.quẽ ſequitur Feli.
in c.ſi.col.vlt.de præſump.vbi decidit, quòd vbi Papa ſpe-
ciales dedit executores in aliquo negotio,tunc ceſſat quo
ad negotium illud aliorum autoritas. facit pro iſta parte
illud quod voluit Bald.in §.ſi facta.in c.j.in titu.ſi de feud.
fuer.contro.ſupra allegato.in fine, vbi tangit iſtam quæ-
ſtionem in feudo:& quærit, nunquid ſi Papa cõceſſit ali-
cui feudũ,& dedit certos executores, an propter illorum
abſentiam ſi ille acceſſit ad ordinarium loci,& fecit ſe in-
ueſtire de tali feudo, inueſtitura teneat? & dicit videri
quòd non:quia quod vni conceſſum fuit, alter facere non
2 poteſt:vt no.in l.j.C.de appari.præfect.ante lib.xij.†Item
quia quãdo Papa cauſam cõmittit, videtur ad ſe ſiue ſuũ
tribunal,aut commiſſariam, eã reuocare, & nullus alius ſe
intromittere poterit:vt no.in d.c.conſtitutus.de app.Item
quia acta quæ fiunt à iudice incompetenti lacerari debẽt.
c.cum cauſam.el iij. de teſtib.demùm ſubdit idem Bal.ꝙ
contrarium videtur dicendum, per tex.in l.ſi longius.ff.de
iudic.& diſtinguit, ꝙ aut iſtis executoribus eſt commiſſa
iuris collatio,& tunc ordinarius ſe intromittere nõ pote-
rit: quia literæ ſibi non diriguntur. iuxta no.in c.cũ te.de
præſcript. Aut cõmittitur mera facti executio, & tunc aut
quæritur,an epiſcopus exequi poſſit vigore mãdati facti
executori,& dicit quòd non, aut vigore ordinariæ iuriſ-
dictionis: & tunc dicit Bald.perſuaderi poſſet quòd fiet

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia cum gratia ſit perfecta, eius effectus impediri nõ de-
bet, propter executoris abſentiã: quia cũ executor ſit da-
tus fauore impetrantis in eius odiũ, talis datio retorqueri
non debet: allegat in arg. text. in l. j. C. de ſportul. ſubdens
non eſſe nouum, quòd quãdoque iſtæ cõmiſſiones ſine iu-
riſdictione fiant, vt not. in l. j. & ij. ff. de iuriſdi. omn. iudi. &
tandem concludit Bal. ſupra allegato loco, quòd indiſtin-
ctè ſibi videtur quòd ordinarius ſe intromittere nõ poſſit,
& rationem adducit: quia nõ poteſt facere expirare offi-
cium executoris, quod expiraret re executa: & ideo dicit
eſſe impoſſibile executores præuenire: allegat tex. in l. qui
abſenti. ff. de acquiren. poſ. & ſic tandem Bal. videtur reſi-
dere in iſta opinione, quòd datis executoribus, nullo caſu
ordinarius adiri poſſit. Hanc opinionem Bald. refert & ſe-
quitur Felin. in ca. fin. col. vlt. verſic. quæro quartò. de præ-
ſump. & Lauren. Taloneus conſilio XVII. nume. 89. Iſtis
tamen non obſtantibus, contrarium puto decidi poſſe in
terminis queſtionis noſtræ: videlicet quòd ſi executor pen
ſionis ſit abſens, ordinarius adiri poſſit, qui cõpellat debi-
torem ad ſoluendum, nõ vigore mandati facti executori,
3 ſed vigore ordinariæ iuriſdictionis. † Et moueor per ra-
tionem Bal. ſupra adductam, videlicet quia executoris da-
tio, facta ad fauorem penſionarij, ei dãnoſa eſſe non de-
bet. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in vj. & præſertim quia
datio executoris eſt quid acceſſoriũ ad ipſam gratiã: nec
debet dãnoſa eſſe ei cui ſit gratia. c. ſi ſuper. de offi. deleg.
in vj. videmus enim, quòd ſemper executor deputatur is,
quem ille nominat cui ſit gratia: & propterea decidit no-
tabiliter Rot. deciſ. IIII. in titu. de conceſ. præbend. in anti-
quioribus, quòd ſi per Papam ſignata fuerit ſupplicatio
de gratia, ſuper beneficio vacaturo ad collationẽ epiſcopi
ſpectante, vel de canonicatu, ſub expectatione præbẽdæ, ſi
antequam literæ conficiantur vacauerit vna præbenda, ſeu
beneficium cadens ſub dicta gratia, & expectans illam ac-
ceptauerit, & per quendam decanum tanquam executo-
rẽ gratiæ prædictæ, de illa ſibi prouideri obtinuerit: licet
ante literarũ expeditionẽ Papa cõtulerit illam alteri, cum
ſolita clauſula, dũmodo tẽpore datæ præſentiũ, nõ ſit alte-
ri ius quæſitũ. & habens gratiã per ſupplicationẽ expediat
literas, & obtineat in illis ſibi executorẽ deputari illũ de-
canum



canum, qui iam de præbẽda vacãte ſibi prouiderat, cũ hu-
iuſmodi data literarũ ſit ſecundũ datam ſupplicationis ſi-
gnatæ, & ſic ante acceptionem & prouiſionem valebit ac-
ceptatio & prouiſio huiuſmodi. Secũdò moueor per tex.
in d. l. ſi longius. ff. de iudi. vbi ſi iudex datus ad expeditio-
nem negotij illud expedire nõ valet, alius illius loco ſur-
rogari debet. Nec obſtat ratio Baldi ſupra adducta, dicen
tis quod ordinarius non poteſt facere expirare officiũ execu-
toris: quia iſta ratio nõ militat in caſu quæſtionis noſtræ,
cũ exactio fiat in pẽſione ſingulis annis, & ſi vno anno or-
dinarius ſe impediat propter executoris abſentiã, cõſu-
latur indemnitati penſionarij, poterit ſequentibus annis
nihilominus executor adiri. Ratio enim Baldi concludit,
quando executor vnicũ tantum actũ habet facere, vtputa
conferre beneficiũ, vel inueſtire de feudo: vt in caſu ſuo,
vel ſimilibus, & præſertim quod diximus adiri poſſe ordina-
rium abſente executore locũ haberet quãdo penſio eſſet
aſſignata pauperi pro alimẽtis, vel retenta opinione Ro-
mani, in cõſi. CCLXXXVIII. incip. in caſu propoſiti the
matis, tenentis quod penſio cedat in cauſam alimentorũ. de
4 quo latè ſcripſi ſ. q. lj. † cũ exactio alimentorum retardari
non debeat, propter periculũ vitæ hominis, in cuius ſubſi-
dium dantur l. filiæ. & ibi Bal. C. de patr. pot. no. in l. de a-
limentis. C. de traſact. Cautius tamen aget pẽſionarius, ſi
faciat per vnũ ex executoribus in literis penſionis deputa-
tum, proceſſum fulminari ſuper dictis literis, per quẽ vir-
tute clauſulæ, cæterũ in eo cõtentæ eligere poterit in ſub
executorẽ quemlibet aliũ in dignitate eccleſiaſtica cõſti-
tutum, & ſic effugiet præſentẽ difficultatem. Vnũ tamẽ nõ
omitto, quod licet quando Papa apponit manũ negotio ſu-
per quo executores dedit, cauſam cõmittendo, ceſſet tunc
executorũ autoritas. facit c. Ioduiſij. de offi. deleg. c. vt no-
ſtrũ. de appel. c. cæterũ. de reſcript. & per dicta iura ita de-
cidit Rota, deciſ. cccxi. incip. ſi lite pendẽte. in nouis. ver.
5 ſed dic. † Quod nihilominus ſi Papa cauſam nullitatis re-
ſeruationis pẽſionis, ſiue illius reductionis ad inſtantiam
Rectoris beneficij grauati, alicui cõmittat, a dicta in com
miſſione ſolita clauſula, ſine retardatione penſionis: puto
non impediri executorẽ, quominus compellere poſſit lite
pendente illum debitorẽ ad ſoluendũ penſionẽ, cum eius

Universidad de Deusto
Biblioteca



autoritati ſtante d.clauſula derogatum nõ videatur: ſecus
tamen dicendum videtur ſi executori eſſet inhibitum.

## Si executor literarum penſionis nulliter procedat contra debitorem penſionis, non ſeruata forma mandati, an ordinarius, vel legatus, ſe impedire poſsit.

### QVAESTIO LXX.

1 *Inferior de geſtis per ſuperiorem inualidis, ſe impedire poteſt.*
2 *Nullitas quando patens eſt quilibet iudex etiam inferior adiri poteſt.*

SEPTVAGESIMO quæro, ſi executor deputatus in li-
teris reſeruationis annuæ penſionis ad inſtantiam pẽ-
ſionarij, procedat contra debitorem penſionis nulliter, &
non ſeruata forma ſui mãdatij, an tunc ordinarius vel le-
gatus ſedis apoſtolicæ in prouincia exiſtens, adiri poſſit,
vt cognoſcat de huiuſmodi nullitate? & videtur dicendum
quod non, per text. in c. ſtuduiſti. de off. legat. & c. vt no-
ſtrum. de appel. Contrarium puto verius, in q. noſtra, quòd
quotieſcunque executor penſionis modum excedit gra-
uando debitorem penſionis contra formam iuris, & ſuæ
autoritatis, tali caſu ſuper nullitate actus ab ipſo geſta adi-
ri poſſit ordinarius, ſeu legatus. Ad hoc facit doctrina
Domi. in c. ſtatutum. §. fi. de reſcript. in vj. vbi dixit: quòd
ſi delegatus Papæ aliquem cõtra formam illius decretalis
grauaret, ſi ordinarius fuerit informatus de notorietate
facti, prouidere poterit, ex quo delegatus nulliter proceſ-
1 ſit.† Ad idem facit quod no. Ant de Butr. in d. c. ſtuduiſti,
in vltimo no. vbi dixit, quòd licet de geſtis per ſuperiorẽ,
non valeat ſe inferior ingerere, hoc verum eſt, & proce-
dit, ſi geſta per ſuperiorem ſunt valida, ſecus ſi nulla ſunt,
& idem tenent ibidem Card. & Petr. de ancha. & Franch.
in c. dilecto. col. xxiiij. ver. limita primò. de ap. & pulchrè
tradit Romanus, in conſi. ſuo c c c x x x v. col. iij. verſ. Se-
cundò quia. & Bellenei in trac. ſuo, de ſubſi. charit. q. xcj.
† Et Baldus in l. aduerſus. C. ſi aduerſus rem iudicatam.
vbi dixit quod quãdo nullitas eſt patens, & ſe ipſam oſtẽ-
dit, tunc quilibet iudex etiam inferior adiri poterit. Idem
voluit Ioan. And. in c. ſtatutum. in fin. de reſcript. in vj. Ad



idem facit quòd volunt Archi. & Io. And. in c. ſtatutum. in
fi. de reſcript. in vj. Ad idem facit quod voluit Archid. &
Io. And. in c. ſi eo tempore. de elect. in vj. vbi dicunt, quòd
ordinarius poteſt reſiſtere delegato Papæ, quando vellet
nulliter procedere in caſu non comprehenſo in eius mã-
dato. Faciunt ad prædicta multa notanda quæ adducit
Card. in cle. j. q. iij. de offi. ord. ad allegata in contrarium,
patet reſponſio ex ſupra dictis.

## Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa penſionis.

### QVAESTIO LXXI.

1 *Penſio non eſt beneficium, pendet tamen à beneficio.*
2 *Probatio per iuramentum ſi ſufficiat in cauſis damnorum datorum, quicquid dictam cauſam tangit, iuramento probari poterit.*
3 *Litis conteſtatio an & quando ſit neceſſaria in cauſa dotis.*
4 *Penſio eſt quid temporale & profanum.*
5 *Clementina diſpendioſam, locum habet in beneficiis eccleſiaſticis, non profanis & ſecularibus.*
6 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſa ſpolij beneficiali.*

SEptuageſimoprimò quæro, an litis conteſtatio requi-
ratur in cauſa penſionis? Circa hanc quæſtionem puto
diſtinguendum, quòd aut loquimur, quando agitur via
executiua contra eum qui conſenſit reſeruationi penſio-
nis, ſiue contra eius in beneficio grauato onere pẽſionis
ſucceſſorem, cui literæ reſeruationis penſionis fuerunt
intimatæ, & lapſus eſt terminus aſſignatus ad ſoluendum,
& iſto caſu clarum eſt, quòd nec litis conteſtatio, nec ordo
iuris requiritur, vt nos edocet ſtilus & practica Curiæ.
Aut loquimur quando hæres penſionarij defuncti petit
præteritas penſiones non ſolutas à Rectore eccleſiæ gra-
uatæ: & ad ipſum tanquam penſionarij defuncti hæredẽ
ſpectantes, iuxta ea quæ dixi ſuprà q. lij. & illo caſu videtur
dicendum quòd ſimiliter litis conteſtatio non requiratur.
1 †Quia licet pẽſio nõ ſit beneficium eccleſiaſticum, prout
ſupra vidimus q. j. & q. xxj. & xxviij. pendet tamen à bene-
ficio, à quo extrahitur, ſicut vſusfructus à proprietate: vt
dixit Imo. in cle. j. §. eadẽ. de ſuppl. negli. prælat. Ideò vi-

detur

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



detur dicendum, quòd ſicuti in cauſa beneficiali litis con-
teſtatio non requiritur. clem. diſpendioſam. de iudi. iũcta
clemen. ſæpe. de verb. oblig. ita ſit in cauſa penſionis, pro-
pter verba tex. in d. cle. diſpẽdioſam, ibi eas quoquomodo
tangentibus. facit bonus text. in l. ſi vni. ff. de tranſ. vbi pri-
uilegiatur cauſa alimentorũ in tranſactione: & quicquid
2 alimenta tangit, cenſetur cauſa alimentorũ. † Hinc eſt quòd
Bar. ibidem dicebat quòd ſi ſtatuto cauetur quòd in cauſis
damnorum datorum ſufficiat probatio per iuramentum
quicquid quocunque modo cauſam damnorũ datorum
tangit per iuramentum, probari poterit. Idẽ voluit Bart.
in l. ſolent. ff. de alimen. & cibar. lega. & Bald. Nouel. in re-
pet. l. primæ. ff. ſolu. mat. col. viij. nume. 29. facit ad hoc tex.
in c. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in vj. & regula acceſſo-
rium. de reg. iur. eod. lib. Contrariũ tamen de iure verius
eſſe arbitror, quod imo tali caſu litis conteſtatio requira-
tur. Pro iſta parte facit primò, quia quãdo agitur nõ ſu-
per titulo beneficij, ſed ſuper proprietate eccleſiæ, tũc lo-
cum nõ habet diſpoſitio d. Clem. diſpẽdioſam. Ita voluit
glo. in d. Clem. in verbo beneficiis. quam ibidem ſequun-
tur doct. maxime Card. q. viij. dicens ſecũdum Lauren. ibi
quòd ratio eſt quia cũ agitur de proprietate beneficij, nõ
ſubeſt periculum propter morã, ſicuti quando agitur ſu-
3 per titulo beneficij. † Secundò facit deciſio Petr. de Anch.
in d. Clem. diſpendioſam. col. pen. in verſi. vij. not. de iudi.
vbi quærit, an in cauſa dotis ſit neceſſaria litis cõteſtatio,
& diſtinguit quòd aut dos deducitur in iudicio, in quo
agitur ſuper nullitate matrimonij, & propterea agẽs pe-
tit etiam dotem ſibi reſtitui coram iudice eccleſiaſtico, &
tunc litis cõteſtatio nõ requiritur. Aut agitur ſuper dote
principaliter, & tunc concludit non habere locum diſpo-
ſitionem d. Clem. diſpendioſam. & ſic quòd litis conteſta-
tio requiratur: & cum iſta opinione videtur concordare
Franch. in c. ſi annum. col. ij. verſi. in gloſſ. in verbo depen-
dentibus. de iud. in vj. vbi dixit, quòd in terminis illius tex.
minor, ſi ageret principaliter pro dote, non gauderet be-
neficio illius capituli: ſecus ſi principaliter ageret ſuper
4 matrimonio. † Tertiò facit, quia penſio eſt quid tẽpora-
le, & profanum nihil ſpiritualitatis habens, vt dictũ fuit
ſupra q. j. hinc eſt quòd etiam laico aſſignari poteſt, vt di-
cebat



cebat Bal. quem ſequitur ibidem Fel. in c. ad audiẽtiam.
el ij. de reſcrip. & dictum fuit ſuprà q. xxj. in cauſis autem
profanis litis conteſtatio, & ordo iuris requiritur. c. j. de
lit. conteſt. quod procedit etiam ſi cauſa profana habeat
connexitatem, ſeu dependentiam à ſpirituali, dummodo
de per ſe principaliter tractetur: vt eſt tex. in c. j. l. t. nõ cõ-
teſta. vbi diſponitur quòd quando agitur ſuper ſeparatione
thori, puta propter adulterium, litis conteſtatio requiri-
5 tur. † Quartò facit: quia tex. in d. clement. diſpendioſam.
locum habet in beneficiis eccleſiaſticis, ſecus in profanis
& ſecularibus, etiam ſi in foro eccleſiaſtico tractentur: vt
voluit ibidem glo. in verbo eccleſiaſticis. & dixit Card. in
d. cle. q. xj. quòd illa diſpoſitio locum non habet in bene-
ficio cadente in laicum, referẽs ita tenuiſſe Paul. Lauren.
& Zenzel. Itaque nõ habebit locum in penſione, cum illa
in laicum cadere poſſit, vt ſupra dictum fuit. Nõ obſtant
ſupra in cõtrarium adducta: quia procedunt quoties de-
pendens tractatur inſimul cum principali, vel quoties ea-
dem ratio militat in principali, & depẽdenti. vulgata l. il-
lud. ff. ad l. aquil. vel dicas, quòd procedunt, quãdo in de-
pendenti venit etiam aliqualis cognitio principalis, vt eſt
in ſpolio in cauſa beneficiali, in quo neceſſe eſt, quod ſpo-
liatus petens ſe reſtitui, doceat de titulo ſaltem colorato,
vt per Oldr. conſ. 1. Rota deciſ. CCLVII. in nouiſſi. Bellemer.
deciſ. XLIX. & deciſ. XVII. Imol. in c. in literis. de reſtitut.
ſpol. vbi alij ſcribentes. Spec. in tit. de teſt. §. Nunc videndũ
à nobis eſt. verſ. ſed pone ago contra te, ad idem Rot. de-
6 ciſ. DCLXXIX. in antiquis. † Ideo in cauſa ſpolij beneficiali
litis conteſtatio non requiritur: vt per Maria. Sozin. in c.
quoniam frequenter. col. xiij. verſ. ij. limitatur fallentia, vt
lit. nõ cõteſt. & idem ibidem. col. xxiij. verſ. vij. in poſſeſ-
ſione recuperanda. & col. xxv. verſ. Non obſtat decimum
argumentũ. Idem voluit Pet. de Anch. in d. cle. diſpendio-
ſam. de iudi. col. j. verſ. Circa hoc etiã de iudic. & Rot. de-
ciſ. CLV. incip. nota quòd vbi agitur. in antiquis. Hinc eſt
quod ſi rector eccleſiæ agat pro pecunia ad eccleſiã ſpe-
ctante contra aliquẽ licet opponatur eum nõ eſſe in poſ-
ſeſſione beneficij, non tamen eo caſu proceditur ſecundũ
formam clemen. diſpendioſam. cum huiuſmodi quæſtio
in aliquo nõ tãgat cauſam beneficialem: vt poſt Paul. vo-
luit

Univerſidad de Deusto Biblioteca



7 luit Card.in d.cle.q.xxxvij.†Et idem etiam erit ſi agatur
ſuper ſpolio penſionis,iuxta ea quæ dixi ſuprà q. xlvij. nã
litis cõteſtatio requiretur,vt patet ex ſupradictis,ex qui-
bus decidi poteſt vtrum cauſa penſionis ſit cauſa benefi-
cialis.ad quod vide not.per Andr. Sicul. in d.cle.j. col.vj.
verſ.in gloſ.j.de re iudi.& quæ dixi ſuprà q.xxviij.

## Si fiat ſequeſtrum fructuum beneficij contra poſſeſſorem vigore ſententiæ latæ cõtra eũ, quis ſoluet pẽſionem impoſitam ſuper fructibus beneficij?

### QVÆSTIO LXXII.

1 *Fructus Eccleſiæ ſunt deputati pro oneribus incumbentibus toto anno.*
2 *Sequeſter planam curam habere debet de beneficio.*
3 *Sequeſter præſentare poteſt,& eligere ſi præſentatio vel electio ſpectat ad Rectorem beneficij.*
4 *Sequeſter æquiparatur adminiſtratori ſede vacante.*

SEptuageſimoſecundò quæro:Si lite pendẽte in Roma-
na Curia ſuper beneficio inter duos litigantes, ſuper
cuius fructibus Sempronio clerico reſeruata fuerat an-
nua penſio,lata fuerit ſententia contra alterum ex dictis
litigantibus poſſeſſorem beneficij litigioſi, & ſequeſtrata
fuerit poſſeſſio dicti beneficij,iuxta terminos cle.j.de ſe-
queſtra.poſ.& fruct.Quis teneatur ad ſoluẽdum penſio-
nem, an ſequeſter, an verò is qui beneficium poſſidebat
ante ſequeſtrationem decretam?In hac quæſtione diſtin-
guendum puto:quòd aut quærimus de penſione decurſa
in illis annis,in quibus is qui beneficium poſſidebat, fru-
ctus,redditus,& prouentus illius percepit ante ſequeſtrũ,
& tunc indubitanter teneo , quòd ille penſionem ſoluere
teneatur, ſiquidem fructus vniuſcuiuſque anni , obnoxij
ſunt pro oneribus currentibus vno quoque anno:vt ele-
ganter dixit Domi.per illum text.in c.fi.§.porro.de offic.
2 ord.in vj.†Vbi dixit,quòd fructus eccleſiæ ſunt deputati
pro oneribus incumbentibus toto anno,vſque ad nouos
fructus : vnde dicit ſe conſuluiſſe & determinaſſe pluries,
quòd ſi erat impoſitæ collectæ eccleſiæ vno anno , & Re-
ctor



ctor illius,fructibus illius anni perceptis beneficiũ dimit-
tat non ſoluta collecta,quòd nihilominus teneatur ad ſo-
lutionem dictæ collectæ,pro eo anno quo fructus perce-
pit.faciũt quæ dixi ſuprà q.xxxix. Aut quærimus de pen-
ſionibus decurſis illis annis,quibus ſequeſter fructus per-
cepit,& adhuc ſequeſtrũ durat : & eo caſu puto q̃ is qui
apud ſe retinet fructus ſequeſtratos, deputatus ſequeſter
per iudicem qui in Romana Curia,ſententiã tulit, cõtra
poſſeſſorem beneficij, teneatur & debeat penſionem ſol-
2 uere : †quia ſequeſter plenã curã habere debet de bene-
ficio cuius poſſeſſio eſt ſequeſtrata , & eſt illius legitimus
adminiſtrator : ſicut is qui ſede vacante adminiſtrat. de
elect.c.quia ſæpe.in vj.c.ſtatutum.eo.tit.gloſ.in clem. j.in
verbo beneficium.in fi.de ſequeſtr.poſ.& fruct.quam ſe-
quitur ibi Card.col.ij.in x.no.& q.xxvij.vbi allegat Ioan.
Andr.in addit.Spec.in tit.de ſequeſtra.poſſ.& fruct. §.j.
vbi dixit,quòd oportet fateri,quòd ſequeſter habeat ali-
qualem titulum,ex quo habet adminiſtrationem.allegat
quod notatur in c.nemo deinceps.de elect.in vj.in glo.ij.
3 † Quinimo ſequeſter poteſt præſentare & eligere ſi hoc
alias ad Rectorem illius beneficij pertinet:vt voluit Pau-
lus quem refert & ſequitur Card.in d.cle.j.col. ij.x.not.
Ad idem eſt deciſio Dominorum de Rota , cccxxiiii. in
antiquis,hoc firmat Fel.in c.cum Bertoldus.col.fi.verſ.ad
illud.de re iudi. vbi dicit , quòd dum eſſet auditor Rotæ,
iudicauit pro iſta opinione de conſenſu aliorum audito-
rum:& pronuntiauit valere præſentationem factam à ſe-
queſtro.Idem tenet Roch.de Curt. in tract. de iure patr.
fol.antepe.q.xxxiij.& Barb.in c.examinata.col.xx. de iud.
4 †Cùm igitur ſequeſter æquiparetur adminiſtratori ſede
vacãte,dicendum erit,quòd ipſe debeat penſionẽ ſoluere
impoſitã ſuper fructibus beneficij, cuius poſſeſſio eſt pe-
nes ipſum ſequeſtrata.Solutio enim onerum, ſicuti ſpe-
ctat ad adminiſtrationem & iconomũ ſede vacãte,ita de-
bet ad ſequeſtrũ ſpectare cùm maximè poſſeſſio beneficij
in ipſum trasferatur:vt notãt doct.in c.ex annata. de iu-
di.& per Imo.in d.cle.j.col.j.in iiij.not. de ſequeſtr. poſſ.
& fruct.Cõpoſtel.in c.j.de ſequeſtr.poſſ. & fruct. in verſ.
poſſeſſionẽ. & ipſe tenetur ſoluere ex fructibus beneficij
onera illi incũbentia,vt eſt tex.in d.cle.j.Ibi debitis eiuſ-
dem

Universidad de Deusto Biblioteca



dē ſupportatis oneribus: faciūt etiā pro deciſione huius quæſtionis, dicta ea quæ ſunt ſuprà q.lxv. Ex prædictis cōcludi poteſt quòd ſequeſter teneatur ſoluere penſionem impoſitā ſuper fructibus beneficij ſequeſtrati, lata prima ſententia contra poſſeſſorem illius, ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, iuxta terminos d.clem.j. Hanc tamen concluſionem intellige procedere, quando penſio eſſet talis, quam omnino ille cui beneficium per ſententiā adiudicaretur, obligatus eſſet ſoluere: Secus dicerem, quando eſſet nouiter aſſignata de conſenſu illius qui ſententiam cōtra ſe reportauit: quia tunc ſequeſter illā ſoluere nō teneretur. Nam ſi is qui penſioni cōſenſit reportata prima ſententia contra ſe in Curia Romana, per ſequeſtrum nō poteſt fructus percipere: idem erit in penſionario, cuius penſio dependet à iure illius, & ab eius cōſenſu. facit tex. in c.acceſſorium.de reg.iur.in vj. cōnexorum enim, idem eſt iudicium.c.quanto.de iudiciis.

## Penſionarius ſi recipiat præteritas pēſiones nō ſolutas, an ſibi præiudicet quo ad regreſſum ad beneficium ſibi cōpetens ob nō ſolutionē penſionum.

QVAESTIO LXXIII.

1 *Dominus recipiens præteritas penſiones ab emphyteuta ad priuationem, contra eum agere non poteſt.*
2 *Dominus recipiens vaſallum ad obedientiam, qui infra annum & menſem inueſtituram non petiit, videtur ſibi moræ ingratitudinem remittere, ſi contrarium non ſit proteſtatus.*
3 *Renunciatio iuris ſui, in dubio non præſumitur.*
4 *Pœna priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis, apponitur fauore penſionarij.*
5 *Penſionarius petens præteritas penſiones nō ſolutas præiudicat ſibi in iure regreſſus, ad dictum beneficium.*
6 *Penſionarius recipiendo præteritas penſiones cum proteſtatione non præiudicat ſibi circa regreſſum.*
7 *Penſionarius etiam ſi recipiat præteritas & futuras penſiones cum proteſtatione ſibi præiudicat quo ad regreſſum.*





SEptuageſimotertiò quæro, vtrum penſionarius, cui reſeruatus fuerat regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis, recipiendo præteritas penſiones, propter quarum non ſolutionem erat locus regreſſui ad illud beneficiū, ſuper cuius fructibus penſio ipſa erat impoſita, ſibi præiudicauerit circa regreſſum pro illa vice. In iſta quæſtione dicendum puto, quòd ſibi præiudicet penſionarius quo ad regreſſum præteritas penſiones recipiendo: & moueor per gloſ. in c. j. in verbo, & menſem. in titu. quo tem. mil. in vſibus feud. quæ voluit, quòd ſi vaſallus debiti temporis inueſtituram non receperit ex quo feudo priuatus exiſtit: ſi tamen dominus feudi ab eo cenſum recipiat, culpam eidem remiſiſſe cenſetur, quā gloſ. ibidem ſequitur Præpoſit. col. vij. verſi. in gloſ. fin. & ibidem alij vt Iaſon, conſilio cxvij. incipiente, in cauſa &
1 lite. col. vlt. verſi. Item poſt lapſum. in iiij. volum. † Ad idem facit quod voluit gloſ. in l.ij. in verbo repellere. C. de iure emphit. quæ dixit, quòd licet ſi emphiteuta non ſoluerit per triennium debitum, ſit priuatus emphiteuſi: ſi tamen dominus canonem recipiat, amplius ſuper priuatione agere non poteſt: allegat in arg. text. in l. poſt diem ff. de leg. commiſ. Dominus enim alterum duorum facere poterat, vel emphiteutam deiicere, vel penſionem recipere: vt in authen. de alien. & emphi. §. ſi vero quis locato. vnum ergo eligēdo, alterum repudiare videtur: vt in dicta l. poſt
2 diem. † Et hoc tenuit Bald. in c. j. verſi. ſed pone quid poſt, in vſib. feud. in tit. quo tempore mil. dicēs, quòd ſi poſt annum & menſem intra quem miles vaſallus non recipit inueſtituram, dominus eundem ad obedientiam recipiat, videtur ſibi moræ ingratitudinem remiſiſſe, niſi contrarium proteſtatus fuiſſet. l. ij. ff. ſi quis caut. in princip. l. fina. C. de iure do. impetr. Si tamen dominus eo caſu per errorē recepiſſet illum in obedientiā, tunc Bal. diſtinguit, quòd aut fuit error ſupinus, & idem erit dicēdum: quia ſupinus error in exigendis pœnis non patrocinatur. Aut fuit iuſtus error, & tūc erranti nō nocet. ignorans enim remittere non videtur. l. cum aquiliana. ff. de tranſact. & l. cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. eodem tit. & l. ex maleficiis. §. longe. ff. de actio. & oblig. & l. nec ignorans. ff. de condit. indeb. Erit ergo concluſio, quòd dominus recipiendo præ

Universidad de Deusto
Biblioteca



teritas pẽſiones videtur remiſiſſe pœnã priuationis quã te-
nuit etiã gl. in c. potuit. in gloſ. penult. ff. locat. & ibi Card.
Flor. & Petr. de Anch. idẽ tenuit Cyn. & Salicet. in d. l. ij.
C. de iure emphit. & Alex. in conſil. cvj. incip. viſo & con-
ſiderato themate. colum. iij. verſic. confirmatur prædicta:
in ij. vol. & Sozin. conſil. lxvj. incipiente, viſa donatione fa-
cta. colum. penult. in verſic. vj. Iſta cõcluſio Bart. tamẽ con-
trariũ ſenſit in d. l. ij. dicens, quòd dominus recipiẽdo pẽ-
ſionẽ pro tẽpore pręterito ſibi non præiudicat, quominus
emphiteutã poſſit expellere: & illum ſequitur Anton. de
But. in dicto c. potuit. de locat. dicens, quòd iſta receptio
penſionis duplicẽ intellectũ recipere poteſt, ſcilicet, vt fiat
animo renunciandi iuri expellendi. Et quòd non fiat ani-
mo renũciandi dicto iuri, & in caſu dubio intelligi debet
quòd nõ fuerit facta animo renunciandi dicto iuri ſuo.
3 †In dubio enim renunciatio nõ præſumitur iuris ſui. l. cũ
de indebito. ff. de probat. in princip. c. ſuper hoc. de renũ-
cia. c. nõ eſt veriſimile. de præſumpt. Imol. autẽ in d. c. po-
tuit. col. xxxj. diſtinguendo nititur cõcordare opiniones,
quẽ videre poteris, quia eius dicta tranſcribere non intẽ-
do. Opinio tamẽ Bal. & aliorum cõmunis eſt cõtra Bart.
quam tenuit etiã Iaſon, in dicta l. ij. col. xxxiiij. C. de iure
emphit. in verſic. Imola vero. cõcludens quòd dominus re
cipiẽdo penſionẽ pro tẽpore præterito, ſimpliciter abſque
proteſtatione, iure expellẽdi ſibi præiudicat. Si autem
penſionem recipiat cum proteſtatione, tũc bene poterit
expellere: quia ius ſuum expellendi, medio dictæ proteſta
tionis conſeruatur. l. ſi debitor. ff. quibus modis pig. vel hy
pothe. ſolua. hanc etiam opinionem, vt dicit Iaſon in dicta
l. ij. ſequitur Iacob. Butr. ibidem, & Alberi. colum. iij. &
Bald. in l. ij. in princip. ff. ſi quis caut. Ex præmiſſis igitur
cõcludo, quòd penſionarius ſi recipiat ſimpliciter decur-
ſas penſiones, non poterit vti beneficio regreſſus ſibi re-
4 ſeruati ob non ſolutionem penſionis. † Priuationis enim
beneficij pœna cum ſit appoſita fauore penſionarij, ipſe re
cipiendo præteritas penſiones, potuit illi pœnæ renuntia-
re. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. facit quod conſu-
lendo voluit Alex. in præallegato conſil. ſuo cvj. incip.
viſo & conſiderato. colum. iij. in ij. volum. vbi conſuluit,
quòd ſtante decreto apoſtolico, quòd qui intra annum in-
ueſti



ueſtituram nõ petierit, cadat ipſo facto ab omni iure ſuo.
Quòd ſi quis emerit vt ſe dominium ab emphiteuta eccle
ſiæ ſi intra annum inueſtituram non petierit: tamẽ conti-
nuo ſoluit & præſtitit eccleſiæ debitum ſeruitium, non
5 propterea ceciderit a iure ſuo. †Hanc cõcluſionem amplia
procedere, etiam ſi penſionarius non receperit, ſed petie-
rit præteritas penſiones. Nam etiam eo caſu ſibi præiudi-
cat circa regreſſum. Ita in ſimili decidunt Doctores in do-
mino, qui expellere poteſt emphiteutam ceſſantẽ ſoluere
canonem. in d. l. ij. vbi Alberi. colum. iiij. in fi. allegat in arg.
text. in l. ad ſolutionem. de re iudic. Idem voluit Salicet. in
l. commiſſoriæ. in fin. C. de pact. inter empt. & vendit. facit
optimè text. in l. melius. in princip. verſicu. Dicebam. ff. de
mino. & ita tenet Iaſon, in d. l. ij. col. xxxviij. verſi. ſecundò
quæro, & eſt. C. de iure emphit. idem voluit Alex. conſilio
6 præallegato. †Iſta tamen concluſio non procedit quando
penſionarius recipiendo præteritas penſiones proteſtare-
tur, quòd propterea non intendit ſibi præiudicare in iure
7 quæſito contra ſuum debitorem per ſupradicta. †Si tamẽ
penſionarius reciperet nõ ſolum præteritas, ſed etiam fu-
turas penſiones, cum dicta proteſtatione, quòd non inten-
dit ſibi præiudicare in iure regreſſus: licet Bart. in d. l. ij. in
emphiteuta concludat, quòd nihilominus expelli poterit:
tamen contrarium ibidem communiter concludit Doct.
vt ibi per Iaſonem colum. xxxiiij. in fin. & Anto. de Butr.
Cardin. & alij in d. c. potuit. Ibi Imol. de loca. vbi dicunt,
quod iſta proteſtatio, tanquam facto contraria nil pro-
deſt. per not. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtit. Idem vo-
luit Iaſon conſil. cxvii. ſupra allegato. col. fin. in iiij. vol. &
ita dicendum puto in penſionario.

Penſionarius, ſi penſionem in alium tranſtulit,
poſtquam ſibi locus erat regreſſui ob penſio-
nem non ſolutam, an dictum ius regrediendi
ſit trãſlatum ſimul cum penſione.

QVÆSTIO LXXIIII.

1 *Penſio quando transfertur de vna perſone ad aliam, extingui-
tur prima penſio & noua creatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*2 Actor lata prima ſententia pro ſe ſi ante ſequeſtrum cedat alteri beneficium, ceſſionario ius ſequeſtrandi non competit.*

*3 Vaſallus ſi commiſit in dominum qui viuens nil ſibi oppoſuit, moleſtari non poterit ab eius ſucceſſore.*

*4 Filij ex delicto patris eo mortuo, feudo non priuantur.*

SEptuageſimoquartò quæro, Sempronius habens penſionem ſibi reſeruatam ſuper fructibus parochialis eccleſiæ de Nanto, cum regreſſu ad illam ob non ſolutionem penſionis, & cum facultate illam transferendi poſtquam per rectorem dictæ eccleſiæ fuit ceſſatum in ſolutione penſionis, adeò quòd erat locus regreſſui ad illam, Sempronius prædictam penſionem in Gaium tranſtulit. Gaius autem vult agere contra Rectorem dictæ eccleſiæ ſuper regreſſu ob penſiones non ſolutas Sempronio, quæritur an poſſit? & dicendum eſt quòd non: quia in perſona Gaij iſta eſt noua penſio, vt nos edocet practica Curię
1 in ſimilibus, † ſecundum quam in tranſlatione penſionis extinguitur prima penſio, quæ erat in perſona transferentis, & noua penſio reſeruatur illi, in quem fit tranſlatio: pœna enim priuationis beneficij, eſt appoſita fauore penſionarij, cui per taciturnitatem eſt renuntiatum, & remiſſa videtur: per ea quæ voluit Caſſador. auditor Rotæ deciſ. I I. incipiente apertiſſimi. in rub. de loc. & deciſ. I I I. eodem titu. pœna enim ſemel extincta nõ reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolu. Et tantò magis, cùm ius de præterito ad ipſum non ſpectat: nam etiam penſiones præteritas exigere non poſſet decurſas tempore quo Sẽpronius erat penſionarius. cum illę ad Sempronium pertineant ſeu ad hęredes eius: vt vidimus ſuprà q. lij. Nemo enim ſine actione experitur. l. adigere. §. quamuis. ff. de trib. cum vulgaribus. Cõprobatur hoc: quia videmus quòd lata prima ſententia pro petitore contra poſſeſſorem beneficij in curia Romana, fit ſequeſtrum poſſeſſionis & fructuum. clem. j. de ſequeſtr. poſ. & fruct. † Sed ſi lata prima ſentẽtia ante-
2 quam ſequeſtrũ fiat, petitor cedat iuri ſuo, & alter in eius iuribus ſubrogetur: ſubrogatus non poterit conſequi ſequeſtrum vigore illius primæ ſententiæ latæ in fauorem cedẽtis, ita notanter dixit Cardin. in dicta clement. j. q. iiij.
3 † Ad idem facit quod voluit ſolennis Doctor Albert. Bru-
in



in conſil. cvij. incipiente, quatuor rationibus, in verſicu. ſecunda ratio. vbi dixit, quòd ſi vaſallus aliquid in dominum committat, ex quo veniat feudo priuandus, & domino feudi viuente nil ſibi dictum fuerit de eo, quod in dominum commiſerat, quòd ſucceſſor illius domini, talem culpam vel fellonìam allegare non poterit, ac ſi nil dictus feudatarius commiſiſſet. argum. l. omnino. & ibi gloſſ. in verbo, non licebat. C. de inoffic. teſtam. & ratio prædictorum eſt: quia in emphiteuſi & feudo, pœna priuationis non incurritur, niſi dominus voluerit, & id declarauerit, vt de emphiteuſi not. Bart. in l. ij. C. de iure emphiteu. in l. j. ff. ſi ager vectig a. vel emphit. peta. & in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Iaſon in d. l. ij. colum. vij. verſic. vlt. circa dictum notabile, facit text. in dicta l. ij. ibi volenti. Et in feudo tradit Bald. in l. fin. in fine. C. de reuocan. dona. & per Decium conſilio ccclij. incipiente, viſa inſtructione. colum. penul. verſicu. Non obſtat quod idem. conſilio ccvj. incipiente, quæritur an diuiſio. colum. fin. in ij. volum. In caſu autem præſentis quæſtionis Sempronius transferens penſionem in Gaium noluit locum eſſe regreſſui ad eius commodum, ſed penſionem durare, meritò Gaio nulla competit actio ad regreſſum. Idem dicendum erit quando rector eccleſiæ grauatę onere penſionis mortuus fuerit, non ſolutis penſionibus, vel eccleſiam ipſam dimiſerit, ſimiliter penſionibus decurſis non ſolutis: quia agi non videtur poſſe ad priuationem contra nouum beneficij poſſeſſorem, propter non ſolutas penſiones per eius anteceſſorem, cum penſionarius præteritas penſiones non ſolutas à præceſſore à nouo beneficij poſſeſſore conſequi poſſit: vt vidimus ſuprà. q. xxxix. Nam non eſt punien-
4 dus ex delicto per eius anteceſſorem commiſſo. † Faciunt quæ pulchrè conſulendo ſcribit Sozin. in conſilio L X V I. incipiente, viſa donatione. col. penult. verſicu. ex quibus concluditur. in iij. volum. vbi concludit quòd ex delicto patris, filij feudo non priuantur patre mortuo, pœna enim egredi non debet perſonam delinquentis: nec pro culpa præceſſoris quis puniri. l. ſancimus. C. de pœn. cap. ij. de his quæ fi. à maiori par. cap. & hanc partem inuenio tenuiſſe Guliel. Caſſadorum, in ſuis deciſ. in prælleg. deciſio. I I I. in tit. de loc. qui dicit non reperiri expreſſe, quòd quis ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dat à iure ſuo, niſi pro tempore ſuo: aut quòd caſus prædeceſſoris remiſſus vel non effectuatus propter taciturnitatem creditoris, poſſit in perſonam ſucceſſoris effectuari, & quòd in materia priuatiua, non eſt imponenda pœna, quæ expreſſe non reperitur ſtatuta: per text. optimum in authent. de non elig. ſecundo nub. §. igitur. verſi. ſinautem. col. j. quem ad hoc dicit ponderare Bal. in authen. ex teſtamento. C. de ſecũ. nup. & eſt gl. in c. ſi. de iure pat. Cogita tamé in hoc: quia videtur eſſe in arbitrio ipſius penſionarij agere contra nouũ poſſeſſorem ad præteritas nõ ſolutas penſiones, vel ad regreſſum, ſicuti erat in eius arbitrio, agere cõtra præceſſorem, qui ceſſauerat in ſolutione penſionis, per ea quæ dicta ſunt in proxima præcedẽti. q.

## Rector beneficij, ſi penſionem non ſoluit, ex eo quod in carceribus fuit detentus, beneficij priuationem non incurrit.

### QVÆSTIO LXXV.

1 *Emphitenta qui ceſſauit ſoluere, ex quo fuit in carceribus non priuatur emphiteuſi.*
2 *Cauſa qualibet etiam iniuſta, excuſat à dolo.*
3 *Difficultas excuſat debitorem à pœna & à mora.*
4 *Carceratio eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum.*

SEptuageſimoquintò quæro: ſi Rector eccleſiæ, ſuper cuius fructibus eſt reſeruata annua penſio Sempronio, cum regreſſu ob non ſolutionem penſionis, fuerit detentus in carceribus, adeò quòd non potuit penſionem ſoluere, an tunc ſit locus regreſſui ob nõ ſolutionem penſio-
1 nis? † Ant. de Butr. in c. ſignificante, in iiij. notabili de pigno. format hanc quæſtionem, in emphiteuta detento in carceribus, qui per triennium ſeu biennium ceſſauit ſoluere canonẽ: nũquid propterea expelli poſſit? Et cõcludit quod non: quia detẽtus in carceribus, dicitur legitimè impeditus. refert & ſequitur Iaſon in l. ij. col. xviij. verſic. xxj. quæro. C. de iur. emph. impedito autem tempus nõ currit quo ad pœnam incurrendam, quãdo eſt impeditus ex iuſta cauſa l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus. & ibi Bar. ff. de arbit. l. ij. §. j. & ibi docto. ff. ſi quis caut. vbi Alexand.

facit,



facit, quia pœnæ ſunt odioſæ, ideo reſtringẽdę. c. in pœnis. de regu. iur. in vj. Et quælibet cauſa excuſat à dolo, etiam iniuſta: vt not. per gl. in l. plagij. la ij. C. ad leg. iul. de plagi. in l. j. in fin. ff. de abig. & probatur in l. igitur. ff. de liber. cauſa. Bald. in l. j. in fin. C. vbi cauſ. ſtat. Angel. in l. j. in fin. prin. ff. de eo per quem fac. erit. Decius conſil. CCCCLII. col. j. & conſi. CCCCXVIII. col. fin. in fin. in iij. volu. Iaſon conſi. CVIII. col. vj. in verſicu. inſuper. in j. volu. & Cornec.
3 conſi. CCLXXVIII. col. antepenul. in ij. vol. † Et difficultas excuſat debitoré à pœna & à mora, ſiue obligatio contineat ſpeciem, ſiue quãtitatem: de quo laté per doct. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. & per D. Io. Crotum, præceptorem & dominum meum in l. eadem. §. Cato. in j. lect. nume. 66. ff. de verbo. obliga. facit optime text. pro iſta concluſione in d. c. ſignificante. de pigno. & ibi Abb. in iij. not. verſicu. Item not. vbi dixit, quod detentio in carceribus excuſat à
4 cõmiſſione pœnæ, † in eo quòd non adimpleuit quod facere tenebatur, & carceratio eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrũ. l. ij. & ibi Bal. C. ex quib. cau. maior. ex præmiſſis igitur concludi poteſt, quòd idem dicendum ſit in debitore penſionis, quod ſupra dictum fuit in emphiteuta carcerato.

## Penſionarius qui obtinuit rectoré beneficij illo priuari ob nõ ſolutionem penſionis, an præteritas penſiones exigere poſsit.

### QVÆSTIO LXXVI.

1 *Pœnæ plures quæ ex diuerſis cauſis oriuntur, non tolluntur electione vnius.*
2 *Dominus expellens emphiteutam priuatè ob non ſolutionem canonis, præteritas penſiones petere poterit.*
3 *Penſio eſt onus reale, & beneficio cohæret.*
4 *Colonus etiam quod expellatur, non perdit ſua melioramenta.*
5 *Eccleſia poteſt conſequi præteritas penſiones non ſolutas, & emphiteutam expellere.*
6 *Pœnæ plures quãdo proueniunt ex cauſis omnino diuerſis, vnius electione aliæ non tolluntur.*
7 *Debitor penſionis, vt euitet pœnam priuationis probare debet ſe ſoluiſſe.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Septuagesimosextò quæro: Si penſionarius
obtinuerit poſſeſſorem beneficij illo priuari ob non
ſolutionem penſionis iuxta tenorem literarum reſerua-
tionis dictæ penſionis & beneficium apprehenderit vigo-
re regreſſus ſibi deſuper reſeruati ob non ſolutionem di-
ctæ penſionis,an poſſit petere præteritas penſiones? Et vi-
detur dicendũ quòd ſic,per tex.in.l.ſi colonus.in princ.ff.
loc.,vbi eſt tex.quòd ſi dominus inceperit ab expulſione
coloni, tamen conſequi poterit preteritas penſiones, Ad
idem facit tex. in authen.qui rem.C.de ſac.ſanc.eccl. & in
§.ſi verò quis locator.in authen.de alie.& emphit.in qui-
bus iuribus dicitur,quòd emphiteuta eccleſiæ ſi canonem
per biennium non ſoluit, expelli poteſt: & tenetur etiam
ad ſoluendum præteritas penſiones.Tertiò facit: quia pẽ-
ſio debetur propter reſeruationem de ea factam autori-
tate ſuperioris, qui illam imponere potuit accedente cõ-
ſenſu Rectoris eccleſiæ grauatæ,priuatio autem fit ob cõ-
1 tumaciam non ſoluentis.† Quando autem diuerſæ pœnæ
proueniunt,nõ ex vna cauſa,ſed ex diuerſis, vt in terminis
noſtris, nunquam electione tolluntur nec ſatisfactione. l.
2 nunquam plura.cum ſimilibus.ff.de priua.delic.† Quartò
facit quod voluit Bart.in l.ij.C.de iur.emphi.& ibidẽ Cy.
& Sali.poſt.Iac. de Are.& Pet. de Anch. & Butr. in c. po-
tuit.de loca.in quibus locis tenent,quòd dominus qui em-
phiteutam expulit ob non ſolutionem canonis,loquendo
etiã in emphiteuta priuati, petere poterit præteritas pẽ-
ſiones.Iſtis non obſtantibus contrariã partem puto de iu-
re veriorem, quòd imo penſionarius qui obtinuit poſſeſ-
ſorem beneficij,illo priuari ob non ſolutionem penſionis,
3 decurſas penſiones petere non poterit.† Moueor quia pẽ-
ſio eſt onus reale,& cohæret ipſi beneficio , vt inquit Feli.
in c.ad audientiam.el ij.de reſcrip. & dictum fuit ſupra q.
xxxix.nu.5.& q.xliij.penſionarius autẽ ſuccedens in bene-
ficio,ſuper quo ſibi erat aſſignata penſio,ſuccedit ſuo de-
bitori:ideò eius creditum cõfunditur.l.ſtichum.§.adiecto
ff.de ſolu.l.cum ſecũdum.C.de fideicom.l.debitori.& ibi
glo.C. de pact.& dictum fuit ſuprà q. xlix. Secundo facit:
quia priuatus beneficio ad ſolutionem penſionis , vlterius
non tenetur.tex.eſt & ibi docto.maximè Abb.in.c.niſi eſ-
ſet.de præben.Tertiò facit bonus tex.in l.apud Celſum.§.



Labeo.ff.de dol.exce.vbi tex.dicit, quòd condemnatus ad
dandũ hominẽ,ſi promiſit illũ intra certũ diẽ tradere , &
ſi dicta die traditus non fuiſſet,pœnam quoque adiecerit,
quòd ſi petitor tranſacto termino , homine non tradito,
pœnã & hominẽ petat , exceptione repellitur : quia dicit
ibi tex.iniquũ eſt pœnã & hominẽ petere.ad idẽ text.in l.
prædia.ff.de act.emp.& in l.cũ proponas. C. de trãſact.&
in l.qui fidẽ.& vtrobique Bar.ff.de trãſac.debet enim pen
ſionarius eſſe altero contentus,vt in ſimili conſuluit Iaſon
conſi.xlix. incip.videretur prima facie. col.j. verſic.Sed
præmiſſis non obſtãtibus.in j.vol.no.doct.in c.fin.de loca.
& Bal.in l.defuncto.C.loc.Salic.in l.quoties.ad ſi.C.de fi-
4 deicom.† Nec obſtant adducta ſupra in contrariũ, & pri-
mò text.in d.l.ſi colon.in prin.ff.loc.quia loquitur in ſim-
plici colono,qui etiam ꝙ expellatur , non perdit ſua me-
lioramẽta,imo expulſus poteſt illa petere à domino fun-
di,vt inquit ibidẽ tex.hinc eſt ꝙ non eſt abſurdum, quod
teneatur ad penſionẽ nõ ſolutam.Sed in caſu noſtro Re-
ctor beneficij,ſuper cuius fructibus pẽſionẽ ſoluebat, be-
neficio,in quo ius habebat , priuatur : ideò abſurdũ eſſet
quod multiplici pœna puniretur , ſcilicet beneficij priua-
tione,& ſolutione pẽſionis , cõtra ea quæ habetur in c.at
5 ſi clerici.§.fi.de iud.† Ad tex.in auth.qui rẽ.C.de ſac.ſan.
eccl.& in §.ſi verò quis aut locator.in auth.de alie.& em-
phi.reſpõdetur ꝙ eſt illud ſpeciale in eccleſia, quod vtrũ-
que cõſequi poſſit , videlicet expulſionem emphiteutæ &
præteritas penſiones. Ita reſpondent ad dicta iura Cyn.&
Alber.in d.l.ij.col.iij.C.de iur.emphit.& Imol.in d.c po-
tuit. de loc.col.xxij.& Iaſon in d.l.ij. col.xliij. & xliiij. Ad
tertium ꝙ quando diuerſæ pœnæ proueniunt non ex vna
cauſa,ſed ex diuerſis , nunquã electione tollũtur.d.l.nun-
6 quam plura. ff. de priua.delic.† Reſpondetur quod dicta
regula procedit,quando pœnæ proueniũt ex cauſis omni-
no diuerſis,vt ex furto,& ex homicidio : ſecus ſi ex cauſis
quarum vna veniat quaſi in conſequentiam alterius,vt eſt
in caſu quæſtionis noſtræ:nam priuatio beneficij venit in
conſequentiam non ſolutionis.text.autem in d.l.nũquam
plura.loquitur quando pœnæ proueniunt ex diuerſis cau
ſis,& ex diuerſis factis , vtputa quòd quis ſurripuit homi-
nem,& eũ occidit.In caſu autẽ noſtro,licet diuerſæ cauſæ

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



videantur, ſunt tamen ex vno tantum facto, videlicet ob non ſolutionem penſionis. Iſta reſponſione in ſimili ad illum text. vtitur Iaſon in d.l. ij. C. de iure emphit. col. xlv. Quartò dum adducebatur doctrina Bar. & aliorum in d. l. ij. tenentium quòd dominus poſſit emphiteutam expellere, & non ſolutas penſiones petere. Reſpondetur quod contrarium tenuit gloſ. in d. l. ij. & ibi Ange. & Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua. verſic. xxxiij. & ibi Ioan. Andr. in addit. Iac. de Belui. in §. quod autem. in authent. de non alienan. quem refert & ſequitur Card. in d. c. potuit. & ibidé Imo. col. xxxij. & contra Bartol. tenuit etiam Iaſon in d. l. ij. col. xliij. verſi. inquantum Bartol. & col. xliiij. & xlv. & ſic communis opinio eſt contra Barto. & ſequaces in emphiteuta priuati: ex qua communi opinione ſumitur fundamentũ validum pro concluſione quam ſupra firmaui, videlicet quòd penſionarius qui eſt aſſecutus beneficiũ vigore regreſſus, ob non ſolutionem penſionis, penſiones decurſas conſequi non poſſit. Faciunt pro iſta concluſione dicta ſupra q. lxxxiij. vbi fuit concluſum, quod ſi penſionarius cui locus erat ad regreſſum ad beneficium ob nõ ſolutionem penſionis, ex eo quia ceſſatũ fuerat in illius ſolutione recipiat ſimpliciter præteritas penſiones, nõ poterit vti beneficio regreſſus: bene verum eſt quod Iaſon in d. l. ij. col. xliij. circa fin. verſicu. Nunquid autem ſi dominus. & ibidem Bal. ſentiunt quòd dominus expellendo emphiteutã ob non ſolutionem canonis, ſi proteſtetur quòd intendit etiam conſequi præteritas penſiones, poterit non obſtante deiectione illas petere, quod dicendum videtur, etiã in caſu noſtro: faciunt dicta ſupra in d. q. lxxiij. † Quando autem agitur ad priuationem beneficij, ob penſioné non ſolutam quis probare habeat, an actor non ſolutã penſionem, vel debitor ſe illam ſoluiſſe: recurre ad ea quæ tradunt docto. in l. ij. vbi Iaſon col. xxxix. in verſic. in ea gloſ. ibi qui refert omnes doctores ibidem tenere, quod emphiteuta contra quem dominus agit ad priuationé, probare debet ſe ſoluiſſe: ponit Imo. in d. c. potuit. vide etiam gloſ. & Cyn. in l. ij. C. loca. & no. in l. j. C. de probat. & per doct. in ca. cum eccleſia ſutrina. de cau. poſ. & propriet. & per doct. in c. fin. de iureiur.

Rector



## Rector beneficij ſi non ſoluit penſionem, ex eo quod non fuit requiſitus ad illam ſoluendam, an cadat in pœnam priuationis beneficij.

### QVÆSTIO LXXVII.

1 *Vaſallus qui per annos tres cenſum non ſoluit, quia requiſitus non fuit, non amittit feudum.*

2 *Litis conteſtatio requiritur ad conſtituendum quem in mora.*

3 *Debitor prius requiri debet ad ſoluendum extraiudicialiter, vt creditor expenſas inſtrumenti recuperare poſſit.*

4 *Pœna impoſita iudici aliquid non facienti, habet locum, quando ceſſauit facere requiſitus.*

5 *Statutum puniens iudicem non facientem condemnationem intelligitur ſi fuit requiſitus.*

6 *Excommunicator non tradens copiam excommunicationis, incurrit pœnam ſi fuit requiſitus.*

7 *Qui promiſit aliquem ſub pœna præſentare iudici, pœnam incurrit ſi non præſentat illum requiſitus.*

8 *Obligatus ad deſendendum, intelligitur obligatus, ſi fuerit requiſitus.*

9 *Promittens dare aliquid certa die ſub pœna, ſi non dat, in pœnam incidit.*

10 *Pœna priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis, apponitur per Papam de conſenſu beneficiati.*

11 *Solutioni vnſus quando certa dies apponitur, tunc non ſoluens pœnam incurrit.*

12 *Iudex non petenti non tenetur officium ſuum impartiri.*

13 *Pœna merè legalis ſemper monitionem requirit.*

14 *Rector beneficij penſionem non ſoluens, quia fructus non percepit, pœnam priuationis non incurrit.*

15 *Rector beneficij ſi fuit detentus in carceribus, ideò nõ ſoluit penſionem, priuationis non incurrit pœnam.*

16 *Idem eſt quando is cui fieri debet ſolutio, non reperitur in loco deſtinatæ ſolutionis.*

17 *Emphyteuta qui canonem non ſoluit, hæreditate domini iacente, pœnam non incurrit.*

18 *Penſionis debitor, quando non adeſt cui ſoluat, an offerre vel conſignare iudici penſionem debeat.*

19 *Penſio*

Universidad de Deusto Biblioteca

19 *Penſio debet offerri, & hoc ſufficit ad pœnam euitandam.*
20 *Rector beneficij cui literæ intimatæ non fuerunt, non ſoluendo penſionem pœnam non incurrit.*
21 *Intimatio literarum penſionis fieri debet per notarium.*
22 *Succeſſor in beneficio non incurrit pœnam priuationis, ſi eius prædeceſſor penſionem non ſoluit.*
23 *Proteſtatio facta iudici præceſſori, ſucceſſorem non afficit.*
24 *Poteſtas declarandi, ad hæredem non tranſit.*

SEptuageſimoſeptimò quæro, ſi is qui penſionem ſol-
uere tenetur, illam non ſoluerit debito tempore, lite-
ris reſeruationis ſibi legitimè intimatis, in quibus ade-
rat clauſula, quòd ſi tardauerit in ſolutione penſionis per
tempus in literis appoſitum, beneficio priuatus exiſtat,
& ad illud regreſſus penſionario competat, an priuatio-
nis pœnam incurrat, ſi nõ ſoluerit penſionem: ex eo quòd
ad illam ſoluendam requiſitus non fuerit? Circa hanc
quæſtionem videtur dicendum quòd pœnam non incur-
rat, per ea quæ voluit Imo. in c. ij. colum. x. de feud. & in l.
quod dicitur. ff. de verb. oblig. & Alexand. in conſil. ix. col.
1 iij. & conſil. v. col. j. in v. volumi. † In quibus locis conclu-
dunt, quòd ſi vaſallus ſteterit per negligentiam per annos
tres, quòd cenſum non ſoluerit, non requiſitus, propterea
feudum non amittit, & eſt de hoc text. in capit. licet va-
ſallus. ſi de feud. fuer. controuer. inter domin. & agnat. in
vſib. feud. vbi dicitur, quòd quantocunque tempore ſtete-
rit vaſallus, quòd ſeruitium non præſtiterit non interpel-
latus, feudo non priuatur. Et tradit Brun. in conſil. x I I.
colum. iij. in fin. & latiſſimè Iaſon in l. ij. col. xj. & xij. C. de
2 iur. emphiteu. † Secundò facit, quia ad hoc, vt quis in mo-
ra conſtituatur, requiritur litis conteſtatio. l. ſi ex legati
cauſa. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & l. mora. ff. de verborum
obligationibus. l. mora. in princi. & l. videamus. §. ſi actio-
nem. ff. de vſuris. & l. ſi in Aſia. §. fina. ff. depoſi. l. quod te
3 cum materia. ff. ſi certum pet. † Tertiò facit, quia ad hoc
vt creditor poſſit recuperare à debitore expenſas, quas
quidem facit pro recolligendo inſtrumento ſui crediti, &
priuſquàm id fieri poſſit, requiritur ꝙ ille qui eſt obno-
xius, veruſq; debitor, ante omnia fuerit requiſitus vt ſol-
uat: ita dicit Bal. in l. nõ ignorat. verſ. modo ego quæro. C.
de fruct.



de fruct. & lit. expenſ. idem voluit Ang. in l. ij. C. de obſeq.
& in l. debitores. C. de pig. Ant. de But. in c. j. extra de lib.
obl. & in c. nouit. de iud. Sali. in l. edita. C. de eden. Bart. &
Bal. in l. prætor ait. §. j. ff. de eden. Spec. in tit. de renunt. §. j.
circa prin. In quibus locis doct. tradũt generalẽ regulã, ꝙ
ſi debitor non ſit primò monitus, & extraiudicialiter in-
terpellatus ad debitum ſoluendũ, nõ teneatur ad aliquas
expenſas, ſi poſtmodum in iudicio cõuentus, ſe velle ſol-
4 uere dicat. † Quartò facit quia ſi fuerit impoſita pœna iu
dici aliquid nõ facienti, ita demum locum nõ habet pœ-
na, ſi iudex requiſitus fuerit ad illud faciendum, aliter nõ,
vt habetur per Inno. in c. ſi. poſt Butr. per gloſ. ibi de re-
ſcript. Abb. in ca. ſignificauerunt. col. iiij. de except. & in c.
cum ſit generale. col. ij. de foro comp. & in c. auditis. in ſi.
5 de procu. † Quinimo ſi ſtatutũ puniret iudicẽ nõ facien-
tem certam condemnationem, intelligitur ſi fuerit requi-
ſitus: ita conſuluit Franc. de Ramp. cuius conſil. habetur
inter conſi. Cald. in tit. de pœnis. nu. 4. & dicit Abb. in cap.
pen. col. pen. verſi. Nota vnum. de iudi. quòd pœna impo-
ſita iudici intra certum tempus iudicandi, non incurritur
ſi pars non inſtetit. facit optime text. in c. breui. & quæ ibi
notantur, de iureiur. & in l. ſi. C. vt intra certum tempus.
6 † Quintò facit: Nam excommunicator, qui excommuni-
cationis ſententiam in aliquem tulit, tenetur ſub pœna
intra menſem copiam ſententiæ tradere excommunica-
to, tamen talis pœna ita demum locũ habet, ſi excõmuni-
cator requiſitus copiam dictæ ſententiæ nõ tradidit. tex.
eſt in c. j. de ſentent. excõ. in vj. Sextò addeo quod habe-
tur in c. j. §. ſi. ibi ſi petantur. de ſepul. in vj. vbi demanda-
tur religioſis, qui in eorum eccleſia ſepelierunt corpus il-
lius quem induxerant ad eligẽdum in eorum eccleſia ſe-
pulturã, quod illud ſub certa pœna intra octo dies reſti-
tuant eccleſiæ, cui de iure venit reſtituendus: quam tamẽ
pœnam ita demum incurrunt ſi moniti & requiſiti non
7 reſtituant illud, vt dicit ibi tex. † Septimò ad idem facit,
quòd conſulendo dixit Pau. de Caſt. in conſil. cclxvi. inci-
piente: videtur quòd dictus Ioannes Paulus, vbi cõſuluit,
ꝙ qui promiſit aliquem iudici præſentare ſub certa pœ-
8 na intra dies octo: intelligitur ſi fuerit requiſitus. † Octa-
uo facit, nam obligatus ad aliquem defendendum, ita de-
mum

Universidad de Deusto Biblioteca



mum defendere illum teneatur ſi fuerit requiſitus,imo nõ
ſufficit quòd obligatus ſciuerit moleſtari illum:ita voluit
Abb.conſi. cxliiii. incip.in quæſtione quæ vertitur.in ij.
col. & ita communiter concluditur in venditore qui de
euictione tenetur.Nã nõ ſufficit ſcire litem emptori mo-
tam ad hoc vt de euictione teneatur, niſi venditor fuerit
requiſitus ad defendendum vt latè poſt alios tradit Felin.
in c.cum M.Ferrarienſis.col.xx.verſicu.ex his infertur. de
conſtit. & pro iſta parte faciunt adducta per Decium , in
conſi.11.in j.vol.Iſtis tamen non obſtantibus, contrariam
partem de iure puto veriorẽ,videlicet quòd debitor pẽ-
ſionis ſi ceſſauerit in illius ſolutione per tempus in literis
contentum,pœnam priuationis incurrat,etiam ſi nõ fue-
rit requiſitus ad ſoluendam penſionem. Et moueor quia
in literis reſeruationis annuæ penſionis eſt appoſitũ tem-
pus,intra quem ſolutio fieri debet,certum & determina-
tum,ideò nõ eſt opus alia interpellatione.l.magnã. C.de
contrah.& commit.ſtipul.l.ij.C.de iure emphyt.c.fin. de
loca.& habetur latè per Doct.in d.l.magnam.vbi Bald. in
j.col.allegans Innoc.in c.extirpandæ. de præb. dicentem,
quòd vbi agitur de pœna communi committenda ratio-
ne neglectus, ibi debet fieri denunciatio,vel dies apponi:
ſecus quando committitur ratione facti,quia tunc moni-
tio nõ eſt neceſſaria.†Et dixit Bal.in d.l.magnã.col.j.verſ.
9 gloſ.colligit hic duo , q ſi aliquis promittit dare aliquid
certa die,ſub pœna ſi illa die non dat pœnam incidit im-
purgabiliter:facit,quia ſi epiſcopus vltra ſex menſes reti-
net eccleſiam non conſecratus,illa ipſo iure eſt priuatus,
niſi iuſta cauſa ſubſit non petendi cõſecrationem. c. cum
in cunctis. de elect. Nec requiritur aliqua monitio cum
certum tempus ſit appoſitum, ita notanter dixit Milus in
ſuo repertorio,in verbo epiſcopus.verſi.xx.incip.Epiſco-
pus debet eligi,ſolum enim tẽporis lapſus, ſufficit ad pri-
uationem,vt not.per Compoſt.& Ioan.Andr.in d.c.cum
10 in cunctis.& ibidem Anto.de Butr.†Facit, quia iſta pœna
priuationis in euentum non ſolutionis penſionis,apponi-
tur per Papam & de cõſenſu Rectoris beneficij, qui pen-
ſioni conſenſit, ideò alia interpellatione nõ eſt opus:nam
videmus quòd etiam in pœna appoſita facto negatiuo
ſufficit pro monitione tempus etiam à lege ſtatutũ,prout
in



in caſu noſtro in quo pœna eſt appoſita à Papa,& ex con-
ſenſu partis,vt dixi:vt per Abb.in c.extirpãdæ.§. quia ve-
rò.de præbend.in repet.col.v. & vj. & in lect. col.vlt.ſuffi-
cit enim intimatio literarum in penſionibus quo ad pœ-
nam incurrendam. Quinimo,ſi quis perſonaliter conſen-
ſerit reſeruationi penſionis,in qua eſt appoſita pœna pri-
uationis beneficij , ob illius non ſolutionem ſi ceſſauerit
in ſolutione penſionis,etiã literis ſibi non intimatis,præ-
dictam pœnam incurrit : vt latè deducit Gulicl.Caſſado.
Auditor Rotæ,in deciſ.ſuis ſuper dubiis regul.Cancella-
riæ,in rubr.de penſio.deciſ.11. vbi dicit ita iudicatũ fuiſſe
tempore ſuo, & deciſum per maiorem partem domino-
rum : & intimationem literarum ad effectum incurſionis
pœnæ:ita demum requiri de neceſſitate dicit quãdo quis
per procuratorem penſioni conſenſit:quia tunc in eo ca-
dit probabilis ignorantia de ſupplicationis forma , &
contentis in ea.l.ſin.ff.pro ſocio.& c.ab excommunicato.
de reſcript. & ita dicit Palatium ſeruare. Idem dicit Go-
mes auditor Rotæ,in compendio ſuo vtriuſque ſignatu-
ræ,nu.89.fol.87. Idem erit quando penſio fuiſſet aſſigna-
ta abſque conſenſu:nam intimatio literarum , neceſſaria
erit ad pœnam priuationis incurrendam : ita dicit idem
11 Caſſado.deciſ.xii.in rubr.de reſcript.†Ad allegata in cõ-
trarium reſpondetur. Et primò non obſtant adducta in
primo contrario:nam non procedunt quoties cenſus ſol-
uendus per feudatarium,cõſiſteret in certa quãtitate pe-
cuniæ:vt eleganter conſuluit Albert. Bru.in conſilio xli.
col.iiij.in fine.Reſpondetur & alio modo, quòd non pro-
cedunt,quando eſſet appoſita ſolutioni cenſus,certa dies:
nam eo caſu alia monitio nõ requireretur ad incurren-
dam pœnam priuationis feudi. ita dixit Alua. poſt Andr.
de Iſer.in c.j.§.ſed nec alia.in tit.quæ fuit prima cauſ.be-
ne.amitt.in vſib.feud.quem refert & ſequitur Bru. conſil.
proximè allegato.col.vj.circa med. ver. ſubdit fortius ad
ſecundum , dum dicebatur quòd lit.conteſtatio requiri-
tur ad conſtituendum quem in mora : reſpondetur illud
non procedere in caſu noſtro,quia litis conteſta.non re-
quiritur quando ſumus in cauſa penſionis executiua , vt
in terminis quæſtionis noſtræ:& vidimus ſuprà q.lxxj.Re-
ſpondetur ſecundò , quòd in caſu noſtro ſufficit ſola li-
terarum

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



terarum intimatio,vt ſupra dictum fuit. Ad tertium di-
citur, quòd expenſæ quæ fiunt pro recolligendo inſtru-
mento obligationis, non continentur in principali obli-
gatione: ideò non debentur, niſi præcedat interpellatio.
12 †Ad ea quæ deducta ſunt in quarto cõtrario, reſponde-
tur quòd iudex non tenetur officium ſuum impartiri nõ
petenti: ideò ſi iudex requiſitus non fuerit, pœnam non
incurrit, & ita etiam procedunt adducta ſupra in quintò
contrario: dies enim ſine requiſitione in illis caſibus pro
homine non interpellat.Felin.in cap.ſi autem.colum. iij.
verſic.& caue.de reſcript. Ad ſextum reſpondetur, quòd
procedit in ſimplici pœna legali, ſecus in conuentionali
prout dici poteſt in caſu noſtro, in quo intercedit appo-
ſitioni pœnæ conſenſus ſoluere debentis,& autoritas Pa-
pæ quæ incurritur tranſacto tempore in obligatione ap-
13 poſito, vt ſupra dixi. † Nam ſemper pœna merè legalis,
requirit monitionem,vt dixit Innocent.in d. c. extirpan-
dæ.§.quia verò.de conceſ.præbend. quem ibi ſequuntur
Ioan.Andr.& Butr.& Bald.in authent.hoc amplius.col.ij.
verſi.quæritur vtrum.C.de fideicommiſſ. Et in l. qui cri-
men.in princip.C.qui accuſ.& Alexand.in l.ita ſtipulatus
colum.v.ff.de verbo.oblig.Card.conſi. LV. incip. in caſu
Chriſtofori.& Paul.de Caſtr. conſil. CLXVI. incip. videtur
quòd dictus. Adducta verò in vij.& viij.contrariis, pro-
cedunt in obligationibus facti: nos verò ſumus in obli-
gatione ſoluendi certam ſummam certo tempore: ideò
cum ſimus in caſu diuerſo de vno ad alium,non infertur.
l.Papinianus exuli.cum vulgaribus.ff.de minor.Remanet
ergo firma concluſio, quòd debitor penſionis ſi ceſſaue-
rit in illius ſolutione,per tempus, de quo in literis reſer-
uationis penſionis fit mentio, incurrit priuationis be-
neficij pœnam, de qua in dictis literis, etiam ſi requiſi-
14 tus non fuerit vt penſionem ſoluat. † Illam conclu-
ſionem limita multis modis, & primò non procedere
quando debitor penſionis illam non ſoluit per aliquod
tempus, ex eo quia fructus beneficij omnes per id tem-
pus perierunt, per ea quæ dixi ſuprà quæſti. lxij. fa-
ciunt quæ adducit Alexand. in conſilio CXII. incipien-
te, videtur in præſenti. in primo volum. vbi concludit,
quod conductor & etiam emphyteuta non teneatur ſol-
uere



uere penſionem,quando fundus,cuius occaſione ſoluitur,
certis annis fuiſſet ab aquis inſolitis in totum ſubmerſus:
& in ſolutione penſionis.idem voluit Felin. in cap. ad au-
dientiam. el ij. de reſcript. de quo latè dixi ſuprà dicta q.
15 lxij.†Secundò prædictam concluſionem limita non pro-
cedere,quando debitor penſionis detentus fuit in carceri-
bus per illud tempus,& propterea penſionem non ſoluit,
nam priuationis pœnam tunc non incurrit, vt in ſimili in
emphiteuta concludit Butr.in cap.ſignificante. in quarto
not.de pig.quẽ refert & ſequitur Iaſ.in l. ij. col xviij. verſ.
vigeſimoprimò quæro.C. de iure emphite. & de hoc dixi
16 ſuprà q.lxxv.† Tertiò limita prædictam cõcluſionem non
procedere, quando penſionarius,cui fieri debet ſolutio,
non reperitur in loco deſtinatæ ſolutionis, eo tempore
quo ſolutio ipſa fieri debet, & minus adeſt aliquis eius
procurator legitimus,cui legitime ſolui poſſit:nam in eo ca-
ſu pœna non incurritur, ita conſuluit in ſimili Alexand.
conſilio XCII. incipiente,perſpectis his quæ intimate.
col.iij.ver.alia etiam ratione.in primo volum. vbi conſu-
luit,quòd obligatus ſub pœna ſoluere certo tempore, pœ-
nam non incurrit,ſi is cui fieri debeat ſolutio tempore ſo
lutionis fiendæ,non erat in loco deſtinatæ ſolutionis, ſed
iuerat in aliam prouinciam.allegat Bald.in l.acceptam. in
xiiij.q.C.de vſur.& eundem Bald. & Imol. in l.cum filius.
§.fina.ff.de verborum obligat.& nota.per Hoſtienſ. in tit.
de loca.prope finem. verſicu. quid ſi emphiteuta promiſit
17 in ſumma.† Vbi dixit quod ſi hæreditate proprietarij ia-
cente,lapſum eſt biennium vel triennium,emphiteuta qui
non ſoluit canonem,non propterea cecidit à iure ſuo:ſe-
curus eſt enim emphiteuta poſtquam non fuit cui ſoluat:
& notatur per Dynum in c. cum quis in ius. de regu. iur.
in vj.vide eundem Alexand.in l.item illa.ff.de conſti.pecu.
& text.in cap.ſignificante. de pigno. qui eſt ad hoc nota-
18 bilis.†Quid autem habeat facere debitor penſionis in tali
caſu,an teneatur deponere penſionem penes iudicem vel
coram eo,paratum ſe offerre ad ſoluendum? Videtur di-
cendum quod teneatur offerre & conſignare iudici pen-
ſionem, per doctrinam Bart.in l.ſi reus paratus. in fin. ff.
de procurat. vbi dixit quòd quando quis vult ſoluere vt
pœnam euitet,ſi creditore non reperit cui ſoluere poſſit,

Universidad de Deusto Biblioteca

debet autoritate iudicis,facere conſignare debitum:& co
ram iudice offerre,per illum textum, & ad hoc vt ſciatur,
vtrum ille creditor reperiatur , vtputa quia forte forcuſis
eſſet , fiat præconium de hoc : facit ad prædicta text. in l.
acceptam.C.de vſur.& quod voluit Petrus de Anchar. in
conſil. LXXXVI. incipiente,pro faciliori ſolutione Alex.
tamen in dicto ſuo conſilio XCII.col. iij.in fin & col.iiij.
in princip.dicit non eſſe opus , vt debitor ſe offerat para-
tum ſoluere,ſi eſſet qui reciperet, quando conſtat credito
rem eſſe abſentem a loco in quo ſolutio fieri debebat.alle
gat tex.in l.ſi fundum.§. Marcellus. ff. de leg. commiſ. &
in l. per rem. §. fina.& l. cum quidam. §. ſi pupillus. ff. de
vſur. & reſpondendo ad prædictam doctrinam Bart. di-
cit quòd illa procedit in caſibus,in quibus requiritur con-
ſignatio & depoſitio prout loquitur text.in dicta l. ſi reus
paratus.& ibi declarat Bald. & Bart. in l.ſi ſeruum.§.nūc
videamus.in fin.ff.de verb.obligat. Nam etiam quando-
que ad euitandum pœnam requiritur oblatio,depoſitio,
& conſignatio. l. ij. in fin. ſecundum vnum intellectum
gloſſ.C.de iure emphiteu. & quod ita intelligatur prædi-
cta doctrina Barto.patet ex eo quod dixit idem Barto.in
dicta l.ſi ſeruum.§.nunc videamus & in l.item illa. ff. de
conſtit.pecu.vbi dixi quod ſatis eſt, quod ille qui non ha-
bet cui ſoluat dicat ſoluerem ſi haberem cui, & quod nō
requiritur depoſitio & conſignatio : & ita rationibus
19 prædictis,puto dicendum in debitore penſionis. † Quar-
tò limita prædictam concluſionem non procedere,quan-
do penſionarius erat præſens in loco deſtinatæ ſolutio-
nis , & debitor penſionem obtulit. Nam quando tracta-
tur de effectu non incurrendi moram vel pœnam, vel cur-
ſum vſurarum nondum inceptarum , tunc ſi adeſt cui of-
feratur, debet offerri , & ſola oblatio ſufficit , & excuſat
à pœna. ita concludit Alex.in præallegato conſil. XCII.
col.iij.in fin.allegat text.in l.ſi patre.C.de vſur. & no.in d.
l.acceptam.ſi autem non adeſt cui offeratur,tunc debitor
20 ſine oblatione eſt ſecurus.per tex.in d.§.Marcellus. † Quin
tò limita dictā concluſionem procedere,quando debitori
penſionis fuiſſent intimatæ literæ reſeruationis penſionis:
ſecus ſi literæ ſibi intimatæ non fuerint:quia tunc non ſol
uendo non incidit,neque in pœnam excommunicationis:
neque



neque in pœnam priuationis,etiam ſi ſciret literarum ex-
peditionem,& illarū tenorem:facit quod voluit Bart.in l.
denunciaſſe.in prin ff.de adult.quam legit ſub l.qui vxori.
§.quid ergo. vbi dixit , quod quando requiritur notitia
alicuius,non ſolum vt ſciat : ſed vt aliquid faciat, vel non
faciat,debet ei fieri intimatio,etiam ſi aliunde ſciat. Ideò
emptor debet debitori denuntiare quod veniat ad eum
defendendum.nec ſufficit ſcientia aliūde habita:facit tex.
in l.j.C. de pericul. & com. rei vend. vide Feli. ad hoc in
cap.cum contingat.colum.iij. verſi. Quarta concluſio. de
reſcrip.Iſtam limitationem intellige procedere, quādo is,
contra quem agitur,non fuit ille qui perſonaliter conſen
ſit reſeruationi penſionis:nā in eo qui perſonaliter con-
ſenſit,non requiritur alia intimatio , vt ſupra dictum fuit
tenere Rotam :& habetur per Caſſador. ſupra allegata
deciſ.II. de penſ.& deciſ. XII. de reſcrip.& per Gomes,
21 in cōpendio vtr.ſignaturæ.nu.59.† Et fieri debet intimatio
literarū per notarium data copia literarū ſi petatur ab eo
cui literæ intimatur,& ita obſeruatur,ſicuti aliàs diximus
in denuntiatione motæ litis,quam facit emptor venditori
ſibi de euictione obligato,cui tenetur oſtendere & dimit
tere copiam citationis & libelli ipſi emptori dati. ſecun-
dum Bar.in l.empt.C.de euic.Ange.& Imo.in l.in execu-
tione.§.in ſolidū.ff de verb.obl.& Car.in cle.cauſam,in fi.
de elec.per illum tex.quē ad hoc multum extollit,inferens
ex eo,quòd omnis intimatio quæ obligat,ad aliquod præ
iudiciale fieri debet in d.forma:Fel.tamen in c.cū M.Fer-
rariēſis.col.xx.verſ.ſed adde, dicit quòd emptor cui mota
fuit lis,non tenetur dare copiam citationis ſibi factæ , &
libelli ſibi dati:ſed ſufficit vēditori legere ea quæ ſibi obla
ta ſunt,niſi venditor illorum copiam petat:quia tunc dari
debet,iuxta tex.in clem.cauſam,ſupra allegatum, quē ſic
22 intelligendum dixit.† Sexto limita dictam concluſionem
non procedere in hoc ſucceſſore in beneficio grauato one
re penſionis,quia ſi eius prædeceſſor penſionem non ſoluit,
non propterea ipſe ſucceſſor ex ea cauſa beneficio ipſo
priuari debet,licet teneatur ad præteritas penſiones de-
curſas tempore prædeceſſoris,vt dixi ſuprà q. xlij. & eſt
ratio,quia delictum præceſſoris , in odium ſucceſſoris re-
dundare non debet:c.delictum perſonæ. de reg.iur. in vj.

Universidad de Deusto Biblioteca

imo quo ad iſtum nouum ſucceſſorem,in beneficio requi
ritur noua intimatio literarum , nec cum artat intimatio
23 facta eius præceſſori.† Facit quod voluit Feli.in d.c. cum
M.Ferrarienſis.col.xv.ver.iij.concluſio , de conſti. vbi di-
xit, quòd proteſtatio facta iudici præceſſori corã ſucceſ-
ſore non prodeſt,ideò opus eſt illam coram eo reiterare.
allegat Moder.in repeti.c.ex ratione.col. xj. verſ. Et quæ-
ritur.de appel.dicentes Bar.ita conſuluiſſe. Ad quod facit
tex.in l.edictum.ff.de iudic.vbi tex.dicit , quòd corã ſuc-
ceſſore requiritur noua citatio,dato quòd corã præceſſo-
re omnia edicta expedita fuiſſent pro cõcluſione firmata.
In iſta limitatione vide Guliel.Caſſad. in ſuis deciſ. deciſ.
ij.in tit.de locat.& cõd.& deciſ.iij.eo.tit.vbi atteſtatur cõ-
cluſum fuiſſe in Rota quòd ſi dominus non declarauerit
caducitaté eius,ſucceſſor illam declarare non poſſit.alle-
gat tex.in l.fi.C.de reuocan.donat.glo.in c.fi na.de donat.
24 †Et illud quod poteſtas declarandi ad hæredé regulariter
non tranſit;nec egreditur perſonã. glo.in l. idem Pompo-
nius.§.fin.de rei vend.Bar.& Alex.in l. inter ſtipulantem.§.
j.ff.de verb. obl. ſubdens quòd ſucceſſor in beneficio etiã
ſi interpellatus non ſoluerit penſiones decurſas tempore
ſui præceſſoris,nõ propterea incidit in pœnam priuatio-
nis beneficij.Idem voluit idem Caſſad.in deciſ.iiij.eo.tit.

## Rector beneficij penſionem non ſoluens , tem-pore de quo in literis elapſo , an ſit ipſo iure priuatus beneficio?

QVAESTIO LXXVIII.

1 *Verba præteriti temporis inducunt priuationem ipſo iure.*
2 *Verba eo ipſo priuatus exiſtat, inducunt priuationem ipſo iure.*
3 *Verba perpetuò priuatus exiſtat.idem ſignificant.*
4 *Declaratoria requiritur in pœnis ipſo iure incurſis.*
5 *Citatio partis requiritur in declaratoria pœnæ incurſæ.*
6 *Appellari poteſt à tali declaratoria.*

SEptuageſimooctauò quæro , vtrum non ſoluens pen-
ſionem per ſex menſes immediatè ſequentes dies xxx.
datos ad ſoluendũ iuxta formã literarũ reſeruationis pẽ-
ſionis,ſit beneficio priuatus ipſo iure,vel priuãdus veniet.
Cir



Circa hoc attendenda erunt verba literarũ : nam ſi dictũ
fuerit in eis beneficio priuetur, vel beneficio priuari de-
beat,vel beneficio carere debeat,& ſimilia, tunc nõ eſt pri
1 uatus ipſo iure:ſed per ſentẽtiam priuari debet.†Secus ſi
talia verba ſint præteriti temporis,tunc enim ipſo iure pri
uationem inducũt.glo.eſt magiſtra in l. in criminali. C.de
iuriſdict.om.iud.approbata communiter à doct.Sed com
muniter in huiuſmodi literis apponi ſolent iſta verba , ſi
verò per ſex menſes dictos. xxx. dies immediate ſequẽtes,
ſentẽtiam ipſam animo ſuſtinuerit indurato, ex tunc efflu
xis menſibus eiſdem, dicta eccleſia perpetuò priuatus exi-
ſtat.illaque vacare cenſeatur eo ipſo,tibique licere adean
dem eccleſiam liberũ habere regreſſum,& licet tibi etiam
vigore tui prioris tituli poſſeſſionem propria autoritate
apprehendere,ac ſi illam minime reſignaſſes : ex quibus
2 verbis inducitur ipſo iure priuatio :†nam illa verba , eo
ipſo priuatus exiſtat,inducunt ipſo iure priuationem ſine
alia ſententia ſecũdum Zenzel.in clem.j.de elect.per illum
text.pro quo Card.ibi.allegat text.in c.nullus.& c.ſi reli-
gioſus.de elec.in vj.ita dixit etiam Feli.in c.Rodulphus.in
verſi.vlti.quia.ver.eo ipſo.ad idem Card. in cle.j. ad ſi.q.
3 xj.de ſequeſt.poſ. & fruct.† Et ſimiliter illa verba perpe-
tuò priuatus exiſtat,de quibus in literis priuationem indu
cunt ipſo iure,vt per Alex.in apoſtil. ad Bar. in l. impera-
tor.ff.de iur.fiſ.& Barbat.in c. ſi diligenti. xxxvij. col.cum
ſeq.de fo.compe.& per Feli.in d. c. Rodulphus. in quibus
locis latiſſimè ponunt quę ſint verba, quę nullitatẽ actus
inferant ipſo iure,& quæ requirant ſententiam nullitatis
vel priuationis,quorũ dicta tranſcribere non intendo,eos
4 videre poteris.†Dicas tamẽ,quòd licet ſententia priuato-
ria non requiratur:requiritur tamen declaratoria pœnæ
incurſæ ipſo iure,vt per Alex.in d.apoſtil.& Feli. in d.cap.
Rodulphus.in verſ. Sed declaratoria. & eſt text.in c. j. de
hæret.in vj. vbi Domi. & alij. & per Fel. in c. cum non ab
homine.col. iiij. de iudi.cũ multis ſimilibus accumulatis
5 per Felin.in d.c.Rodulph.† Et ad faciendũ iſtã declarato-
riã eſt pars citanda.gl.eſt notabilis in cle.præſenti. in ver-
bo cõſtiterit.de pœ.& ibi doc.& latiſſime per Feli. in d.c.
Rodul.in verſi.citatur etiã pars.vbi dixit , quòd licet aliàs
excõicatio lata ſine citatione & ſine monitione teneat

Universidad de Deusto Biblioteca

quamuis iniuſta.ca.j.xj.q.j.Nihilominus ipſa declaratoria
excommunicationis incurſæ non præcedente citatione
partis eſt nulla. Ita etiam voluit Imol.poſt Cardi.in c.ex-
tirpandæ. in vij.col.de præb.& latè Decius in co.peruenit.
& in cap.reprehenſibilis.de appel.& latiſſimè Curtius in
6 conſil. ſuo xx. † vt ab iſta declaratoria appellare licebit,
vt eſt gloſ.ad hoc ſingularis in c.cupientes.§. quod ſi.verſ.
priuatos. de elect.in vj. licet à pœna ipſius diſpoſitionis
vel legis,quam pars incurriſſe dicitur, non liceat appella-
re.l.ſi qua.ff.de verbo.ſign.c.quia nos.de appel.& latè tra
dit Felin.in d.ca.Rodulphus.col.penult.verſic.& appellari.
de reſcrip.Erit ergo concluſio,quòd in caſu.q.noſtræ:pœ-
na priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis,at-
tentis verbis literarum,incurritur ipſo iure. Et quòd re-
quiritur declaratoria ad quam eſt pars citanda: & ab ea
appellare licebit.

## Penſionis reſeruatio ſuper fructibus beneficij, ad quod alteri regreſſus competebat, non facta mentione dicti regreſſus an valeat?

### QVÆSTIO LXXIX.

1 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo, valet ad vitam alienantis tantum.*
2 *Penſionis reſeruatio pendet à voluntate Papæ, non partium.*
3 *Habens regreſſum ad beneficium, habet ius ſaltem ſpe ad illud.*
4 *Feudum dari poteſt in dotem, vltra vitam dantis, conſentiente domino feudi.*
5 *Penſio reſeruata ex certa ſcientia Papæ facientis mentionem de regreſſu alterius, valet etiam quo ad illum, qui regreſſum habet.*

SEPTVAGESIMONONÒ quæro, an valeat reſerua-
tio penſionis facta ſuper fructibus beneficij: ad quod
Sempronio erat reſeruatus regreſſus,ſine Sempronij con
ſenſu. In iſta q. Rota in contingentia facti concluſit quòd
non: vt refert Guliel. Caſſa.in ſuis deciſioni. deciſio.1.in
rub.de penſ.intellige ſanè per illam concluſionem, reſer-
uationem penſionis non valere, quo ad præiudiciũ eius,
qui regreſſum habebat, cui non conſentienti, Papa non
cenſetur velle præiudicare.l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco
publ.



publ.l.nec auus.C.de eman.c.cum olim.de conſuet.c.ſu-
per eo.de offi.deleg.c.audita.de reſt.ſpol.c.cũ teneamur.
de præbend. facit pro iſta concluſione text.in l.ſi ex duo-
bus.§.ſed eſt Marcel.ff.de in diem adiect.per quem infer-
tur in ſimili quòd d.reſeruatio penſionis à principio non
ſit nulla, nec ex poſt facto, niſi cum acceſſui & regreſſui
locus exiſtat:& ſic eo caſu,quo habenti regreſſum præiu-
dicaret. Ita ad hoc illum text.allegat Guil.Caſſad.in præ-
dicta ſua deciſ.cũ enim ius regrediendi Sempronio com-
peteret tempore aſſignatæ pẽſionis,de quo nulla eſt facta
mentio in literis reſeruationis penſionis,dicere nõ poſſu-
mus,quòd eueniente caſu regreſſus teneatur ad ſolutionẽ
penſionis. Nam res inter alios acta,tertio non præiudicat.
videmus enim quòd ſi feudatarius nullos habens filios,det
feudum in dotem filiæ ſuæ,illa conceſſio valet in vita tan-
tum patris,& non vltra, cum ſucceſſori in d.feudo ſeu do-
mino feudi ad quem forte feudũ reuertitur,ipſo mortuo
præiudicare non poſſit.text.eſt in c.nuper.de donat. inter
vir.& vxor.& habetur per feudiſtas in c.j.§.donare autẽ
in tit.qualiter pot.feu.alie.vbi Iac.de Belui.Nico.de Nea-
1 pol.Aluarot.Præpoſ.& alij.† Facit etiam pro concluſio-
ne ſupra firmata,tex.in l.ſi duobus.§.ſin autem ſub cõdi-
tione.C.communia de legat.vbi dicitur quòd res ſubiectæ
reſtitutioni, ſi alienentur alienatio valet in vita alienantis
tantum,& ad eius præiudicium:ſed aduueniente caſu reſti
tutionis,alienatio fingitur retro nulla. Sic erit in caſu no-
ſtro: nam adueniente caſu regreſſus, aſſignatio penſionis
2 fingetur retro nulla, argumento illius tex.† Nec obſtat ſi
dicatur,quòd aſſignatio penſionis magis pendet à volun-
tate & poteſtate illam aſſignantis, & reſeruantis, quam à
voluntate & conſenſu partium, cum ſola partium volun-
tate ſine autoritate ſuperioris nõ valeat aſſignari:vt vidi-
mus ſuprà q.v.& eſt ad hoc tex.apertus in ca.niſi eſſent.§.
quia igitur,ibi,nõ quidem ex pactione partium.ad idem
tex.in Clem.j.§.an eadem.de ſupplen.negli.prælat. Sed in
literis reſeruationis pẽſionis ſemper dicitur, quòd ſucceſ-
ſor in beneficio teneatur ad illam ſoluendam:ergo conſe
quens beneficiũ vigore regreſſus ad illam tenebitur, quia
reſpondetur quòd Papa onerans ſucceſſorem in ſolutio-
ne penſionis,intellexit veriſimiliter de illo ſucceſſore, cu-

Universidad de Deusto Biblioteca

ius ius,etiam ſpe non erat conſiderabile : & qui nõ pote-
rat propterea conſentire aſsignationi penſionis iuxta re-
3 gulam Cancellariæ,de conſenſu præſtãdo. † Secus in hoc
caſu noſtro,in quo habenti regreſſum, erat ius quæſitum,
ſaltem in ſpe,ideò ſibi non conſentienti nõ præiudicatur.ar-
gumento text.in d.§.donare.& in d.c.nuper, de donat.in-
ter vir.& vxor. Erit ergo concluſio , quòd talis aſsignatio
penſionis erit nulla, reſpectu habentis regreſſum. Et præ-
dicta concluſio procedit,etiam ſi motu proprio eſſet aſsi-
gnata talis penſio : nam motus proprius non operatur in
præiudicium tertij. Cardi.conſil.c x x x v i i. in fin. Domi.
in c.ſi propter.col.vj.de reſcript.in vj.Imol.in ca.manda-
tum.col.penult.de reſcript.Cardi.conſi.c x v i i.incip.ca-
ſus talis.Felin.in c.ad aures.col.v.verſ.Tertius caſus.de re-
ſcript.Decius conſi.c c c c x.col.iij.in iij.volumi. Prædi-
cta tamen concluſio fallit duobus caſibus. Primò quando
habens regreſſum ad beneficium,onere penſionis grauа-
tum , conſenſiſſet reſeruationi penſionis.argumento text.
in d.c.nuper.§.nos autem. ibi niſi donationi ille ad quem
ſpectat dominium illius terræ , voluerit conſentire , & ibi
4 gloſſ.in verbo conſentire.† Ad idem facit tex.in d.cap.j.§.
donare.& ibi doct.in tit.qualiter olim poter.feud.alie.vbi
tex.& doct.dicunt,feudũ dari in dotem poſſe vltra vitam
dantis , conſentiente domino feudi , de cuius præiudicio
5 agebatur,& non aliter , † Secundò fallit , quando Papa ex
certa ſcientia,facta mentione de regreſſu reſeruato , puta
Sempronio penſionem reſeruaſſet : quia cum ſit in bene-
ficialibus dominus abſolutus vt in clem.j.in fi.ve lit.pend.
& not.doct. in c.quæ in eccleſiarum.vbi Felin.de conſtit.&
in c.ad audientiam.el ij.de reſcript.valet penſionis reſer-
uatio. Iſtam fallentiam ſenſit Guliel. Caſſad.in d.ſua de-
ciſ.1.in rubr.de penſionibus.

## Rector beneficij,ſi penſionem non ſoluerit propter paupertatem:an priuationis pœnam incurrat.

QVAESTIO LXXX.

1 *Paupertas excuſat emphiteutam,canonem non ſoluentem.*
2 *Per clauſulam,& quidam alij,non venit pauper.*

*Paupertas*



3 *Paupertas excuſat à ſolutione collectæ.*
4 *Notarius tenetur pauperi copiam protocolli gratis dare.*
5 *Paupertas excuſat non appellantem.*
6 *Paupertas excuſat à ſolutione expenſarum.*
7 *Paupertas excuſat matrem , quæ non reddidit rationem tutelæ, antequam tranſeat ad ſecunda vota.*
8 *Cauſa quælibet etiam beſtialis,excuſat à pœna.*
9 *Pauper quis dicatur.*
10 *Paupertas qualiter probetur.*

OCtuageſimò quæro,vtrum pauper clericus poſſidens
beneficium , ſuper cuius fructibus extitit reſeruata
penſio Titio,ſi illam non ſoluerit debito tempore elapſis
menſibus ſex,iuxta tenorem literarum , ſit beneficio pri-
uatus , cùm propter paupertatem illam non ſoluerit. Et
dicendum puto,eum non incidiſſe in priuationis pœnam.
Nam videmus , quòd ſi quis ob paupertatem proſecutus
non fuerit appellationem per ſe impoſitam à ſententia
contra ſe lata, non propterea tempus appellãti à iure ſta-
tutum currit , vt communiter concludunt canoniſtæ in
1 c.ex ratione.de appel.† Facit etiam quod voluit Bal.in c.
querelam.de iureiur.Vbi dixit , quòd paupertas excuſat
emphiteutam qui canonem nõ ſoluit,vt à iure ſuo nõ ca-
2 dat.† Et dixit idem Bal.in c.ſedes. de reſcrip.q. per clau-
ſulam,& quidam alij,non venit pauper, & Angel.in l.non
facile.ff.ſi cui pluſquam per leg. falcid.inquit quòd ſtatu-
tum obligans actorem ad cauendũ de expenſis reconuen-
tionis,locum non habet in paupere.Paupertas etiam ex-
cuſat pauperem à proteſtatione cum proteſtari teneretur.
3 Ita dixit Bal.in c.iij.de reſcrip.† Et idem Bal.in auth.de-
functo.C.ad tertulli.in fin.dixit,quòd paupertas excuſat à
ſolutione collectæ,& quòd pauper de libris extimi , can-
4 cellari debet ſi hoc petat.† Et notarius tenetur edere co-
piã protocolli gratis pauperi. Ita voluit Bal. poſt glo.in l.
tam dementis.C.de epiſc.audi.& Alex.in l.argentarius.in
5 fin.prin.ff.de edẽ.† Quinimo dicunt Bar.& Bal.in l.ſi pro-
curatorem.§.ſi ignorantes.ff.manda.quòd paupertas ex-
cuſat non appellantem.Idem voluit Salic.in l.inuitus.col.
iiij.verſic.ſed iuxta hoc quæro.C.de procur. Nec clericus
pauper tenetur ſoluere procurationem viſitatori. gloſ.&

Universidad de Deusto Biblioteca

poſt eam Abb. ibi in c. cum inſtantia. & in ca. procuratio-
nes. de teſtib. excuſat etiam paupertas in foro cõſcientiæ:
& hinc eſt quòd excommunicatus abſoluitur etiam non
facta ſatisfactione quando illam propter paupertatẽ fa-
cere nõ poteſt. no. in regula peccatũ. de reg. iur. in vj. & in
c. à nobis. de ſent. excõ. Card. in Cle. ij. §. . de hæreti. & ibi
6 gl. † Item paupertas excuſat à ſolutione expenſarũ & illa-
rum cõdemnatione. c. reprehenſibilis. & ibi gl. Bal. & doct.
de appel. Item excuſat fideiuſſorem ne teneatur proſequi
appellationem. Bald. in l. ſi procurator. §. ignorantes. ff.
7 mand. † Item paupertas excuſat ſi mater non reddit ra-
tionem tutelæ, priuſquam tranſeat ad ſecunda vota. l. j. &
ij. C. de ſecun. nupt. Bal. in l. iiſdem. C. eod. tit. faciunt alia
plura quæ accumulat ad hoc ſolennis doctor dominus &
præceptor meus dominus Hippolyt. de Marſilis, ſummus
criminaliſta, qui me promouit ad gradum doctoratus in
almo Bononienſi gymnaſio. de anno domini. M. D. X I I I.
in conſil. ſuo x. col. ix. & x. in j. vol. & Felin. in c. ſi qui teſti.
8 de teſtib. † Accedat quòd quælibet cauſa, etiam beſtialis,
excuſat à pœna l. igitur. §. poteſt. ff. de liber. cauſa. Ange. in
l. plagij. C. ad leg. fau. de plagi. & ex prædictis concludo,
quòd pauper clericus penſionem non ſoluens ob pauper-
9 tatem, non incurrit pœnam priuationis beneficij. † Quis
autem dicitur pauper. Ange. Aret. In §. Sed & propter. in-
ſtit. de excuſ. tut. dicit quòd is propriè dicitur pauper, quẽ
oportet omni die laborare cum perſona, vt ſibi & filiis
ſuis victum paret: & alias pauper dicitur, qui non habet
valorem quinquaginta aureorum in bonis, vt habetur in
l. nulli. C. de epiſco. & cler. §. Sed & propter. paupertatem
inſtitu. de excuſat. tut. Alias pauper dicitur parum potens,
& paruus homo, vt no. in l. id quod pauperibus, per Albe.
C. de epiſcop. & cleric. & habetur per Laurent. Calca. in
conſil. ſuo v i i i. col. viij. vbi ſubdit quod relinquitur iudi-
cis arbitrio, quis dicatur pauper inſpecta qualitate & con-
ditione perſonæ, vt not. in authen. præterea. C. vnde vir &
vxor. & not. Archid. in capi. ſi pater. de teſta. in vj. habetur
per Corn. conſi. c l x x v i i i. in ij. volum. Alex. in conſil.
c c x i i i. incipien. ponderatis his. in vj. volum. col. ij. Idem
conſil. x c i. incip. reperitur in cauſa, in vij. volu. col. ij. De-
cius conſil. c l x i i i. in j. parte. Ioan. Andr. & alij, in c. ſi-
gniſi



10 gnificantibus. de offic. deleg. † Qualiter autem probetur
paupertas, vide per Alex. conſi. xxxvii. incip. conſultus. in
vij. volum. & latè per Bart. in l. ſi conſtante. §. ſi. in prin. ff.
ſol. mat. & Aret. in §. j. col. ij. inſt. qui & ex quibus cau. ma-
nu. non poſ. vbi etiã ponit, quibus caſibus paupertas pro-
ſit, & quibus noceat: & idem in §. ſed propter. ſuprà alle-
gato. inſtit. de excuſ. tuto.

## Rector beneficij ſi probet tribus vltimis annis pẽſionem ſoluiſſe, an præſumatur retroactis temporibus ſoluiſſe.

### QVÆSTIO LXXXI.

1 *Emphyteuta probans canonem ſoluiſſe tribus annis proximè decurſis præſumitur retroactis annis etiam ſoluiſſe.* adde Alciat. de præſump. reg. 2. n. 9. præſumpt. 26. n. 9.

2 *Iſtud procedit ſi quolibet ex dictis tribus annis ſoluit, ſecus ſi vno anno pro tribus.*

3 *Debitum præſumitur, ex ſolutione annorum decem.*

OCtuageſimoprimò quæro, ſi debitor penſionum de-
curſarũ probet ſe ſoluiſſe tribus annis proximè præ-
teritis, an ex hoc præſumatur ſoluiſſe pro omnibus aliis
1 annis præteritis? † Iſtam quæſtionem examinant doctores
in l. ij. C. de iure emphit. in emphiteuta probante ſol-
uiſſe pro tribus annis proximè præteritis debitum cano-
nem, quo caſu dixit gloſ. ibidem, quòd probata ſolutione
trium annorum proximè decurſorũ, præſumitur emphi-
teutam ſoluiſſe pro toto tempore decurſo, niſi contrariũ
probetur: allegat tex. in l. quicũque. C. de appoc. publ. lib.
x. C. quã gloſ. multum notabilem ad hoc dicũt eſſe doct.
in d. l. ij. vbi Iaſ. illam extollit. col. xlj. & illam ſequitur Bal.
in c. literæ. ad finẽ. de dilat. & Spec. in tit. de locat. in §. nũc
aliqua. verſ. xxvi. Imol. & Pet. de Ancha. in c. potuit. de lo-
cat. & ibi collec. col. iij. idem voluerunt Domini de Rota,
deciſ. cccxiii. in nouiſ. incip. lex quicũque. vbi dixerunt, q
dicta lex quicunque: locum habet non ſolum in cẽſuario:
ſed etiam in quocunque alio. ad idem vide Cepol. in ſin-
gul. ſuo lxxiii. & Lucam de penna in d. l. quicunque. vbi
Alex. in addit. ad lect. Bart. & huius opinionis, fuit etiam
Alex. in conſi. cv. col. ij. in princ. in iij. vol. pro quo Salic. in
d. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca



d.l.ij.dicit text.in l.quicunque.eſſe ſingularem:& ibi col.
ij.Ita ſe in facto obtinuiſſe affirmat.& Cyn.conſuluiſſe.Et
pro iſta opinione conſimilem gloſſam dicit eſſe Iaſon,lo-
co ſupra allegato,in c.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſ.
& propriet.Tamen illa gl.loquitur in conſuetudine indu-
cenda,in qua ſufficit tribus vicibus aliquid factum eſſe:&
eſt glo.in verbo tertio,& ex pręmiſſis erit cõcluſio,quòd
penſionarius probãs tribus proximis præteritis annis pẽ-
ſionem ſoluiſſe,cenſetur ſoluiſſe pro toto tẽpore pręteri-
2 to.† Iſtam concluſionem intellige procedere,quando per
tres annos proxime præteritos, ſingulo anno eſſet facta
ſolutio penſionis:ſecus quando vno anno tãtum eſſet fa-
cta ſolutio pro tribus annis proximè decurſis. Ita ſingu-
lariter voluit Bald.in l.ij.C.de dot.promiſ.& idem Bal.in
d.l.quicunque.& Iaſon,in d.l.ij.C.de iure emphi.col.xlj.
verſ.limitate tamẽ.pro qua limitatione adducit id quod
ſingulariter voluit Bar.in l.cum qui, aliàs incipit Iabole-
nus.ff.de annu.leg.dum ſingulariter limitat l.cum de in rẽ
3 verſo.ff.de vſuca.& l.ſi certis annis.ff.de pact.† In quibus
iuribus dicitur,quòd ex ſolutione decem annorũ debitũ
præceſſiſſe præſumitur, vt non procedat quãdo fieret vna
ſolutio pro decem annis:quod etiam dicunt Pet.Cyn. &
Bal.in d.l.ij.C.de dot.promiſ.Et prædicta cõcluſio, quòd
probans penſionẽ ſoluiſſe pro tribus annis proximè prę-
teritis,cenſeatur ſoluiſſe pro toto tempore retro, habet
etiã locum in ſimplici colono vel cõductore, vt per Ang.
in §.ſcire autem.ad fi.in authen.de non alien.qui dicit,quod
in eiſdem eſt eadem ratio,quæ in emphiteuta.Idem dixit
Bal.in d.c.literæ.de dilat.in fi.qui voluit quòd is qui ſol-
uit penſionem per trienniũ proximè præteritũ,ſoluiſſe
præſumitur pro toto tempore præterito totũ illud quòd
ſoluere debuit:ſiue loquamur in emphiteuta,ſiue in ſim-
plici colono,ſiue in cẽſuario:& quòd ſimiliter ſi quis ſol-
uit collegio vel cõmuni per triennium proximè præteri-
tum,ſiue per tres annales collectas, ſemper retro ſoluiſſe
præſumitur,niſi contrarium probetur.

## Penſionarius bannitus ex loco deſtinatæ ſolu-
tionis penſionis,an alibi cõuenire poſsit eius
debitorem.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO LXXXII.

1 *Bannitus ex loco deſtinatæ ſolutionis, poterit debitorem alibi
conuenire.*

OCtuageſimoſecũdò quæro, expreſſum fuit in literis
reſeruationis annuæ penſionis,quòd eius ſolutio fie-
ri deberet Romæ,in quo loco pẽſionarius,qui erat curia-
lis, habitabat: demum fuit inde bannitus, quomodo ei
ſuccurratur? dicendum eſt quòd debitor penſionis cogi
poterit ad ſoluendum alibi,ex quo penſionarius amplius
Romæ commorari nõ poteſt:facit ad hoc text.ſingularis
2 in l.vſuras.C.de ſolut.& ibi bona gl.† Per quẽ tex.Roma.
in ſing.ſuo LXXII.incipiente,Seneñs dixit,quòd ſi Senen-
ſis,cui decem promiſi ſoluere Senis,fuit inde bannitus,ita
quòd Senas amplius venire non poteſt,alibi me conueni-
re poterit.Ita etiam voluit per illum text.Decius in ca.ex
parte.el j.in ij.not.de app. Idẽ pariter dicendũ eſt,quãdo
creditori tutus acceſſus non patet ex alia cauſa ad locum
deſtinatæ ſolutionis.Ita dixit Roma.per tex.in d.l.vſuras.
in cõſ.CCCII.incip.quæritur primò.col.pen.verſ. præter-
ea.Ad prædicta facit:quia quãdo cauſa cõmiſſa alicui de-
legato cognoſcenda in loco non tuto, ad alium locum
tutum fieri poteſt tranſlatio.c.ſtatuimus.de offi.deleg. in
vj.cle.j.de foro compet.Ad idem facit tex.in c.cum olim.
de teſt.Hinc eſt,quòd licet aliàs electio prælati in loco ca-
thedralis eccleſiæ ſit celebranda.c.ſicut.de elect. Si tamẽ
pars capituli allegaret locum ipſum eſſe ſibi ſuſpectum,
& non tutum, ex iuſta cauſa eligitur tunc alius ad cele-
brandam electionem.c.bonæ.de elect.c.apoſtolicæ.de re
iudi.in vj.faciũt ad prædicta plura alia:quæ ponũt Doct.
in d.c.ex parte.el j.de appel.& ex prædictis patet quòd in
caſu quæſtionis noſtræ,debitor penſionis poterit cogi ad
ſoluendum alibi.

## Penſio non ſoluta per annos triginta, an cẽſea-
tur præſcripta.

## QVÆSTIO LXXXIII.

1 *Tributum quod datur in ſignum recognitionis dominij nõ præ-
ſcribitur per annos xxx.*

2 *Legatum*

Universidad de Deusto
Biblioteca



2 *Legatum annuum non præſcribitur per annos triginta, niſi pro primo anno.*
3 *Præſcriptio debiti conditionalis non cedit, antequam conditio veniat.*
4 *Legata annua, tot ſunt quot anni.*
5 *Vſuſfructus annuus legatus nõ præſcribitur quia plura ſunt legata.*
6 *Præſcriptio vna non ſufficit in annuis legatis.*
7 *Præſcriptio vnica ſufficit in ſtipulatione annua.*
8 *Fallit quando in annua promiſſione adiectum eſſet verbum quandocunque.*
9 *Penſio non dependet à partium voluntate, ſed à ſuperiore.*
10 *Gratiæ Papales æquiparantur diſpoſitionibus vltimarum voluntatum.*
11 *Penſio vſuſfructui comparari poſſe videtur.*
12 *Penſio dari videtur in cauſam alimentorum.*

OCtuageſimotertiò quæro, an penſio annua alicui reſeruata ſuper fructibus beneficij, in cuius ſolutione ceſſatum fuit per annos triginta, cenſeatur præſcripta, ita quod vlterius peti non poſſit. Iſta quæſtio pulchra eſt, & ſubtilis, in qua Doctores varij fuerunt loquentes, tamen non in caſu quæſtionis noſtræ, ſed in penſione annua affictuum, vel in annua præſtatione deducta in ſtipulatione, vel quæ ex teſtamento prouenit. Ideò eorum opiniones recitabo, ex quorum dictis decidetur præſens quæſtio: & in primis Iacob. Butr. in l. cũ notiſſimi. §. in his. C. de præſcript. xxx. vel xl. annorum, tenuit quòd in annua præſtatione ex ſtipulatione debita currat præſcriptio omnium etiam ſequentium annorum, à tempore quo eſt ceſſatum in ſolutione: hanc etiam opinionem tenet Azo in ſumma, eodem tit. §. quid dices. & Hoſtienſ. in ſumma. in tit. de præſcri. in rubr. de præſcript. rer. ānot. §. quæ res. verſi. quid in annis. vbi dixit, quòd de iure ciuili præſcribitur: ſecus de iure canonico. & hanc etiam opinionem videtur tenere Alberic. de Roſ. in dicta l. cum notiſſimi. in fi. q. penult. Cyn. verò, in l. comperit. C. de præſcript. xxx. anno. tenuit quòd ab initio cuiuſcunque anni præſcribatur, & quòd tot ſint præſcriptiones, quot anni. Marti. autem, cuius opinionem refert & ſequitur Iacob. de Aret.
in



in d. l. cum notiſſimi. in fi. & in l. male agitur. eo. tit. tenuit quòd currit præſcriptio illius anni quo eſt ceſſatum, non autem ſequentium. Bal. in d. l. cum notiſſimi. §. in his. in fi. dicit, quòd vbi eſt debitum aliquod annuum ex contractu, dies ceſſionis incipit aduerſus omnes præſtationes in futurum fiendas, & ſufficit vnica præſcriptio: quia vnica eſt obligatio, & vnicum obligationis ius, licet præſtationes ſint diuerſæ: & ideò dicit, quòd ſufficit vnica præſcriptio, quæ principaliter ordinatur ad extinctionem iuris. Salicet. verò, in d. l. cum notiſſimi. §. in his. recitat opiniones Vltramontanorum, & aliorum Doct. & dicit eſſe conſiderandum, an tranſ. ctis triginta annis à die ceſſationis ſit præſcriptum annuæ præſtationi, & annuæ obligationi: & ponit exemplum, dicens, pone hodie promiſiſti mihi ſingulis annis dare decem, de quibus nil ſoluiſti iam ſunt anni triginta, peto te condemnari ad dandum trecentũ pro tempore præterito, & ad dandum decem ſingulo anno in futurũ: & ex aduerſo obiicitur præſcript. xxx. anno. quæritur quid iuris? dicit Salicet. Ego conſidero, quòd ex iſta annua ſtipulatione, duæ naſcuntur obligationes, vel ſaltem vna habens diuerſos effectus. Prima, dicit ipſe, eſt vniuerſalis, quæ futurum vniuerſaliter concernit: & iſti dicit eſſe præſcriptum: quia à principio orta eſt obligatio, & nata fuit obligatio, & actio pro omnibus futuris præſtationibus: allegat tex. in l. ſenatus. §. fin. ff. de donat. cauſa mortis. l. Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. hinc eſt, q. ſi creditor negligens fuit tanto tempore: illud ius & actio tanto tempore tolli debet. l. ſicut. & l. omnes. C. de præ-
1 ſcript. xxx. vel xl. anno. †Subdit etiam quòd ſpeciale eſt in tributis, qui dãtur in ſignũ recognitionis vniuerſalis domini iuriſdictionis, vt in l. cõpetit. C. eod. tit. ergo in aliis annuis obligationibus eſt cõtraria iuris diſpoſitio. & dicit quòd in ſecũda parte exempli ſupra poſiti, in qua petitum eſt illum condemnari ad ſoluendum, in futurũ reus conuentus abſolui debet. Circa verò ſecundã obligationem, quæ oritur ex tali annua præſtatione particularẽ eſſe dicit & implicitã, & hanc dicit nõ eſſe præſcriptam: dicit eſſe caſum in d. l. cum notiſſimi. in. §. fin. & propterea dicit, quòd in trecentis in prima parte libelli petiti reus condemnari debet, exceptis decẽ primi anni: quia cõtra
illorum

Universidad de Deusto Biblioteca



illorum decem præſtationem & actionem eſt præſcriptũ,
per lapſum xxx. anno.& quot erant ſummæ annales prę-
teriti temporis,tot erant & cenſebantur petitiones:& re-
ſpondendo ad text.in l.eos. C. de vſur. vbi pro præterito
tempore agi non poteſt ſublata principali obligatione,
dicit quòd ibi, ſicuti præſcribebatur, obligationi ſortis
ita vſurarum, & quòd ibidem tempus præſcriptionis eſt
commune,tam ad ſortem principalem, quam ad vſuras.
In caſu autem ſupradicto, dicit actionem variari diuerſis
2 reſpectibus. † Secundò dicit idem Salicet. videndum eſt
quid ſit in legato,in quo per annos triginta nil fuit ſolu-
tum, & legatarius petit hæredem condemnari pro quo-
libet anno præterito in decem, & in ſingulo anno in fu-
turum ad præſtandum,an ei obſtet exceptio præſcriptio-
nis:& in hac quæſtione dicit eſſe cõcludendum, quòd pro
annis præteritis nõ obſtet præſcriptio,niſi pro primo an-
no,vt dixit in quæſtione præcedenti, quod dicit commu-
niter teneri. An autem pro futuro tempore obſtet præ-
ſcriptio, dicit idem Salicet.quòd Ioan.& Accur. ſequen-
tes Mar. dixerunt quòd non:& rationem eſſe dicunt:quia
nulla pro futuris annis nata eſt obligatio,cum pro primo
anno legatum ſit purum,pro aliis conditionale: & ſic pro
annis de futuro,de præſenti nulla eſt obligatio. l. cedere
3 diem.ff.de verb.oblig.† Præſcriptio autem debiti condi-
tionalis non cedit,antequam veniat conditio, vt in dicta
l.cum notiſſimi.§. illud. nec præſcriptio currit antequam
peti poſſit.allegat text.in l.j.in fi.eod.tit.& breuiter con-
cludit quòd Marti.& gloſ. verum per omnia dixerunt in
annuis legatis. Sed in annua ſtipulatione,dicit Mart. be-
ne dixiſſe in annis decurſis. Bulgar. verò, Ioan.& Accur.
in annis futuri temporis:& hanc dicit Sali. eſſe ſuam opi-
nionem. Bart. in d.l.cum notiſſimi.d.§.in his.etiam dicit
ſentire id quod gloſ.ibi quæ voluit quòd in ſtipulationi-
bus, cum vna ſit ſtipulatio, licet plurium annorum vnica
ſit præſcriptio: & dicit quòd licet pro annis ſequentibus
obligatio ſit in diem, tamen quia pro eo quod eſt de
præſenti poteſt agi etiam de futuro: vt in l. j. C. de fi-
deicomm.& currit præſcriptio pro toto tempore, ſicuti
pro toto tempore agi poteſt. & ad text. in §. illud eadem
lex.reſpondet, quòd ibi loquitur de obligatione in diem.

† In



4 † In legatis verò ſimiliter Bar.ſequitur gloſ.ibi, quæ vo-
luit quòd in illis non ſufficiat vna præſcriptio, quia legata
annua tot ſunt,quot anni. l. ſenatus. §. fi. de donat.cauſa
mor.l.cum in annos.ff.de ann. legat. & ſic quot ſunt an-
ni tot ſunt actiones,& cum non ſit adhuc nata actio tolli
non poteſt:ſubdit tamen Bart.quòd ſi poneres natam eſſe
actionem,ſed in diem dilatam eſſe illius executionẽ, vt eſt
in l.ex his.C.quando dies legat.ced. & l.ſi cum præfinitio-
ne.ff.eo.titu.tunc dicit Bar. idem dico in legatis, quod in
ſtipulationibus,& hoc modo dicit intelligi debere.tex.ibi
in d.§.in his etiam.idem voluit Bart. in l.de pupillo. §. ſi
pluribus.ff.de oper.no.nun.vbi Iaſon ſequitur Bar. quam
uis dicat opinionem vltramontanorum, quòd idem ſit in
annuo legato,quod in promiſſione annua ſuſtentari poſſe
diſputatiue. per tex.in d.l.cum notiſſimi. d. §. in his. & ad
corroborationem opinionis glo. Bartol. & ſequacium in
promiſſione & obligatione annua, adducit text. in c.de
quarta.de præſcrip.vbi ſufficit vna præſcrip. xl. anno. ad
excludendum eccleſiam epiſcopalem toto tempore à iure
petendi quartam decimarum à rectoribus inferiorum ec-
cleſiarum:quamuis illæ eſſent ſingulis annis ſoluendæ. &
Barto.opinionem tenent Abb.Ioan. Andr. & alij.in c.au-
ditis.de præſcrip.vbi etiam allegat.d.c.de quarta. pro cõ-
cluſione,quod verè non facit ad propoſitum,cum non lo-
quatur in promiſſione annua,vt loquitur tex.in d.§.in his.
ſed loquitur in quodam iure debito eccleſiæ, in quo iure
cadit quaſi poſſeſſio,vt dicunt Felin.in d.c.auditis.circa fi.
& Alex.in d.l.de pupillo.§.ſi pluribus.ff. de noui ope. nun.
& Cor.conſilio xx III. incip. in præſenti conſultatione.
colum.v.in fi.& colum.vj.& Alexan.in d.§. ſi pluribus. re-
latis aliorum opinionibus, dicit tutius eſſe tenere opi-
5 nionem gloſſ.& Bartol.in d.l.cum notiſſimi.† Pro qua di-
cit optime facere text.in l.ſi vſusfructus alterius.ff.qu ib.
mod.vſusfruc.amit. vbi dicit text.quòd ſi legatus eſt vſuſ-
fructus annuus,amitti non poteſt non petendo, quia plu-
ra ſint legata.Ergo ſi vnum eſſet, obſtaret vnica præſcri-
ptio,opinionem Bart.ſequitur etiam Guid.Papæ, deciſi.
ſeu q.cccevj.inci.pone quod debes.vbi dicit,quòd pro opi
nione Bar.in hac q.ſemper vidit iudicari. & quod eſt ma-
gis communis:& illam ſequitur etiã Signo.de amod. cõſi.

s

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuo x x x i.incipien.in quæſtione tranſmiſſa.in verſ.Poſt-
quam ſubtiliter.Et Pariſius,nunc benemeritus Reueren-
diſſimus Cardi.in d.c.auditis.col.pen.de præſcri.colligens
circa prædicta,concluſiones cõmuniter approbatas : qua-
6 rum prima erit, † quod in legatis annuis,vna præſcriptio
nõ ſufficit pro omnibus annis,ſed tot ſunt neceſſariæ præ-
ſcriptiones quot ſunt anni:nã in legatis annuis, tot ſunt le
7 gata,quot anni.l.ſenatus.§.fina.ff.de dona.cauſ. mor. †Et
legatum annuam pro primo anno eſt purum , & pro ſe-
quentibus,cõditionale.l.ſi ſtichum.§.ſtipulatio.ff.de verb.
obl.ideò non præſcribitur,niſi de anno in annũ à die ceſ-
ſationis:& iſta concluſio fuit glo. & communiter doct. in
d.§.in his,quã tenuit Corne.conſi.xliiii. in hac conſul-
tatione.col.j.& conſi.c l x x x i. viſis nonnullis. col.x x x.
verſ.quod & tertiò videtur.in ij.vol.Limita primo cõmu-
nem concluſionem non procedere,quando fructus ſeu ali
menta eſſent relicta,ſine diſtributione tẽporis ſimpliciter
abſque eo quòd dictũ ſit ſingulis annis:quia tunc eſſet vni
cum legatum ideò vnica præſcriptio ſufficeret ſecundum
Bal.in l.j.circa fi.pen.quæſtio.C.de ſent.quæ ſin.cer.quãti.
profert.& per Alex.in d.§.ſi pluribus.& in d. §. ſtipulatio:
& Iaſon in d.§.ſi pluribus col.ij.verſi. Sic etiam videmus.
& tradit Ioan. Franciſ. Balbus in tract.ſuo de præſcript.
in quarta parte quartæ partis principalis. q. iiij. Secundò
limita dictam concluſionem,quando eſſet factum legatũ,
in quo ab initio eſſet nata obligatio pro omnibus annis:
exactio autem eſſet dilata in diem:quod voluit Bart.in d.l.
cum notiſſimi.§.in his.vt ſupra dixi.& Alex.in d. §. ſtipu-
latio.& Abb.in d. c. auditis. vbi Pariſius , ſolennis doctor
& Dominus meus colendiſſimus. Secunda erit concluſio
cõmuniter à doctoribus recepta, quòd in ſtipulatione an-
nua,ſufficit vnica præſcriptio pro omnibus annis , etiam
ſequentibus : ex eo quia ſtipulatio & obligatio vnica eſt
d.l.ſenatus.in fin. & d. §. ſtipulatio. Iſta præſcriptio inci-
pit currere ab eo tempore,quo ceſſatum eſt ſoluere, tam
pro præterito tempore,quam pro futuro : vt per Bartol,
Bald.& gloſ.in d.§.in his, & d. §. ſi pluribus. vbi latiſſimè
per Alexan.& Iaſon.& per Feli. & Pariſium poſt Abb. in
d.c.auditis. & per Alexand. in d. §. ſtipulatio. & Balbum
in præallegato tract.ſuo de præſcri.in quarta parte quar
tæ



8 tæ partis principalis.q.iiij. † Iſtam concluſionem limita
non procedere:quando in promiſſione annua eſſet adie-
ctum verbum quandocunque.ita notanter dixit Angel. in
d.l.ſtichum.§.ſtipulatio.ff.de verb.obliga.quia tunc vnica
præſcriptio nõ ſufficeret ſed plures requirerentur,de quo
9 vide Balbum loco præallegato. † Iſtis ſic diſcuſſis quid
erit in penſione?dicendum puto quòd cum penſio non de
pendeat à partiũ voluntate,vt vidimus ſupra q.j.Sed pen-
deat à Pontifice,ſeu alio ſuperiore,illam reſeruãte,veluti
legatum pendet à voluntate teſtatoris,quòd concluſio ſu-
pra firmata in annuo legato procedat,etiam in penſione:
10 † cùm gratiæ papales æquiparentur diſpoſitionibus vl-
timarum voluntatum.c.quia cunctis.de conceſ. præben.&
c.autoritate Martini.& c.ſi pluribus.de præbend. in vj. &
habetur per Roma.in conſil. c c c x v i i i. incipien.
quæritur,nunquid conceſſio annuæ penſionis : regiſtra-
11 to ſupra , in xxvij. q. præſentis tract.noſtri.† Secunda ra-
tione moueor:quia nulli dubium , quòd penſio vſufru-
ctui comparari poſſe videatur,cum pendeat à proprieta-
te beneficij,à quo extrahitur:ſicuti vſusfructus à proprie-
tate:vt dixit Inno.in cle.j.§.j.q. iij. de ſuppl. negli. præl. &
dictum fuit in præſenti tract.q.j.ſupra.Sed legato alicui
vſuſfructu ſingulis annis , non ſufficit vnica præſcriptio:
ergo idem erit in penſione,quæ aſſignatur ſingulis annis
perſoluenda ſuper fructibus beneficij , vt ſonant verba li-
12 terarum.† Tertia ratio reddi poteſt : quia penſio cedere
videtur in cauſam alimentorum , vt late tradit Roma.in
conſil. c c c l x x x v i i i. incipien. in caſu propoſiti the-
matis:& dixi ſuprà q.ij.In legato autẽ alimentorum præ-
ſtando ſingulis annis , non ſufficit vnica præſcriptio : er-
go idem erit in penſione per ſupradicta. Erit ergo con-
cluſio quòd penſio non ſoluta per annos triginta, non erit
præſcripta,niſi pro illa prima rata,à cuius decurſione ef-
fluxere anni xxx.

Pẽſio ſi fuit clerico aſsignata ſuper fructibus be
neficij ducatorũ viginti,& per annos triginta
ſolum decem ſoluta fuerint ſingulo anno , an
in aliis decem,ſit præſcripta.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVÆSTIO LXXXIIII.

1 *Præſcriptio nulla quomodo non currat in annuis præſtationibus.*
2 *Pœnam excommunicationis ſiue priuationis beneficij, quando non incurrat quis ob non ſolutionem penſionis.*

OCtuageſimoquartò quæro: Si reſeruata fuerit Titio penſio annua ſuper fructibus beneficij ducatorum puta x x. debenda per Sempronium rectorem dicti beneficij, & eius in ipſo beneficio ſucceſſores, & per annos xxx. tantum decem fuerint ſoluta, an alia decem ſint præſcripta, ita quòd etiam in futurum non debeantur niſi x. tantum: gloſ. in l. cum notiſſimi. §. in his. tenuit, quòd ſi debeo alicui decem ſingulo anno, & ſolui quinque tantum per x x x. annos, quòd pro aliis quinque non currit præſcriptio. allegat tex. in l. cum fidem. C. de non num. pecun. doctores autem antiqui tenuerunt contrarium: inter quos Iacob. de Are. & Lambert. de Rampo. vt refert Salic. in d. §. in his. Dynus autem diſtinguendo dicit, quòd aut creditor qui recipit quinque, ſciebat debitorẽ debere x. & tunc ſibi non præiudicat, nec debitor contra eũ præſcribit aut ignorauit, quia putabat ſibi non deberi maior quantitas, quàm ſit ſolutum: & eo caſu contra eum currit præſcriptio: quia non videtur habuiſſe animum retinendi ius illius obligatiõis, quam ignorat. & inducit Dynus pro caſu tex. in l. his. qui vſumfructũ. ff. quib. mod. vſusfr. amit. Salic. autem in dicto §. in his. verſic. quæro, pone quòd ſingulis. dicit, quòd ſibi videtur, quòd tam animus creditoris, quàm animus debitoris ſoluentis conſiderari debeat, qui de præſcribendo agit: & quòd duæ quæſtiones conſiderãdæ ſunt: prima, an per x x v. annos præſcribatur iuri non ſoluendi niſi quinque in futurum per annos xxx. Secunda, an tranſactis annis. x x x. licet pro parte ſoluta fuerint x. pars non ſoluta peti poſſit. Circa primam diſtinguit, quòd aut debitor ſoluit quinque vt partem debiti, & tunc nullo modo præſcribit, vt non teneatur ad ſolidũ: quia recognoſcit omni anno debitum: & ſic creditori non currit tẽpus. dicta l. cum fidem. C. de non nume. pecun. Aut debitor ſoluit illa quinque non vt partem, ſed vt totum, quaſi vltra non teneatur, & tunc Salic. dicit, quòd ille præſcribit tam de



de iure ciuili, quàm de iure canonico, ſi putat vltra nõ debere. Quando autem ſciuit, tunc præſcribit de iure ciuili, nõ autem de iure canonico. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. vel xl. ann. nec curo, dicit Salic. quòd recipiens ignoret: quia præſcriptio currit etiã contra ignorantẽ. d. l. ſicut. In ij. autẽ quæſtione dicit, prout dixit in illa quæſtione ſupra examinata, vtrũ annua præſtatio præſcribatur ſpatio annorũ xxx. cuius dicta retuli in proxima præcedenti. q. lxxxiij.
1 † Ioan. Franc. Balbus, examinat hanc quæſtionem, in ſuo copioſo & eleganti tractatu de præſcriptio. in iiij. parte, quartæ partis principalis. q. iiij. vbi dicit ſibi videri, quòd in iſtis annuis præſtationibus ſeu penſionibus de iure canonico, ſiue nil ſoluatur, ſiue minus ſoluatur, nulla currat præſcriptio reſpectu promittentis propter ipſius malam fidem, facit text. in c. malæ fidei poſſeſſor. de regu. iur. in vj. vel propter malam fidem, eius à quo legatum præſtari debet, ſi illud ſciuit, & in eo grauari potuit. Et idem dicit reſpectu hæredis, qui tenetur exonerare conſcientiã defuncti, cuius mala fides ei nocet, niſi fortè data iuſta ignorantiã: vt puta quòd quis eſſet obligatus ex facto procuratoris, vel ex aliquo teſtamento, quòd ignorauit, vt declarat. Ant. de But. in c. ſi. de præſcrip. & Ioan. de Imo. in l. ſequitur. §. ſi viam. col. ij. circa fin. ff. de vſur. dicit tamen quòd concluſio Sali. procedere poterit, reſpectu tertij ſingularis ſucceſſoris, ad quem res perueniſſet, ſuper qua penſio annua aſſignata eſſet: vt eſſet in caſu, q. noſtræ, in eo qui ſucceſſit in beneficio iam grauato penſionis onere; vel in eo qui per procuratorem conſenſiſſet aſſignationi annuæ penſionis: & penſionis ſumma, cui conſentire debebat, erat poſita in arbitrio procuratoris, adeò quod eius eſſet iuſta ignorantia. pro quo faciunt dicta per Gulicl. Caſſad. in ſuis deciſ. in rub. de reſcrip. deciſ. xij. incip. propoſuit. &
2 deciſ. i. in Rub. de penſ. † In quibus locis concludit, quod is qui per procuratorem penſioni cõſenſit illam nõ ſoluendo, non incurrit aliquam pœnam priuationis, aut excommunicationis, niſi poſt intimationem literarum ſibi factam, cũ iuxta ſit eius ignorantia: ſecus in eo qui perſonaliter conſenſit reſeruationi penſionis. Bart. in l. ſi prius. in princ. ff. de aqua plu. arc. mouet ſimilẽ q. in eo qui debebat ſingulo anno x. paria caponũ, & non ſoluit per annos

Universidad de Deusto Biblioteca

xxx.niſi quinque paria, an inducatur præſcriptio in aliis quinque paribus? hanc eandem q. examinat Ioan. And. in c. plus ſemper. de regu. iur. in vj. in mercur. vbi quæſiuit ſi vna eccleſia debet alteri eccleſiæ xx. annua, & per annos xl. ſoluit tantum decem, an eccleſia poſtmodũ petere poſſit integra viginti: ſubdens idem Bal. quòd in practica fortè obtineret opinio Dy. in d. l. ſi prius. quam recitat & ſequitur Cyn. in d. l. cum notiſſimi. §. in his. & Bart. in d. l. ſi prius. & Ioan. And. loco præallegato, tanquam communis. Ex prædictis colligitur deciſi. q. noſtræ. Erit ergo concluſio, quòd penſionarius ſi recipiat x. nomine penſionis, ſciens ſibi deberi xx. contra ipſum non currit præſcriptio in aliis decem: ſecus ſi ignorabat ſibi xx. deberi, & recepit x. tãtum, putans ſibi integraliter ſatis factum: nam eo caſu cõtra eum currit præſcriptio, per ſupradicta. facit ad hoc tex. not. in d. l. is qui vſumfructũ. ff. quib. mod. vſusfr. amit.

## Commiſsio iuſtitiæ in cauſa penſionis, quibus caſibus detur ſine clauſula ſolita, ſine retardatione penſionis.

### QVÆSTIO LXXXV.

1 *In cauſa penſionis impoſitæ per inferiorem, non datur clauſula, ſine retardatione penſionis.*

2 *Papa cum cauſa, & ſine cauſa, poteſt penſionem imponere.*

3 *Succeſſor in beneficio grauato, quando agit ſuper nullitate penſionis, quam præceſſor non ſoluit, datur commiſsio cauſæ ſine clauſula prædicta.*

4 *In cauſa penſionis impoſitæ per arbitros, præceſſori datur commiſsio ſine dicta clauſula.*

5 *Idem eſt, quando penſio eſt impoſita ſuper pluribus beneficiis, quæ tranſierunt ad diuerſas perſonas.*

6 *Idem eſt quando penſio eſt impoſita per Epiſcopum, ſuper beneficio patronato.*

7 *Idem eſt quando penſionarius petit penſionem ab eo qui plures fecit expenſas, pro recuperatione benefi. ij.*

8 *Idem eſt penſione tranſlata per eum, in quem etiam fuerat trãſlata.*

9 *Idem eſt quando penſio tranſlata fuit, cum conditione quòd trãſlatio intimetur.*

Idem



10 *Idem eſt in penſione tranſlata ſub modo vel conditione.*

11 *Penſio per ordinarium impoſita ex cauſa concordiæ tranſit ad ſucceſſorem in beneficio.*

12 *Penſio reſeruata per inferiorem autoritate conceſſa ſibi à Papa, cenſetur à Papa reſeruata.*

OCtuageſimoquintò quæro, quibus caſibus in materia penſionis, detur commiſſio iuſtitiæ ſine ſolita
clauſula, ſine retardatione penſionis: quæ clauſula regulariter apponi conſueuit in ſimilibus commiſſionibus, vt
dixi ſupra q. xxxv. & in aliis locis in præſenti tracta. & habetur per Ioan. Staphileum, Rot. auditorem, in tracta.
ſuo, de literis iuſtitiæ. fol. 153. in verſicu. quando verò vtraque. Et per Gulielm. Caſſad. in ſuis deciſio. deciſ. x. in titul. de reſcript. in hac q. reperi nouem caſus, in quibus
1 datur commiſſio ſine dicta clauſula.† Primus caſus eſt,
quando penſio fuit impoſita ab inferiore, quæ non tranſit ad ſucceſſores: vt per Staphileum in d. tracta. ſuo loco
præallegato, & per Ludouicum Gomes, Rotæ auditorem, in Commento regulæ cancellar. in regula de non
iudican. iuxta formam ſupplicat. q. xvj. numero 83. fol. 87.
Cuius regulæ cõmentum, vocat compẽdium ver. ſignaturæ. Vbi rationẽ diuerſitatis eſſe dicit, quia inferiores à Papa non poſſunt niſi certis caſibus & ex cauſa imponere
penſiones, quæ non tranſeant ad ſucceſſores: vt per Caccialup. in tract. ſuo penſ. q. iiij. & dixi ſuprà q. vj. Et etiam
quia poteſt dubitari an penſio impoſita ab inferiore, ſit
2 impoſita ex iuſta cauſa.† Et hinc eſt, quòd in cõmiſſionibus iuſtitiæ quæ fiunt ſuper talibus penſionibus, clauſula prædicta non apponitur: quia conueniens non videtur,
quòd ſtatim habeant executionẽ paratam: vt eſt in pẽſionibus à Papa impoſitis, qui poteſt cum cauſa & ſine cauſa, vt ſibi magis placet, & cũ conſenſu & ſine conſenſu rectoris beneficij penſionem imponere, vt dixi ſuprà qõ. vj.
& q. x. eſt enim cõueniens, quòd penſio à Papa impoſita,
maiorẽ habeat prærogatiua. arg. tex. in c. ſi à ſede. de præbend. in vj. ibi propter conferentis maiorem prærogatiuam.
3 tiuam.† Secundus caſus eſt, quando prædeceſſor diu non
ſoluit penſionẽ, & ſucceſſor in beneficio grauato agit ſuper inualiditate reſeruationis pẽſionis. Nã tunc præſum-

Universidad de Deusto Biblioteca

ptio eſt quòd penſio fuerit extincta, cum veriſimile nó ſit,
quòd penſionarius tanto tempore neglexerit illã petere.
argu.tex.in c.ſuper hoc.de renun.videtur enim illã habe-
re pro derelicto:iuxta not.per Abb.in c.contingit.de dol.
& contu.facit: quia iſta præſumptio ſtat pro liberatione
eccleſiæ à ſeruitute penſionis:ideò tanquam benignior,in
dubio eſt amplectẽda.c.pen.de re iud.Ita dicit Gomes in
4 comento.d. regulæ cancel.loco ſuprà allegato.† Tertius
caſus eſt, quãdo ſucceſſor in beneficio cõmitti petit cau-
ſam inualiditatis pẽſionis impoſitæ ſuo præceſſori per ar-
bitros à colitigatibus electos. pro hoc allegat Gomes,di-
5 ctũ Rom.in conſi.c c c l x i x.in iiij.dubio.col.ij.† Quar-
tus caſus eſt, quando aliquis cõſenſit reſeruationi annuæ
penſionis, puta ducatorũ centũ ſuper pluribus ſuis bene-
ficiis:nã eo mortuo, ſi diuerſi cõſequãtur dicta beneficia
ſeparatim, & penſionarius contra vnum ex eis inſolidum
ad totam penſionẽ agere velit:tũc cõmiſſio datur ſine illa
clauſula:nam tunc quilibet pro rata ad penſionẽ tenetur.
& hoc dicit Gomes loco ſupra allegato tenuiſſe Rotam
6 per doctrinã Abb.in c.conſtitutus.de relig.domi.† Quin-
tus caſus eſt, quando epiſcopus impoſuit penſionẽ ſuper
beneficio quòd eſt de iure patronatus laicorum ſine pa-
troni conſenſu,quòd facere poteſt, dummodo dicta pẽſio
ad ſucceſſores non tranſeat:allegat Gomes no.per gloſ.in
cap.ad hæc.de offic.vicar.† Sextus caſus erit, quando pen
7 ſio petitur a rectore beneficij, qui plures impenſas fecit
pro recuperatione beneficij, & eius poſſeſſionis: & præ-
tendit quod penſionarius contribuat dictis expenſis, licet
ad id non teneatur.Ita voluit Gomes in cõmento ſupra-
dicto regulæ Cancellariæ,loco ſupra allegato:& ita vide-
retur à fortiori dicendum,quando penſionarius,qui regu
lariter tenetur ad ſolutionem charitatiui ſubſidij,vt vidi
mus in præſenti tract.q. xxxviij. & ad ſolutionem papalis
decimæ pro rata penſionis, vt vidimus ſuprà q. lix. vellet
integram penſionem ſine detractione oneris charitatiui
ſubſidij impoſiti & ſoluti per rectorem eccleſiæ grauatæ
onere penſionis vel decimæ papalis,ad quæ onera teneba
tur penſionarius, cum penſio ei reſeruata non eſſet exem
pta & immunis à talibus oneribus: quo caſu non deberet
dari commiſſio cum clauſula ſine retardatione ſolutionis
penſion



penſionis,ſaltem pro cõcurrenti parte talis debiti, ratio-
ne ſubſidij charitatiui vel papalis decimæ ſolutæ: quia
melius eſt nõ ſoluere quã ſolutũ repetere.l.iij. ff. de com-
8 penſ.† Septimus caſus eſt, quando is in quem trãſlata eſt
penſio, in alium tranſtuliſſet de conſenſu beneficiati. Ita
9 dixit Gomes loco ſupra allegato.† Octauus caſus eſt,quã-
do in reſeruatione penſionis datur facultas illam trãſfe-
rendi,dummodo tranſlatio denũtietur ſoluenti intra cer
tum tempus,ſub pœna nullitatis penſionis, vel dictũ fue-
rit,quòd eoipſo penſio cenſeatur extincta.Nam facta tali
tranſlatione,ſi cauſa committatur ſuper nullitate vel ex-
tinctione penſionis, clauſula ſupradicta in commiſſione
non apponetur. Ita dixit Guliel.Caſſãdo. in ſuis deciſio.
10 deciſ.x. in titu.de reſcript.† Nonus erit caſus.quando re-
ſeruatio penſionis,eſt facta ſub modo vel conditione, vt-
puta ſi talis conſenſerit, vel quid ſimile. Nam tunc non
verificata prius conditione aut modo, debitor cogi non
poteſt ad ſoluendum,ideò dicta clauſula in commiſſione
apponi non debet, vt per Caſſãdo.in dicta deciſ.x. ſupra
11 allegata.† Adde tamen dictis ſupra, in primo caſu quod
vbi ordinarius penſionem imponeret ex cauſa cõcordiæ,
vt recederetur à litigio, eo caſu penſio per ordinarium
impoſita ſuper fructibus beneficij, tranſiret ad ſucceſſo-
rem.ita dixit Gomes in regula Cancell.de annal. poſ.q.ij.
allegat Hoſti.in c.niſi eſſet.de præbend.puto tamen quòd
etiam tali caſu commiſſio daretur ſine dicta clauſula,per
12 ea quæ dixi ſupra in dicto primò caſu.† Secundò adde,
quòd concluſio firmata in primo caſu,vt non detur com-
miſſio cum dicta clauſula,quando penſio eſt impoſita ab
inferiore à Papa,non videtur procedere,quando inferior
penſionem reſeruaret autoritate ſibi conceſſa & attribu-
ta à Papa: quia tunc Papa reſeruare videtur. facit text.in
c.mulieres.in fin.de ſenten.excom.& in l.ita tamen.§.geſ-
ſiſſe.ff.de admin.tutor.& l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma.
& l.qui mandatam.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi.c.
his qui.de præbend.in vj.

## Pater penſionem ſibi à Papa reſeruatam ſuper fructibus beneficij, an in filium transferre poſſit.

Universidad de Deusto Biblioteca

## QVAESTIO LXXXVI.

1 *Penſio in largo modo, eſt beneficium.*
2 *Verba, quæcunque beneficia, videntur comprehendere etiam penſionem.*
3 *Dictio qualecunque, importat omnimodam generalitatem.*
4 *Legitimatus ad omnia beneficia curata & non curata, videtur legitimatus etiam ad ſemla.*
5 *Penſio quoquomodo, videtur eſſe eccleſiaſticum beneficium.*
6 *Generalitas præcedens, per ſubſequentem ſpecialitatem reſtringitur.*
7 *Beneficium eccleſiaſticum, ſex requirit qualitates.*
8 *Beneficium eccleſiaſticum purè & ſine pacto vel conditione conferri debet.*
9 *Extenſio non fit in exorbitantibus.*
10 *Filius ſicut beneficium patris habere non poteſt, ita erit econuerſo.*
11 *Extenſio fit etiam in exorbitantibus ex identitate rationis.*
12 *Ratio finalis decipiendi, quando eſt expreſſa in lege, tunc fit extenſio, etiam ad correctionem legis vel ſtatuti.*
13 *Extenſio fit etiam in pœnalibus, ex identitate rationis.*

OCtuageſimoſextò quæro, dum Romæ eſſem de Anno Domini 1530. fœlicis record. Clemens ſeptimus, quandam ſuam conſtitutionem edidit tenoris infraſcripti. Clemens epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad canonum conditorem, non eſt dubium pertinere, cum ſtatuta à ſe vel prædeceſſoribus ſuis ad animarum Chriſti fidelium ſalutẽ edita, propter eorum abuſum, qui ſucceſſu temporum, malitia hominum ſuccreſcente, magis in dies dignoſcitur obeſſe, quàm prodeſſe. Animaduertit, ne vlterius obeſſe valeat, prouidere. Sanè poſtquàm fœlic. record. Alexander Papa tertius prædeceſſor noſter, filios, præſertim ſacerdotũ, in eccleſiis paternis ſuccedere prohibuerat, eaſque nihilominus media intercedẽte perſona, filios ipſos habere diſpoſuerat. Cùm paſſim ſacerdotes, vt eccleſiis ſuis eorũ filij potirẽtur, ſatagẽtes in Alex. prædeceſſoris huiuſmodi diſpoſitione confiſi eccleſias ſuas, quas ad eorum peruenire filios geſtiebant, in fauorem perſonarum, quæ eccleſias ipſas etiam illarum poſſeſſione nõ habita, in ipſorum reſignan-



ſignantium filios ex fornicatione genitos, illico mox reſignare. Ipſique filij eccleſias ipſas diſpenſatione ſuper defectu natalium, quæ ex dictis ſacerdotibus reſignantibus geniti patiebantur etiam patris nomine expreſſo, obtẽta conſequi hactenus conſueuerint: profectò pernicioſum ſemper, & abominabile in grauem diuinæ maieſtatis offenſam tendere: videlicet, quòd ipſi presbyteri eorũ crimen, quòd erat occultum, non ſine turpitudine ob inordinatum ſpuriorum filiorum amorẽ detegere nõ erubeſcerẽt, iudicauimus: proptereaque vbi tẽpus, quòd omnia palàm facit, & præſentium ratio, quid in futurum cauendum ſit admonet: meritò admonemur, vt ad tollẽdũ huiuſmodi abuſum, neceſſariũ arbitrati ſumus eiuſdẽ Alexandri prædeceſſoris canonem corrigere, potiuſquàm talia, cum tanto hominum ſcandalo tolerare. Habita igitur ſuper his, cum venerabilibus fratribus noſtris San. Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, matura deliberatione, de eorum conſi. & vnanimi conſenſu: autoritate apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quòd decætero filij presbyterorũ ex fornicatione nati, eccleſias cathedrales, etiam metropolitanas ac monaſteria, quibus eorũ patres præfuerunt, ſeu illa & illas dignitates etiam maiores & principales, perſonatus, adminiſtrationes & officia etiam curata & electiua, & alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura: ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, quæ presbyteri, & clerici ac religioſi eorum patres, in titulum vel cõmendam aut adminiſtrationem: ſeu vt aliis perpetuò vnita aliquando obtinuerunt, nullo vnquã tempore quoquomodo obtinere poſſint, nec cũ eis ſuper hoc diſpenſare intendimus: & ſi quas diſpenſationes per nos cõcedi contigerit, tanquã per præoccupationem & contra mentẽ noſtram conceſſas, eis nullatenus ſuffragari, taléſq; diſpẽſationes noſtris volumus exulare temporibus: & quod nobis licere nõ patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. Nõ obſtantibus præfati Alexandri prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteríſque cõtrariis quibuſcũque. Datũ Romæ apud ſanctum Petrũ, anno incarnationis dominicæ, milleſimo quingẽteſimo trigeſimo, tertio nonas Iunij: Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Modo quæritur, ſtante

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtante tenore dictæ conſtitutionis, an ſacerdos, religioſus
vel clericus, qui habet penſionem ſibi reſeruatã ſuper fru
ctibus alicuius mẽſę, dignitatis, vel beneficij, cum facultate
illam transferendi in totum vel in partẽ, in vnam vel plu-
res perſonas: iuxta ſtilum curiæ illam transferre poſſit in
1 filium. † Et videtur prima facie dicendum quòd non: quia
licet appellatione beneficij eccleſiaſtici, nõ veniat penſio.
c. quauis. de præbe. in vj. de quo dixi ſuprà q. xxviij. Tamen
quia penſio largo modo eſt beneficium, vt dixi, in dicta q.
xxviij. videtur comprehendi ex verbis ſupradictę ordina-
2 tionis, † ibi & alia quæcunq; beneficia, quæ verba viden-
tur operari quòd veniat & comprehendatur etiam pẽſio
& prȩſtimonium: licet in titulum beneficij nõ concedan-
tur, pro quo videtur gloſ. in cle. ij. de vita & honeſta. cler.
in verbo, quodcunque. quã ſequitur Feli. in c. poſtulaſti.
col. x. ver. Quarta declaratio. de reſcri. Vbi per illam gl. in
d. cle. ij. dixit ꝙ quando dicitur & aliud quodcunque be-
neficium, cõprehenditur præſtimonium & penſio. Hanc
etiam opinionem tenuit Caccialupus in tract. ſuo, de pẽſ.
q. xxx. & vltima. Quinimo tali caſu, venit etiam hoſpita-
le, quòd non eſt beneficium, vt per Card. in cle. ij. q. iij. de
iudi. & Fel. in cap. de quarta. colum. v. verſic. Et quòd om-
3 ne hoſpitale, de præſcript. † Et ratio videtur eſſe: quia di-
ctio quodcunque, importat omnimodam generalitatem:
& vbi apponitur, ſi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere
debemus. text. eſt not. in c. ſolitæ benignitatis. circa fi. vbi
4 Abb. in vlt. notab. de maior. & obed. † Ad prædicta facit,
quod voluit Decius conſi. LXXVI. incipiente, licet in caſu
propoſito, col. ij. in j. volum. vbi dixit, quòd legitimatus
ad omnia beneficia curata & non curata, cenſetur etiam
ad feudum legitimatus, cum feudum largo modo ſit be-
neficium, quatenus beneficium eſt beneuola actio, gau-
dium tribuens capienti. Ad idem facit: quia licet feudum
pro ſe, & hæredibus ſuis, non dicatur hæreditarium: quia
non tranſit in extraneos hæredes: ſecus tamen eſt, quan-
do eſt alicui conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis quibuſ-
cunque: quia tunc hæreditarium dicitur, & in quoſcunq;
hæredes tranſit: vt voluit Bal. in l. cum virum. col. fi. C. de
fideicommiſ. & Alexand. in l. ſi patroni. in princip. colum.
penult. ff. ad Trebellian. faciunt dicta in præſenti tract. q.
xxviij.



5 xxviij. in verſic. Erit ergo concluſio. † Item pro iſta opi-
nione facit: quia licet conſtitutio prædicta loquatur de
beneficiis eccleſiaſticis: tamen penſio quoquomodo, vi-
detur eſſe eccleſiaſticum beneficium, patet: quia obtineri
non poteſt, niſi à Romano pontifice, ſiue ab habente au-
toritatem ab eo, vel ab ordinario, in quibuſdam caſibus:
vt latè dixi ſuprà q. vj. Itẽ regulariter reſeruatur clerico.
Item penſio extrahitur de fructibus beneficij, & à bene-
ficio pendet: ſicuti vſusfructus à proprietate, ſecundum
Imol. in d. cle. j. §. eadem. col. iij. verſic. Circa ſecundã par-
tem. de ſupplen. negli. prȩlat. & dixi ſuprà q. j. Ideò videtur
quòd de ea ſit iudicandum, ſicuti de beneficio eccleſiaſti-
co. arg. tex. in c. quãto. de iud. & in c. tranſlato. de conſtit.
Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam partem de
iure veriorem puto per infra dicẽda. Primò, quia illa ver-
ba generalia, & alia quæcunq; beneficia eccleſiaſtica, cùm
cura & ſine cura: de quibus in dicta cõſtitutione reſtrin-
guntur per alia verba ſubſequentia, videlicet ſecularia &
quorumuis ordinum regularia, quæ presbyteri & clerici,
ac religioſi eorum patres, in titulum vel commẽdam aut
adminiſtrationem, ſeu vt aliis vnita, perpetuò aliquando
obtinuerunt: quæ verba declarant præcedentia. l. ſi ſeruus
6 plurium. in fi. & l. qui filiabus. ff. de leg. j. † Et generalitas
præcedens per ſubſequentẽ ſpecialitatẽ reſtringitur. l. le-
gato. ij. reſponſo. ff. de ſuppel. leg. per quem tex. dixit Bar.
in l. quæſitum. §. fi. ff. de fund. inſtru. quòd vbi poſt genus
ſequitur enumeratio ſpecierum, tũc minuitur generis ſi-
gnificatio. faciũt ea quæ voluit Imol. in cle. j. col. ij. verſic.
Nota ex hoc. de ſupplen. neglig. prælat. vbi Card. in iiij. q.
conſtat autem penſionem non habere in titulum cõmen-
dam vel adminiſtrationem: ergo dici non poteſt compre-
henſa in dicta conſtitutione. Secũdò pro iſta opinione fa-
cit: quia dicta cõſtitutio loquitur de beneficiis eccleſiaſti-
cis, quæ beneficia eccleſiaſtica, ex multis cognoſcuntur, vt
dixit Abb. in conſi. ſuo XLVII. incip. illud de iure quæritur,
7 an in literis. † Vbi dixit, quòd ſex requiruntur ad benefi-
cium eccleſiaſticum cognoſcendum. Primùm, quòd non,
niſi per epiſcopum vel prælatum eccleſiaſticum, conferri
poteſt de iure communi: Licet quãdoque præſentatio ad
laicum patronũ pertineat, vt in c. iij. de iur. pat. Innoc. in c.
quod

Universidad de Deusto Biblioteca

quod ſicut.de elect. Secundùm requiſitum eſt, quòd ille
qui habet prouidere, nõ poteſt ſibi illud retinere: vt in c.
ſi.de inſt.allegat not.in c.relatum.de præb.Tertiũ requi-
ſitum eſt, quod de ipſo prouideri nõ poteſt, niſi clerico.c.
cum adeò.de reſcri.c.ex literis.de trãſac.c.ij.de inſt.Pen-
ſio autem etiam laico aſſignari poteſt.Bal.Abb.& Fel.in
c.ad audientiam.el ij.de reſcri.& dixi ſuprà q.xxj. Quar-
tum requiſitũ, quòd habeat aliquid ſpiritualitatis anne-
xum, vel cui annectitur: vnde propter diuinum officium
datur eccleſiaſticum beneficium.c.ſi.de reſcrip.in vj.Pen-
ſio autem eſt quid mere temporale, nil ſpiritualitatis ha-
bens, vt vidimus ſuprà q.j.Quintum requiſitum eſt, quòd
beneficium ſit perpetuum. c.ſanctorum.lxx.diſt.c.pen.de
cler.ægro. & not.in c.ſi gratioſæ.de reſcript. in vj.Penſio
autem non eſt perpetua, ſed temporalis: quia extinguitur
morte penſionarij, nec tunc vacat, aut impetrari poteſt.
8 †Sextum requiſitũ eſt, quia debet de beneficio eccleſia-
ſtico purè prouideri, & ſine aliquo pacto vel conditione,
& non pro aliquo commodo temporali: aliàs committe-
retur ſimonia.c.ſi.de pact.c.conſulere.de ſimo.Penſio au-
tem reſeruari poteſt ſub conditione, vt pẽſionarius illam
dimittere teneatur, cum adeptus fuerit competens bene-
ficium: vt dixi in præſenti tractatu q.xxv. Et prædicta re-
quiſita ponit Abb.in d.ſuo conſi.XLVII.vbi dixit, quòd in
literis gratioſis per Pontificem ad beneficia, cum cura &
ſine cura conceſſis, non comprehenditur præſtimonium,
quòd habet aliquas qualitates cõuenientes beneficio ec-
cleſiaſtico, nec etiam comprehenditur penſio: vt habetur
per Fel.in c.poſtulaſti.col.x.de reſcri.Tertiò moueor: quia
ratio prohibitionis huiuſmodi, de qua in ſupradicta cõ-
ſtitutione fuit, ne notetur ſucceſſio in beneficiis, & ne fi-
lius miniſtret vbi pater miniſtrauit quodãmodo vti pa-
tris hæres.c.ex tranſmiſſa.in fi.& in c.ad extirpandas. vbi
Ant.de But.de fil.presbyt.nõ ordin.& Abb.in d.c.ex trãſ-
miſſa.in iiij.no.& in d.c.ad extirpãdas.in j.not.quæ ratio
non militat in penſione, cum non ſit eccleſiaſticum bene-
ficium, vt dictum fuit ſuprà q.xxviij. quinimo prohibitio
prædicta ſolum habet locum in eccleſiis: vt per totum tit.
de fil. presbyt. & eſt exorbitans, vt dicit Abb.in d.cap.ex
tranſmiſſa.col.j.verſi.quarto an in vitium. & ibi Butr. cir-
ca ſi



9 ca ſi.†In exorbitantibus autem nõ fit extẽſio.c.quæ à iu-
re communi.de reg.iur.in vj.c.is qui.in fi.de fil.presby.in
vj.& ſic ex iſtis concludo, quòd conſtitutio prædicta non
habet locum in penſione. Prædictam tamen concluſionẽ
declara non procedere in penſione, quę conſueuiſſet in
titulum beneficij aſſignari, dictũ forte portio vel penſio,
de quo in cap. conquerente. & ibi not. Abb.de cleri.non
reſiden. quia talis penſio bene comprehẽderetur in præ-
miſſa conſtitutione, cum ſit eccleſiaſticum beneficium vt
dixi ſuprà q.xxviij.verſic. Quartò limita.& q.xxxiij. & ex
prædictis patet reſponſum ad ea, quæ ſupra fuerunt in
cõtrarium allegata: & pro iſta concluſione ſupra firmata,
10 faciunt d.ſupra q.xxj.xxx.xxxj. xxxij. & q.xxxiij. † Nunc
tangam alium articulum circa prædictam conſtitutionẽ,
de quo his proximis præteritis diebus interrogatus fui
à Reueren. Domino Ioanne Angelo de ſancto Seuerino
Vincentino, Vicario Reuerendiſſimi domini mei, do-
mini Patriarchæ Aquilegienſ. An ſicuti filius non poteſt
habere patris beneficium, ita econtra, pater habere non
poſſit beneficium filij. Circa hoc reperio Hoſtien.in d.c.
ex tranſmiſſa.§. Ideòque, dicentem, quòd quidam dice-
bant quòd pater filij beneficium habere poterat: quia
hoc expreſſe prohibitum non inuenitur.c. conſuluiſti. ij.
q.v.& de tranſlat.prælat.c.ij.§.ſed neque.verſic.fin.ſubdit
tamen Hoſt.quod ipſe contrarium credit: quia genera-
liter ſucceſſio prohibetur in beneficiis.viij. q.j.c.apoſto-
lica. Sed ſicut filius patri ſuccedit, ita pater filio, quan-
quam turbato ordine, vt in l.nam & ſi parentibus. ff. de
inoffic.teſtam. & tam pater, quàm filius, habent quære-
lam inofficioſi teſtamenti, vt in authent. vt cum de ap-
pell. cognoſ. §. aliud quoque. & in. §. ſancimus. itaque.
col. viij.eod. tit. dicens quod cum eadem ratio ſit in pa-
tre, quæ in filio, idem ius eſſe debet. cap. tranſlato. de
conſtit.c.inter cæteras.de reſcript. & in hac opinione re-
ſidet Hoſtienſ. contrariam tamen partem tenent Alan.
Vincen. & Tancred. in cap.quoniam. eod.tit.de fil.preſ-
byte. mouentur, quia pœnæ reſtringi, non ampliari de-
bent.cap.in pœnis. de regul. iur. in vj. & quia quod non
eſt ſanctorum patrum documento ſancitum, ſuperſti-
tioſa adinuentione non eſt præſumendum. ca. conſului-
ſti.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſti. ij. q. iiij.cap.inter. de tranſlat. prælat. & hanc partem
videtur tenere Ioan. An. ibidem, & eam tenet etiam
Butr.ibi, in verſic.quæro an vitium. Et Card.in eod. cap.
verſ.ſecundò quæro.vbi dicit hanc eſſe veriorem opinio-
nem: & respondet ad fundamenta Hoſtien. dicens, quòd
in iſta materia,non conſideratur ſucceſſio in bonis. hanc
eandem opinionem contra Hoſtien. tenent etiam Pet.de
Ancha.& Abb.in d.c.ex tranſmiſſa.licet Archidia. in d.c.
apoſtolica. videatur magis adhærere opinioni Hoſtienſ.
Opinio autem contra Hoſtien. communis eſt,& tenenda:
præſertim cum habeat pro ſe gloſ.in dicto c.apoſtolica.
Ideo in iudicando,non eſſet tutum ab ea recedere. Sed in
puncto iuris fortè ſuſtineri poſſet opinio Hoſtien.pro qua
eſt ratio tex.in d. c.ad extirpandas.videlicet ne detur ſuc-
ceſſio in beneficialibus: quam rationem non eſt dubium
11 militare,etiam in patre filio ſuccedenti.†Nec videtur ob-
ſtare,quòd materia huiuſmodi ſit exorbitans:quia etiam
in exorbitantibus,ſit extenſio ex idẽtitate rationis,quan-
do ratio expreſſa,eſt,prout eſt in caſu noſtro. facit tex.in
clemen.auditor.de reſcrip.& tex.iuncta gl.in c.ij.de cõfeſ.
in vj. vbi tex. loquens in reo contumace extenditur ad
actorem. & text.in l.j.C.de rap.virgi. vbi text.loquens in
viro rapiente,extenditur etiam ad mulierem, & habetur
12 ibi per gloſ.& doctor.† Et quando finalis ratio decidendi
expreſſa eſt in l. vt in caſu noſtro,tunc ſit extenſio, etiam
ad correctionem legis vel ſtatuti:facit tex.in l.j.& ibi Bar.
ff.de legit.tuto.& in l.cum mulier.ff.ſolu.matr.la ij.glo.in
l.j.C.de his qui ante apert. tabu.& ibi docto. & in c.j.de
rer.permu.in vj.& in clemen.j.eod.tit.Bar.in l.liberorum.
col.viij.verſ.his præmiſſis.de verbo.ſignifi.& Alexand.in l.
ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.col.xx.de verbo. obligatio.
veruntamen eſt, quòd quando expreſſa eſſet cauſa impul-
ſiua, tunc ſit extenſio. argumento.l.primæ.§.ſexum.ff.de
poſtula.facit quod habetur in cap.j.de tempor.ordina.in
vj. † Nec obſtat illud quod dicitur,quòd ſumus in pœna-
13 libus:quia etiam in illis ſit extenſio ex identitate rationis.
tex.eſt ſolennis in cap.j.§.porro in verſi. Sed quia natura.
in titulo, quæ fuit prima cauſa benefi.amittend.in vſibus
feudorum.& ibi expreſſe not.Bald.dicens, quòd ille text.
eſt melior ad hoc probandum, quam reperiatur in iure.
& hoc



& hoc ſequitur Iaſon,in §.ſequens.col.ij.inſti.de actio.

## Penſio vtrum licitè redimi poſſit, pro certa quantitate pecuniarum.

### QVÆSTIO LXXXVII.

1 *Penſio eſt quid profanum in mera temporalitate conſiſtens.*
2 *Fructus percipiendos ex præbenda vel beneficio emere licet.*
3 *Penſio eſt onus, & quoddam ſeruitus beneficij.*
4 *Fructus beneficij vendere non eſt ſimoniacum.*
5 *Penſio non eſt eccleſiaſticum beneficium.*
6 *Penſio pro quanta quantitate redimi poſſit.*
7 *Fructus beneficij ad ſeptennium vendere licet.*

OCtuageſimoſeptimò quæro, de quæſtione quæ fre-
quentiſſimè occurrit, & miror quòd non inueniã-
tur examinata à doctoribus, maximè modernis: vtrum
penſio licitè redimi poteſt pro certa quantitate pecu-
niarum. Circa quam videtur dicendum, quòd penſio im-
poſita ſuper fructibus beneficij, redimi poſſit per illius re
ctorem, qui ad ſolutionem eius tenetur ſine ſcrupulo & vi
tio ſimoniæ. Et ad hoc tenendũ moueor infra ſcriptis me
1 diis:& primò,†quia clarum eſt, quòd pẽſio eſt quid pro-
fanum in mera temporalitate conſiſtens, vt dictum fuit ſu
prà q.j.item cadere poteſt in merum laicum: vt per Bald.
& alios,maximè Felin.in c.ad audientiam.el.ij.de reſcrip.
& dixi latè ſuprà q.xxj.emere autem temporalia, non eſt
de genere prohibitorũ,vt de ſe patet,ergo penſionẽ redi-
2 mere licebit. †Secundò moueor:quia penſionẽ redimere,
nil aliud eſſe videtur,quam percipiendos fructus, emere:
ſed percipiendos fructus etiam ex præbenda & beneficio
emere licet:quia non ſunt ſacris adiuncti officiis,cum etiã
à laicis haberi poſſint, vt habetur per Præpoſitum in c.
ſed adhuc.j.q.j.col.j.in princ.maximè quia non ſunt ſpiri-
tualitati annexi,vt inquit ibidem Archid. ſi igitur fructus
beneficij percipiendos,qui ſunt de corpore beneficij eme
re licet, à fortiori,redimere licebit pẽſiones ſuper illis im
poſitas,quæ ſunt ſeparatæ à corpore beneficij,vt dixi ſu-
prà q.j.authen.multo magis.C.de ſacroſanct. eccl.† Ter-
3 tio moueor:quia penſio eſt onus quoddam, & quædã ſer

Universidad de Deusto Biblioteca

uitus beneficio cohęrés,vt dixit Caccialup.in tract.ſuo de
penſio.q.viij. & dixi ſuprà q.xlv.vbi determinaui , quòd
penſio poteſt in perpetuum,vel ad tempus remitti,ſine au
toritate ſuperioris:onera autem temporalia beneficiorũ,
redimere nõ reperitur prohibitum:ergo licitum erit.Te-
nemur enim libertatem,eccleſiis quas poſſidemus, vẽdica
re c.prohibemus.de cenſi. c. paſtoralis. de his quæ fiunt à
4 prælat.ſin.conſ.capi.†Quartò facit:quia ſimoniacum non
eſt vendere fructus beneficij pro toto tẽpore vitæ ſuæ , vt
concludit Præpoſ.in d.c.ſed adhuc.col.ij.in fin. licet tamẽ
id facere non ſit honeſtũ.c.j.de reb.eccl.non.alien. & not.
5 Bart.in l.codicillis.§.fin.ff.de lega.ij. † Quintò facit : quia
penſio,non eſt eccleſiaſticum beneficium , vt dixi ſuprà q.
j.nec venit benefi cij appellatione , vide latè dicta ſuprà q.
xxviij.Ideò penſionarius ad reſidentiã non tenetur, vt vi-
dimus ſupra q.xxxj.Nec officium dicere tenetur , ſuprà q.
xxx.Nec penſio incompatibile facit ſub eodem tecto , vt
determinaui ſuprà q. xxxij. Item penſiones decurſæ non
ſolutæ,mortuo penſionario peti & exigi poſſunt per eius
hæredem,vt ſupra deciſum fuit.q.lij. Ergo penſionẽ redi-
mere non erit illicitum,nec ſimoniacum, cum ſimonia tũc
cõmitti dicatur, quoties aliquid temporale pro ſpiritua
li datur.c.j.& c.non ſatis.cum vulgaribus. de ſimo. Sextò
facit:quia Epiſcopus poteſt ab aliquo milite decimas redi
mere,nec propterea ſimoniam committit:quia talis redẽ-
ptio eſt rei eccleſiaſticæ liberatio , vt voluit Innoc. in c.ad
aures.de ſimo.in fi.& no.Ioan.in c.altare.j.q.iiij.in ij.glo.
Septimò quòd licita ſit huiuſmodi redemptio penſionis fa
cit:quia tota die videmus huiuſmodi extinctiones fieri in
curia Romana , Papa ſciente, & autoritatem præſtante.
quinimo volunt Domini curiales,quòd illa extinctio pro
tot anticipatis penſionibus fieri non poſſit , niſi accedẽte
autoritate põtificis : & datur talis extinctio per ſolam ſi-
gnaturam de ſtilo Curiæ:quòd vtique ſi illicitum eſſet,nõ
toleraſſent tot Romani Pontifices:& vt atteſtatur Platina,
in vita Pauli ſecundi Pontificis maximi. Paulus redimen-
darum penſionum vſum non improbauit, & in hanc par-
tem inclinat magnus ille practicus curiæ Romanæ Hiero-
nymus Paulus,in ſuo libello intitulato,Prouinciale omniũ
Eccleſiarum,Aliqui vocant practicam Cãcellariæ . fol.48.
Ad



Adde quod poſtquam hæc ſcripſeram, inueni Paulum de
Roma.in tract.ſuo de penſ.nuper in lucem edito, tenentẽ
penſionem redimi non poſſe,niſi accedente conſenſu Pa-
pæ.vbi etiam late examinat,an licitum ſit redimere vexa-
tionem,& quibus caſibus,vide illum in vj.quæſito,per to-
6 tum.†Pro quanta autem quantitate redimi honeſte poſſit
penſio,conſideranda eſt ætas penſionarij cui debetur , &
eius conualeſcentia:argumento text.in l. cum hi.§.modus
quoque.ff.de tranſact.vbi quando ſit tranſactio ſuper ali-
mentis,attenditur ætas illius,cui alimenta debentur,videli
cet an ſit puer,an iuuenis,an verò ſenex , vt inquit ibidem
iureconſultus.Nec poteſt tranſigi ſuper futuris alimentis
niſi accedat autoritas ſuperioris.l.de alimẽtis.C.de traſ.l.
cum hi.in principio ſupra allegata : & dixi ſuprà q. xlv. &
hinc forte inoleuit ſtilus curiæ Romanæ , quod in redi-
menda penſione pro certis anticipatis penſionibus requi-
ratur autoritas Papæ,ſiquidem adhærent Domini curia-
les opinioni Romani,conſil.ſuo CCCLXXXVIII.vbi te-
nuit penſionem aſſignatam ſuper fructibus beneficij,cede
re in cauſam alimentorum,& quod de ea iudicetur, ſicuti
de alimentis,de quo latè ſcripſi ſupra q. xlv. ſupra allega-
ta.& q.lj. & conſueuit extingui penſio pro quinque , ſex
aut ſeptem anticipatis penſionibus,ad ſummum cõſidera
7 ta,vt dixi,ætate penſionarij.†Et forte fundatur talis ſtilus
de extinguendo penſionem , pro anticipatis penſionibus
ſeptem annorum: quia ad ſeptennium licet vendere fru-
ctus beneficiorum,& eſt honeſtum. c. fin.ne prælat. vices
ſuas.Clem.j.§.fin.& ibi glo.in verbo ad tempus.de reb.ec
cle.non alienan.& habetur per Federicum de Senis.in cõ-
ſil.CXXIII.incip.quæritur an conſtitutio.& niſi eſſet ob-
ſeruantia de certo numero anticipatarum penſionum ſol
uendarum,pro extinctione penſionis, facilima eſſet inuen
ta via vendendi beneficia,per indirectũ:quia poſſet quis
cum renuntiante conuenire de pretio,& reſeruata ipſi re
nuntianti ſuper fructibus beneficij renunciati penſione,
demum illã pretio inter eos conuento redimere:quod vti
nam ſæpe non fieret,vt ſæpe fit in maximum animarũ ta-
lia agentium detrimentum , & vilipendium ſacroſanctæ
Romanæ eccleſiæ:ideo renunciantes beneficia ea intentio-
ne,vt ſibi reſeruetur penſio demum extinguenda pro cer-

tis anticipatis penſionibus: & ita paciſcẽtes proculdubio
ſimoniam committunt, cum dent tẽporale pro ſpirituali,
vt in toto titulo, de ſimon. & propterea grauiter puniendi
eſſent, & ab omnibus accuſari poſſunt. c. ſi Dominus. de
ſimo. & etiam ſeruus, meretrix & quicunq; alius crimino-
ſus ad accuſandum admittitur. c. tanta, eod. tit. Simoniaca
enim peſtis ſui magnitudine, alios omnes morbos antecel
lit. c. ſicut. eo. ti. Fraude autẽ ceſſante licita erit pẽſionis ex
tinctio, cũ ſit liberare eccleſiã à ſeruitute per ſupradicta.

**Penſionarius ſi recepta penſione trium futuro-
rum annorum à rectore beneficij, illam in a-
lium transferat, an rector prædictus pro illis
tribus annis, teneatur etiã ſoluere nouo pen-
ſionario.**

## QVÆSTIO LXXXVIII.

1 *Prælatus locans poſſeſſionem eccleſiæ, & accipiens anticipatam ſolutionem, ſucceſſori non præiudicat.*
2 *Hæres prælati tenetur ad pẽſiones per eũ ante tempus perceptas.*
3 *Penſionarius vſufructuario comparandus videtur.*
4 *Penſionarius fructus manducat ſine labore.*
5 *Penſio non vacat per impetrationem.*
6 *Onera beneficio incumbentia, tria ſunt.*
7 *Aequitas in eccleſiaſticis præſertim ſeruari debet.*
8 *Penſio per tranſlationem, in alium noua fit.*
9 *Emptor etiã qui anticipatè ſoluit priori domino, ſi non ſoluat nouo domino, non propterea cadit à iure ſuo.*

OCtuageſimooctauò quære, clericus habens penſio-
nem annuam ſuper fructibus beneficij, cùm pote-
ſtate illam transferendi recepta à rectore beneficij, anti-
cipata penſione pro tribus futuris annis, illam tranſtulit
in Sempronium: modo quæritur, an Sempronius exigere
poterit penſionem à rectore dicti beneficij pro illis tribus
annis, pro quibus ſoluta fuit priori penſionario. In iſta
quæſtione, quæ pulchra eſt, non tacta à doctoribus quod
viderim, dicendum videtur ſolutionem penſionis factam
1 anteceſſori, non præiudicare nouo penſionario. † Nam
vide-



mus, quod ſi prælatus rem eccleſiæ locauit per ali-
quot annos, & pro toto tempore locationis pecuniam re
cepit, demùm moriatur talis ſolutio non nocet ſucceſſori
ſuo in illa prælatura. c. ſi. de pecul. cleri. & videtur eſſe ca-
ſus, in l. ſi quis domum. §. j. ff. locat. & habetur per doct. in
c. fin. ne prælat. vices ſuas. confirmatur hoc quia videmus
quod ſtudentes in Theologia, qui ſunt priuilegiati, vt per
quinquennium fructus ſuorum beneficiorum, & præben-
darum integrè percipiant, aliqua conſuetudine contraria
non obſtante: vt habetur in c. ſuper ſpecul. de magiſtr. &
in c. licet de præbend. non tamen penſionem ſiue fructus
ſuorum beneficiorum pro toto quinquennio recipientes
poſſunt ſucceſſoribus præiudicare: vt not. doct. vbi Abb.
2 Hoſtien. & Ioan. And. in d. c. ſuper ſpecu. † Quinimo di-
xit Hoſtien. in d. c. fin. ne prælat. vic. ſuas, quòd ſi hæres de-
functi prælati, qui anticipatos affictus percepit eſt ſoluen-
do, ipſe ſucceſſori tenebitur. l. fin. C. de hæred. inſtit. Si au-
tem non erit ſoluendo, ipſe conductor tenebitur, & ſibi
ſuam imputabit culpam: damnum enim quod quis culpa
ſua ſentit, ſibi, non alteri imputandum eſt. c. damnũ. de re-
gu. iur. in vj. & ita tenuit Franciſ. de Ramponibus, in quon-
dam eius. con. l. quod eſt inter conſil. Calder. in rubr. de
loca. conſil. VII. & Corn. conſil. XVII. incip. Dominus
3 Ioannes Baptiſta. in ij. vol. † Pro iſta opinione facit etiam,
quia videmus, quòd penſionarius vſufructuario cõparan-
dus videtur, vt patet ex dictis ſuprà q. j. cum penſio dica-
tur pendere à beneficio, ex quo extrahitur, ſicuti vſusfru-
ctus à proprietate dependet, vt dixit Imol. in clem. j. §. ea-
dem. de ſupplen. neglig. prælat. vſufructuarius autem non
poteſt locare vltra tempus eius vitæ: prælallegata l. ſi quis
domum. §. j. ff. locat. & habetur per Abb. in d. c. fin. col. ij.
ne prælat. vices ſu. Pro contraria parte facit: quia ex quo
transferens penſionem ante illius tranſlationem anticipa-
tam, trium futurorum annorum penſionem perceperat,
illam transferendo in Sempronium, non potuit plus iuris
in illum traſferre, quàm ad ipſum pertineret. c. nemo plus.
de regulis iur. in vj. ſed ipſe transferens, ſi penſionem non
tranſtuliſſet in Sempronium, pro illis tribus annis, nulla-
tenus penſionẽ petere potuiſſet: quia ſolutione eius, quod
debetur obligatio tollitur. inſtitut. de act. in princip. l. nihil

Universidad de Deusto Biblioteca



intereſt.C.de ſolut.ergo nec illas petere poterit Sempro-
nius, qui loco transferentis eſt ſurrogatus:nam ſurroga-
tus natura ſapit eius in cuius locum ſurrogatur.l. ſi eum.
§. qui iniuriarum.ff. ſi quis caut.& per Bald. in l. parabo-
lani.C.de epiſc.& cler.facit quia ratio bonæ fidei nõ pa-
titur,vt bis idem exigatur.c.bona fides.de regul.iur.in vj.
l.bona fides.ff.eod.tit. & hæc opinio in ſe æquitatem ha-
4 bere videtur. † Penſionarius enim fructus manducat ſine
labore, contra illud apoſtoli, qui non laborat,non man-
ducet.c.clerici.j.q.ij.& dicitur penſio præmium ſine ope-
re,cum is qui altari non ſeruit, ex eo præmium conſequi
non deberet.c.charitatem.xij.q.ij. Non enim tenetur pen
ſionarius ad reſidentiam, vt vidimus ſuprà q.xxxj.nec te-
netur officium dicere,de quo latè ſuprà q.xxx.Ideò Sem-
pronius,in quem tranſlata fuit penſio, non videtur poſſe
5 cõqueri,cum omne ius ſuũ à transferente procedat.† Pen
ſio enim nõ vacat, nec imperatur. Et iſta partem tenen-
do,quam æquiorẽ puto,reſpõdere poſſumus ad ſuperius
in contrarium adducta & primò ad illud quod dicebatur
quòd anticipata ſolutio facta prælato, ſucceſſori non no-
cet,quòd ex eo eſt,quia prælatura vacat morte prælati, &
fructus,qui poſt obitũ prælati proueniunt etiam ante no-
uam collationem ſucceſſori ſpectãt.c. relatum.de teſta.c.
præſenti.de offic.ordin.in vj. & ideò dixit Abb.in d.c.fin.
ne prælat.vic.ſuas.col.ij. ꝙ quicquid perceptum fuit poſt
mortem præceſſoris ante beneficium collatum,poteſt ſuc
ceſſor petere ab hæredibus prædeceſſoris, vel à beneficij
conductore:ideò cum certus eſſet ſoluens de prædictis,ſi-
bi imputatur qui non proſpexit, quod euenire potuit in
ordinariis ad talem caſum, vt not.Dyn.in l.inter ſtipulan-
tem.§.ſacram.ff.de verbor.obligat. Sed in caſu quæſtio-
nis noſtræ,rector eccleſiæ grauatæ penſionis onere, ſcie-
bat quòd morte penſionarij penſio non vacabat, ſed ex-
tinguebatur, & conſolidabatur cũ ipſa eccleſia ſuper cu-
ius fructibus erat impoſita, vt de ſe patet. Et per conſe-
quens non tractabatur de alterius præiudicio, niſi ſui ip-
ſius:& hoc maximè procedit,quando ſoluens talem pen-
ſionem,non fuit ille qui conſenſit illius reſeruationi cum
dicta facultate transferendi,adeò quòd potuit illam pro-
babiliter ignorare. Secundò non obſtat quòd dicebatur
de vſu



de vſufructuario, qui locare non poteſt vltra tempus eius
vitæ.d.l.ſi quis domum.§.j.ff.locat.cui videtur æquipara-
ri penſionarius, quia reſpondetur quòd id ideo eſt, quia
eo mortuo vſusfructus finitur, & cum proprietate conſo-
lidatur.l. antiquitas.C.de vſufruct. Sed quando penſio
etiam tranſlata de vno in alium, morte illius primi cui
reſeruata fuit à principio non extinguitur, ſed remanet
apud eum in quem tranſlata fuit: & ſic beneficium re-
manet obnoxium illius ſolutioni, quòd ſi iterum ſoluere
teneretur penſionem iam ſolutam pro dictis tribus an-
6 nis, vtique illius rector ſuſtinere non poſſet † onera be-
neficio incumbentia,quæ tria principaliter ſunt. Primùm
quòd rector congruam portionem ad ſui ſuſtentationem
habere debeat: ſecundùm quòd poſſit epiſcopalia iura
perſoluere:tertiùm quòd poſſit hoſpitalitatem tenere: vt
not.in cap.j.xxj.q.j.cap.ſi cui.de præbend.in vj.& in capi.
7 de monachis. de præbend.& ibi gloſ.† Prædictæ opinio-
ni,vt dixi,multum fauet æquitas,quæ præſertim in eccle-
ſiaſticis ſeruari debet.c.j.de dolo & cõtu.c.dilecti.de iud.
& attendi debet in iudicando.l.placuit.ff.de iudi. vnũ ta-
8 men obſtare videtur,† quòd quando penſio trãſfertur de
vna perſona ad aliam,extinguitur penſio quæ erat in per-
ſona transferentis, & noua creatur penſio in perſona eius
in quem fit tranſlatio ſuper fructibus eiuſdem beneficij.
Cogita,quia iſta eſt notabilis quæſtio. Vnum tamen non
omittam, ꝙ poſito quòd nouus penſionarius poſſet exi-
gere penſionem pro illis tribus annis, pro quibus fuerat
anticipate ſoluta primo penſionario: non tamen propter
illius non ſolutionem obtinere poſſet, ꝙ debitor priuare-
tur beneficio, iuxta tenorem literarũ reſeruationis pen-
ſionis,argumento eorũ quæ voluit Corn.in dicto ſuo con
9 ſilio LXVII.in ij.vol.in j.col.† Vbi decidit quòd ſi emphi-
teuta ceſſauit in ſolutione canonis per bienniũ, quo caſu
cadit à iure ſuo.c.potuit locator. Si tamẽ prius ante tem
pus ſoluerat priori domino pro illis annis, licet ſucceſſori
non ſoluerit, quòd propterea non cadit à iure ſuo; facit:
quia quælibet cauſa, etiam beſtialis, excuſat a dolo, & à
pœna.l.igitur.§.poteſt.ff.de liber.cauſa.Ang.in l.plagij.C.
ad leg.Flaui.de plagi.

Universidad de Deusto Biblioteca

# Canonicus nouiter receptus, qui vigore ſtatuti tenetur dare capitulo medietatem fructuum ſuæ præbendæ duorum primorũ annorum, ſuper quibus eſt penſio, an detrahere debeat in primis & ante omnia penſionem?

## QVAESTIO LXXXIX.

1 *Clericus qui impetrauit, vt beneficium ducatorum centum habere poſſit, habere poterit beneficium longè maioris valoris, ſi reſiduum in expenſis conſumitur.*
2 *Beneficij redditus, computantur deductis expenſis.*
3 *Beneficiatus qui fructus non percipit, collectas ſoluere non tenetur.*
4 *Vſufructuarius, tenetur ad onus collectæ.*

OCtuageſimononò quæro. Cauetur ſtatuto alicuius eccleſiæ quòd nouus canonicus teneatur dare capitulo dictæ eccleſiæ medietatem fructuum ſuæ præbendæ duorum primorum annorum: modo quidam aſſecutus fuit canonicatum & præbendam in dicta eccleſia, ſuper quorum fructibus, pontifex reſeruauit cuidam clerico annuam penſionem: quæritur an nouus canonicus, teneatur ſoluere integram dimidiam fructuum dictorũ duorũ annorum capitulo dictæ eccleſiæ ſine detractione dictæ penſionis, vel ea detracta? Et prima facie dicendum videtur, ꝙ integra medietas fructuũ ſine aliqua detractione penſionis ſolui debeat: quia ſtatuto prædicto nõ videtur per Papam derogatum ex cõceſſione & reſeruatione dictæ penſionis. facit in argumentum, tex. in c. ſi propter tua debita. de reſcript. in vj. vbi habetur quòd ſi epiſcopo ſit conceſſum de gratia ſpeciali, vt fructus primi anni beneficiorum vacantium poſſit per quinquennium percipere: talis conceſſio non derogat particulari ſtatuto, per quod hujuſmodi fructus fabricæ vel vſui alterius perſonæ debeantur, niſi hoc fuerit expreſſum: nec vnquam Papa præſumitur velle derogare particulari ſtatuto alicuius loci, de quo notitiam non habuit, cũ illud ignorare præſumatur. capit. j. de conſtitut. libro vj. facit, quòd regulariter in dubio nunquam præſumatur Papam velle tertio præiudicare. c. ſuper eo. de offic. ordin. l. nec auus. ff. de emanci.
liber.



liber. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. contrariam tamen partem veriorem arbitror, videlicet quòd nouus canonicus, teneatur ſoluere dictam dimidiam fructuũ, detracta in primis & ante omnia penſione: & moueor ex infrà dicendis. Primò: quia fructus & redditus præbendæ cõſiderari debent detracta penſione, ex eo quod no. Bald. in l. j. col. ij. verſi. Pone impetraui à Papa. C. de fruct. & lit.
1 expen. † Vbi dixit quòd ſi quis à Papa impetrauit quòd
habere poſſit beneficium vſque ad valorem annuum ducatorum cẽtum auri de camera, vigore dictæ gratiæ habere poterit beneficium valoris ducatorum trecentorũ, ſi dictum beneficium adeò ſit grauatũ, quòd illius onera aſcendat ad ſummam ducatorum ducentorum quolibet anno: quia verum eſt dicere, ꝙ tale beneficium effectualiter non dicitur habere in redditibus, niſi ducatos centũ,
2 argumento. l. illud. C. de collat. † Et not. idem Bal. in l. ſed
ſi hoc. §. quidam. in fin. ff. de condit. & demonſtr. vbi dixit, quòd tantum valent beneficij redditus, quantũ valent deductis oneribus. Et idem dixit Alexand. in l. non amplius, per illam text. in princip. ff. de legat. j. & ibi Paul. de Caſt. Secundò facit, quia ſicuti colonus de parte fructuũ quos ratione culturæ percipit: ita & dominus fundi de portione ſua decimam ſoluere tenetur. tex. eſt in cap. tua nobis. de decim. vbi Abb. & alij: & ita videtur dicendum in caſu huius quæſtionis noſtræ, quòd iſte nouus canonicus ſolũ teneatur pro portione fructuũ quos percipit, ſoluere dimidiam dicto capitulo. Tertiò facit quia rector beneficij grauati onere penſionis, tenetur decimam ſoluere ſolum pro parte fructuum, quos retinet apud ſe detracta pẽſione, & penſionarius tenetur ad ſolutionẽ decimæ pro concurrenti quantitate ſuæ penſionis, vt latè dixi ſuprà q. lix. Quartò facit: nam videmus quòd impoſito per epiſcopum charitatiuo ſubſidio ſuper fructibus beneficiorum iuxta terminos. c. conquerente. in fi. de offic. ordin. & in c. cum apoſtolus. §. prohibemus. de cenſib. Rector beneficij grauati penſionis onere, ſolùm illud ſoluere tenetur pro portione fructuum, quod ſibi remanet dempta penſione. Penſionarius autem pro portione penſionis, ratam ſuam charitatiui ſubſidij ſoluet, vt decidit Bellencinus. in tract. ſuo, de ſubſid. charit. q. xxxvij. & dixi latè ſuprà q. xxxviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et iſtam partem in terminis quæſtionis noſtræ tenuit De-
cius ſolemnis doctor in conſi. ſuo CLVI. incipiente, ſtatu
3 tum cathedralis: vbi iſtam quæſtionẽ latè examinat.† Pro
qua vltra prædicta dicit facere, quòd bãnitus qui fructus
non percipit, collectas ſoluere non tenetur, vt not. Bart. in
l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infect. & Roma. conſilio
4 LXXXII. incip. circa primum ad finem.† Adducit etiam
quòd ad vſufructuarium pertinet onus collectæ. §. quæro.
vbi Bart. ff. de vſufru. leg. & tex. in l. inter debitorem. ff. de
pact. inferens quòd pro penſione quam canonicus ſoluere
tenetur, in effectu fructus habere non dicitur, cum abeſſe
à nobis videatur, quod alteri debetur. l. ſi mandato Titij.
vbi Bar. & Ang. ff. de neg. geſt. ſubdens, ꝙ nimis iniquum
videretur quod nouus canonicus deberet ſoluere integrã
fructuum medietatẽ, & ipſam penſionẽ: quia ſibi parum
vel nihil remaneret, dicens mentem ſtatuentium fuiſſe, ꝙ
ſolueretur dimidia fructuum, cõſiderato quòd omnes fru
ctus præbendæ ſine aliquo onere remanerẽt apud ipſum
canonicũ ſine onere, & veriſimiliter ſi ſtatuentes interro-
gati de hoc fuiſſent, noluiſſent in tantũ nouos canonicos
grauare: & ideo hoc haberi debet pro expreſſo in prædi-
cto ſtatuto. iuxta no. per gloſ. in l. tale pactum. §. fina. ff. de
pact. & plura alia allegat Decius pro iſta parte, in d. ſuo
conſilio, quæ videre poteris. Pro qua facit etiam: quia bo
na cuiuſcunque dicuntur, quæ superſunt deducto ære alie
no l. ſubſignatum. §. j. ff. de verb. ſig. cum ſimi. penſio autẽ
æs alienũ dicitur: quia illam canonicus neceſſario ſoluere
tenetur, alioquin ipſo ceſſante in ſolutione penſionis per
tempus in literis apoſtolicis contentum in pœnam priua-
tionis beneficij incideret, iuxta Curiæ ſtilũ. Itẽ facit: quia
nouus canonicus ex ordinata charitate: prius indẽnitati
ſuæ conſulere debet demùm alteri. c. qui vult ordinate. de
pœnĩ. diſ. iij. l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. ergo penſionem
prius ſoluet ad euitandam pœnam priuationis beneficij,
demùm de reſiduo fructuum apud ſe reſtante, medieta-
tem ſoluet capitulo d. eccleſiæ. corroboratur dicta cõclu-
ſio etiam ex eo, quòd penſio eſt certa portio fructuũ, ſe-
parata ex beneficio, à quo extrahitur, vt vidimus ſupra la
tè in j. q. præſentis tractatus. Nec obſtat adducta ſupra in
contrarium, dum dicebatur, ꝙ reſeruatio penſionis fa-
cta à



cta à ſummo Pontifice videatur facta ſine præiudicio ec-
cleſiæ, in qua erat tale ſtatutum: quia reſpondetur iuxta
intentionem Decij in præallegato conſilio quòd ſtatutum
prædictũ intelligitur virtualiter, vt ſoluatur dimidia fru-
ctuum detractis oneribus, vt ſupra dictum fuit.

## Penſionarius an pro rata pẽſionis teneatur cõ-
## tribuere ad neceſſariã fortificationẽ ciuitatis,
## quãdo ad id tenetur eccleſia grauata pẽſiõe.

### QVÆSTIO XC.

1 *Penſionarius tenetur ad onera impoſita reſpectu fructuum be-*
*neficio pro rata penſionis.*
2 *Fallit quando penſio ſibi fuit reſeruata libera ab omni onere.*
3 *Exactio oneris impoſiti eccleſiæ pro fortificatione ciuitatis, fiet*
*per iudicem eccleſiaſticum non ſecularem.*

NOnageſimò quæro: certum eſt quòd eccleſia tene-
tur contribuere cum laicis ad reparationem mu-
rorum ciuitatis, & illorum neceſſariam fortificationem.
Ita Ia. de Arena, Iac. But. Cy. & Bart. in l. ad inſtructiones.
C. de ſacr. ſanct. eccl. & Aluarottus, in titulo. de pace. iur.
firm. in §. illicitas. in vſib. feud. habetur per Guid. Papæ, in
ſuis deciſ. deciſ. LXXVII. incip. an eccleſia. per Pet. de Anc.
in c. non minus. & ibidem Inno. & Card. de immu. eccle.
Bald. in tit. de pac. conſtan. col. iiij. verſi. munitione ciuita-
tis, idem Bald. in conſi. ſuo CCXIIII. incip. antiqua. in ter-
tio vol. Paul. de Caſtr. & Bald. in d. l. ad inſtructiones. & de
hoc vide latius Abb. in d. c. nõ minus. qui recitatis aliorũ
opinionibus, videtur tenere contrarium. Modo quęritur,
an clericus cui reſeruata fuit annua pẽſio ſuper fructibus
alicuius eccleſiæ, quæ ad huiuſmodi onus tenetur in caſu
quo de iure ipſa eccleſia compelli poteſt ad talem cõtri-
butionem pro concurrenti quãtitate penſionis ad huiuſ-
modi onus teneatur? In iſta quæſtione dicendum puto
quòd ſic: quia clarum eſt, quod tale onus imponitur ec-
1 cleſiæ reſpectu fructuum,† penſionarius autem ad onera
reſpectu fructuum beneficiorum imponẽda, tenetur: pa-
tet quia eſt obligatus ſoluere decimã Papalem, quæ ha-
bito

Universidad de Deusto
Biblioteca



bito reſpectu ad fructus beneficij ſoluitur, vt tradit Bel-
lenc.in tract.ſuo de charit. ſubſ.q.xxxvij. & q.lxxv.& per
Imo.in cle.ſi beneficiorū.de decim.& eſt tex.clarus in ex-
trauagante Bonifacij.viij.quæ incipit, declarationes in ti-
tulo, de decim.& de hoc dixi late ſuprà q.lix.tenetur etiā
penſionarius ad ſolutionem charitatiui ſubſidij eccleſiæ
impoſiti, pro ſua contingenti parte, vt dictum fuit ſupra
q.xxxviij.& habetur per Bellene.loco proximè allegato:
faciunt dicta in proxima præcedenti q.& ex præmiſſis
breuiter concluditur penſionarium teneri ad talem con-
2 tributionem pro eius parte.† Hoc tamen non procederet
quando penſio eſſet reſeruata libera & exēpta à quocun-
que onere: iuxta ea quæ diximus ſ.in d.q.lix.in verſ.Iſtam
3 concluſionem intellige.† Vnum tamen non omitto, quòd
talis oneris exactio fieri non poterit per iudices laicos, ſi-
ue laicos miniſtros, ſine Epiſcopi vel alterius ſuperioris
licentia, vt decidunt docto.in d.l.ad inſtructiones.& in d.
c.non minus.vbi Abb.col.vj.in verſic.dicit tamen.ſed fieri
debebit per eccleſiaſticum ſuperiorem illius eccleſiæ, cui
huiuſmodi onus impoſitum erit.

## Papa ſi committat in partibus clerico aſsignari certam penſionem ſuper fructibus beneficij, & moriatur re integra, an talis gratia expiret?

### QVÆSTIO XCI.

1 *Mandatum regulariter morte mandantis expirat.*
2 *Executores gratiarum, dicuntur delegati.*
3 *Executoris officium cui Papa cōmiſit, quòd de præbenda proui-deat ei cui canonicatū Papa cōtulit, morte Papæ non expirat.*
4 *Executoris officiū in gratia iā facta, nō expirat per obitū Papæ.*
5 *Mādatū annexū actui irreuocabili, morte mādantis nō expirat.*
6 *Executor gratiæ ſi pronuntiet ſe non executorem, non propterea priuatur iuriſdictione.*
8 *Res integra quando dicatur.*

NONAGESIMOPRIMÒ quæro. Si alicui per lite-
ras apoſtolicas conceſſa ſit gratia, per quam com-
mittitur aſſignatio certæ penſionis in partibus, an huiuſ-
modi gratia expiret Pontificis morte re integra, ita quod
exec



executor in d.gratia deputatus, ad illius executionē pro-
cedere nō poſſit? In iſta quæſtione videtur dicendū, gra-
tiam expirare re integra morte pontificis.per tex.in c.ſi
cui nulla.in verſ.Secus ſi ſuper.de præb. in vj. vbi dicitur
quod ſi ſit datus executor ſuper prouiſione certæ perſo-
næ facienda, ad fauorem eius cui mandatur prouideri, q
1 talis gratia expirat morte Pontificis re integra.† Secūdo
facit: quia regulariter morte mandātis, mandatum expi-
rat, l.mandatum.C.mand.c.gratū.& c.licet.de offi.deleg.
Tertiò facit: quia ſi Papa madet executori, vt ſi ita eſt, vel
ita eſſe comperterit, prouideat Petro de certo beneficio,
quod Petrus Papæ certo modo vacare expoſuerat; ſi
poſtmodū Papa re integra moriatur, executoris autori-
tas expirat. Ita decidit Rot.deciſ.cccxxix.incip.ſi Papa in
nouis. Quartò facit quod voluit Io.And.in c.fi.§.officiū.
de offi.deleg.in vj.vbi dixit, quòd poteſtas conſeruatorum
priuilegiorum, expirat re integra morte Papæ: cum quo
2 trāſit Domi.in c.ſi ſuper gratia.co.ti.† Quintò facit: quia
clarū eſt, quòd executores gratiarum, dicuntur delegati,
vt notant doc.in d.c.ſi ſuper gratia. de offi.delegat. in vj.
vbi eſt tex.delegati autem iuriſdictio expirat, & ipſo iu-
re finitur re integra per obitum delegātis, vt habetur per
Paul.Domi.& Franch.in c.ſi à ſubdelegato. de offic.dele-
ga.in vj.Spec.in tit.de lega.in §.reſtat.verſ. item mortuo.
& Ioan.Andr.Hoſtien.& alij in cap.cum veniſſet.de teſtib.
vbi eſt gloſ.de hoc.& hoc procedit etiam in delegato ad
vniuerſitatem cauſarum: vt habetur in d.c.fin.§.officium.
& ibi doct.de offic, deleg. in vj. Contrariam tamen par-
tem in caſu quæſtionis noſtræ, de iure veriorem teneo: q
imo talis gratia, re integra non expiret morte Papæ: fa-
cit, quia in caſu noſtro, gratia eſt iam facta per Papam de
penſione, licet illius reſeruationem executori in partibus
committat: quo caſu mandantis morte, in gratiis iam fa-
ctis, executoris facultas non expirat. tex.eſt in c. ſi ſuper
gratia. ſupra allegato. Ad idem facit tex. in d.c.ſi cui nul-
la.in princ.& ibi glo.cum ibi not.per docto.de præben.in
3 vj.† Facit quia ſi Papa alicui confert canonicatū, & man-
dat executori: vt illi prouideat de præbenda, mortuo Pa-
pa, talis gratia & autoritas executoris non expirat, qui in
præbendam poſtmodum vacātem illi aſſignare poſſit li-
cet

cet quo ad ipſam præbendam videatur gratia facienda:
tex. eſt notabilis in c. penult. de conceſ. præben. in vj. quod
etiam voluit gloſ. in d. c. ſi cui nulla. in fin. & Franch. & alij
in d. c. ſi ſuper gratia. & hanc opinionem in caſu quæſtio-
nis noſtræ, tenet Hieronymus Paulus, doctor Hiſpanus,
admodum Romanæ curiæ practicus, in libello ſuo, quem
aliqui vocant practicam Cancellariæ. fol. 49. in verſi. in-
4 cipien. præſtantiſſime doctor. † Vbi dixit, quòd iſto ca-
ſu gratia eſt iam facta: quo caſu etiam re integra non ex-
pirat officium executoris, cum ſit acceſſorium ad ipſam
gratiam executoris deputatio: acceſſorium autem reci-
pit perpetuationem à principali: vt eſt text. in dicto cap.
ſi ſuper gratia. vbi Franch. in vlti. not. & facit pro iſta o-
pinione, quod dicunt Domini de Rota in d. deciſ. ccc-
xxix. ſupra allegata circa finem: vbi voluerunt, quòd
ſi Papa mandat prouideri certæ perſonæ de certo bene-
ficio tunc vacante, quod talis gratia re integra morte
Papæ non expiret, mouentur per text. in d. c. ſi ſuper gra-
tia. Ad idem facit quod dixit milus, in ſuo repert. in ver-
bo gratia. in verſic. incip. gratia facta, licet nondum exe-
cuta: vbi voluit quòd gratia facta dicatur, vbi Papa man-
dat prouideri de certo corpore beneficij vacantis ex ob-
tu certæ perſonæ, dummodo talis prouiſio ſit facienda
ſine iudiciali indagine. Et tenendo iſtam partem, quæ
vera eſt, ad allegata ſupra in contrarium reſponde: &
primò non obſtat text. in d. ca. ſi cui nulla. in verſic. ſecus.
quia reſpõdetur, quod procedit in gratia facienda: man-
dabatur enim ibi prouideri certæ perſonæ de incerto be-
neficio vacaturo, & ita illum text. intelligunt gloſ. & do-
cto. ibi & doct. in d. c. ſi ſuper gratia. & Domini de Rota in
præallegata deciſ. cccxxix. in nouiſ. Non obſtat ſecun-
dum, quod morte mandantis, mandatum expiret. d. c. li-
5 cet. de offic. dele. cum ſimi. † Nam reſpõdetur, quòd illud
non procedit, quoties mandatum eſt annexum, & acceſ-
ſorium ad actum irreuocabilem, prout eſt gratia iam
facta, quæ morte concedentis etiam re integra non ex-
pirat, cum acceſſorium naturam ſui principalis ſequatur.
c. acceſſorium. de regul. iur. in vj. & eſt text. in d. cap. ſi
ſuper gratia. Nec obſtat Tertium, quòd vbi Papa man-
dat alicui, vt ſi ita eſt, vel ita eſſe compererit, prouideat





Petro de certo beneficio, quod Petrus Papæ certo modo
vacare aſſeuerat: quo caſu mortuo Papa, re integra offi-
cium executoris expirare videtur: quia id ex eo eſt, quia
talis executor datus eſt, cum cauſæ cognitione: & ſic non
eſt merus executor: nam tenetur partem citare, & proce-
dere cum cauſæ cognitione: vt in c. olim. & in c. ex parte.
de reſcript. in vj. & in c. exhibita. de iudic. Ita voluit Rota
præallegata deciſ. cccxxix. in nouiſ. & Franch. in d. c. ſi ſu-
per gratia. & ibi Domi. Quartò non obſtat, quòd conſer-
uatorum poteſtas datorum ſuper priuilegiis expiret re
integra: quia eo caſu datio conſeruatorum non eſt quid
acceſſorium ad priuilegia, cum ex priuilegiis agere & ex-
cipere quis poſſit ſine conſeruatore. Ita dixit Domi. &
ibidem Franch. in d. c. ſi ſuper gratia. & idem Franch. in d.
c. ſi. in. § officium. de offi. deleg. in vj. & minus obſtat quin-
tum fundamẽtum ſupra adductum, quòd iuriſdictio de-
legati re integra expiret morte mandantis: Nam illud
procedit in delegato, cui principaliter, nõ acceſſorie, mã-
datur iuriſdictio: & ita procedant iura in contrarium ad-
ducta: ſecus eſt quando delegatus habet iuriſdictionem
acceſſorie, vt eſt in caſu noſtro in executore, & ſupradictũ
6 fuit: & eſt text. & ibi doct. in d. c. ſi ſuper gratia. †. Quin-
imo adeo differt executor gratiæ iam factæ, licet delega-
tus ſit à delegato principaliter ad iuriſdictionem exercẽ-
dam, quòd ſi executor gratiæ huiuſmodi, pronunciet ſe
non executorem illius gratiæ, non propterea expirat eius
autoritas, cum talis pronunciatio ius ſibi auferre nõ poſ-
ſit: vt voluit Domi. in d. c. ſi ſuper gratia. & ibi Franch. in
verſic. iiij. not. ex gloſ. vbi allegat gloſ. magnam, in c. ſi ſo-
li. in fin. de conceſ. præbend. in vj. Idem voluit Felin. in c.
ſignificantibus. column. ij. verſic. limita quartò. de offi. de-
lega. Secus tamen eſt in delegato principaliter ad iuriſ-
dictionem exercendam: quia ſi pronunciet iuriſdictio-
nem non habere, illam etiam conſenſu partium non re-
7 aſſumit: vt in dicto cap. ſignificantibus. † Quando au-
tem dicatur res integra, vide per docto. in dicto cap. ſi
cui nulla. vbi Franch. & in d. cap. ſi ſuper gratia. Erit ergo
ex prædictis concluſio, quòd in caſu quæſtionis noſtræ
neque gratia, neque executoris autoritas expirat mor-
te Papæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

## Compenſatio an habeat locum in materia penſionis.

### QVÆSTIO XCII.

1 *Compenſatio vim ſolutionis habet.*
2 *Debitor qui iurauit certa die ſoluere, compenſare poterit.*
3 *Compenſatio opponi poteſt, non obſtante ſtatuto quod alia exceptio, quam ſolutionis opponatur.*
4 *Compenſatio obiici non poteſt petenti alimenta.*
5 *Compenſatio obiici non poteſt prælato, petẽti charitatiuum ſubſidium ratione alimentorum.*
6 *Compenſatio non admittitur, quando de facili liquidari non poteſt.*
7 *Compenſatio an ſaltem locum habeat ad euitandam pœnam.*
8 *Compenſatio fit ipſo iure, ad euitandam pœnam.*
9 *Compenſatio quando non prodeſt, ad pœnam euitandam.*
10 *Emphiteuta qui totum canonem non ſoluit, ex partis ſolutione non euitat pœnam.*
11 *Venditio facta, quòd niſi ſtatuta die pretium ſoluatur res ſit inempta, ſi vnus nummus deficiat, non valet.*
12 *Debitor penſionis, qui penſionis reſeruationi cõſenſit & iurauit, compenſationem opponere non poterit.*

NOnageſimoſecundò quæro, an compenſatio locum habeat in materia iſta eccleſiaſticæ penſionis, adeò quòd petenti penſionem ſibi ſolui, opponi
1 poſſit. † Et videtur dicendum quòd ſic: quia compenſatio vim ſolutionis habet: facit text. in l. ſi debitor. circa fin. ff. qui pot. in pign. habean. ibi neque intereſt vtrum
2 ſoluerit, an verò compenſauerit. † Ad idem facit quod voluit Barto. in l. amplius non peti. column. fin. ff. rem ratam haber. vbi eſt text. quòd debitor qui certa die ſoluere promiſit, & iurauit compenſare poterit: accedat quòd licet conditiones adimpleri debeant in forma ſpecifica. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condition. & demonſtration. tamen iuſſus dare, vel ſoluere conpenſando conditionem adimplet. l. ſi Peculium. §. i. ff.



3 ff. de ſtat. liber. † Quinimo etiam ſi ſtatutum permitteret non opponi aliam exceptionem, quam ſolutionis, tamen compenſatio opponi poterit, vt voluit Ange. in conſil. CCXIX. incip. quidam nomine: & ſequitur Alex. in conſil. XII. col. penult. in ij. vol. Quinimo compenſatio opponi poteſt in executione ſentẽtiæ. l. ſi cum militi. §. cum quæritur. ff. de compenſ. probatur in l. de hærede. C. de pet. hæred. Diſtinguendum tamen puto, quòd aut ſumus in caſu, in quo pro pẽſione executiue agitur: aut ſumus in caſu in quo agitur via ordinaria, de quo dictũ fuit ſuprà. q. lxiij. vbi vidimus an in cauſa penſionis neceſſaria eſſet litis conteſta. Primo caſu quando via executiua proceditur cõtra debitorem penſionis, diſtinguendum eſſe arbitror, quòd aut pẽſio reſeruata fuit clerico pro alimẽtis, iuxta ea quæ
4 dixi ſuprà q. xlv. † Et iſto caſu dicerem compoſitioni non eſſe locum: quia petenti alimenta compenſatio obiici nõ
5 poteſt tex. eſt in l. in ea. C. de compen. † Facit quod voluit Bellenc. in tracta. ſuo. de ſubſid. charit. q. liij. vbi concludit, quòd quando prælatus petit charitatiuum ſubſidiũ ratione alimentorum tunc ei non poteſt obiici cõpenſatio, nã qui alimenta denegat, necare dicitur. l. necare, & ibi Bart. C. de liber. agnoſcen. Aut penſio non fuit reſeruata pro alimentis, & tũc dicendũ videtur compenſationẽ admitti debere etiã ſi executiuè agatur contra debitorem pẽſionis, quod eo maxime oſtẽditur, quòd compẽſatio, dummodo non requirat altiorẽ indaginẽ obiici poteſt, quãdo agitur de executione ſententiæ. l. is à quo. & ibi Bart. ff. vt in poſſ.
6 leg. † Ad hoc vide, quæ ſcribit Felin. poſt Abb. & alios, in c. ſuborta. de re iud. Vbi late materiam proſequẽdo dixit, quòd compenſatio non admittitur, quando de facili liquidari non poteſt. l. vlti. C. de compenſ. Sed compenſatio de debito liquidato, ad impediẽdũ ſententiæ executionẽ bene opponitur: vt per Sozin. in conſil. XXIIII. incip. viſis diligenter. in verſ. accedat. in j. volu. Nihilominus domini curiales dicere ſolent, quando executiuè proceditur, ſolue & repete cõtra conſiliũ iuriſconſulti in l. iij. ff. de compẽ. dicentis, quòd melius eſt non ſoluere, quam ſolutũ repetere. Vnde arbitror eos tenere indiſtinctè opinionẽ Roman. in conſil. ſuo CCCLXXXVIII. incip. in caſu propoſiti thematis, vbi voluit, quòd penſio indifferẽter cedat in cauſam

Universidad de Deusto
Biblioteca



alimentorũ, de quo latè per Feli. in c. ad audientiã. el ij. de
reſcrip. & dixi ſuprà q. xlv. & ij. aut agitur ad penſionem
non executiuè, ſed via ordinaria: & tũc etiã ſubdiſtinguerem,
quòd aut pẽſio fuit aſſignata pro alimentis, & tunc
idem ſit quod dictum fuit ſupra, aut non fuit aſſignata
pro alimentis, & tunc videtur dicendum compenſationem
locum habere. nam regulariter eſt permiſſa. l. ij. ff.
7 de compenſ. l. iij. eod. titu. † Aut quærimus vtrum locum
habeat compenſatio, ſaltem ad euitandam pœnam cenſurarum
& priuationis beneficij, quam ſolent incurrere
non ſoluentes penſionem in terminis, in literis conſtitutionis
penſionis appoſitis, quando penſionis debitor offert
compenſare. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. tangit
hanc quæſtionem in emphiteuta, qui ceſſauit per debitũ
tempus in ſolutione canonis. in verſ. l x x i x. vbi dixit
quòd emphiteuta poteſt ſe tueri compenſatione, ſi dicamus
compenſationem fieri ipſo iure. l. ſi ambo. §. cum
autem aliter. ff. de compenſ. Si autem dicamus compenſationem
non fieri ipſo iure, tunc Spec. adhuc putat idẽ
eſſe, dummodo compenſatio fuerit obiecta ante lapſum
triennij in emphiteuta priuati, per text. in l. ſi conſtat. ff.
de compen. & idem videtur ibidem tenere Ioan. And. in
addit. & alber. in l. ij. C. de iur. emph. col. x. vbi dixit, quòd
quando dominus eſt debitor emphiteutæ, ſi emphiteuta
ſit paratus compenſare, non cadit à iure ſuo. Idem tenet
Albe. in l. cum aliter. ff. de compenſ. & Fulgoſ. in d. l. ſi
conſtat. & Abb. antiquus, in cap. bona fides. de poſ. & ibidẽ
Anto. de But. in vlti. not. vbi etiam per Ioan. And. idem
tenuit Iaſon, in d. l. ij. col. xviij. verſ. Decimonono quæro. C.
de iure emphi. vbi relata opinione Spec. dicit quod tali caſu
fiet ipſo iure compenſatio, nõ obſtãte, quòd regulariter
cõpenſatio ipſo iure non fiat, niſi ab homine opponatur:
vt eſt cõmunis opinio gl. & doct. in d. l. ſi cõſtat. ff. de com-
8 penſ. † Dicit enim, quòd regula prædicta fallit, vbi agitur
de pœna euitanda, vel impediendo curſum vſurarũ: quia
tũc odio pœnæ & vſurarum, ipſo iure fit cõpenſatio. per
not. per glo. & doct. in d. l. ſi conſtat. & per glo. & Bald. in
l. j. C. eod. tit. & ſubdit quòd ne emphiteuta cadat à iure
ſuo, intelligitur ipſo iure oppoſita compenſatio, etiam ſi
per emphiteutam, ante tempus oppoſita non fuerit. & ita
refer



refert Imol. in dicto. c. bona fides. col. ix. & ange. in dicta l.
ſemel mora. ff. ſol. matr. & Ioan. Fab. & Ioan. de Platea, in
§. in bonæ fidei. inſtit. de act. & quod ad euitandam pœnam
ipſo iure compenſatio fiat. tenuit etiam Abb. in
cap. cum dilectus. de ordi. cogni. & in cap. ad noſtram.
de iure iur. & ibi Bald. & Alexand. in conſilio x i i. in v.
volu. & Gozadinus in conſil. lx i x. col. j. & ij. ex quibus videtur
concludi poſſe, quòd debitor penſionis ad pœnam
euitandam cenſurarum & priuationis beneficij: ex quo
penſionem non ſoluit, ſi erit creditor penſionarij in tanta
vel in maiori quantitate, beneficio compenſationis vti
9 poterit. † Quid autem dicendum erit, ſi debitor penſionis
ſit creditor penſionarij in minori quantitate: quam ſit
penſionis debitum? dicendum erit penſionis debitorem
non euitare pœnam: quia vbi fit ipſo iure compẽſatio
ad pœnam euitandam, intelligitur fieri pro concurrenti
quantitate. text. eſt, & ibi Bald. in dicta l. ſi conſtat.
vbi igitur quis eſſet creditor penſionarij in ducatis
puta triginta, & debitor eiuſdem, pro decurſis penſionibus,
in ducatis ſexaginta, compenſatio tunc fieret ſolum
pro ducatis triginta, & reſtaret adhuc debitor de ducatis
triginta. Ideo priuationis pœnam non euitaret.
10 † Faciunt not. per Bald. in rubr. ff. de contrahen. empt. q.
x. & habetur per Oldr. conſi. xxix. vbi habetur, quòd emphiteuta,
qui ſoluit partem canonis, ſi totum non ſoluit,
in totũ cadit à iure ſuo. Idem voluit Imol. in c. potuit. col.
xxxviij. de loca. vbi etiam dixit, quod is qui promiſit centum
ſub pœna, & partem tantum ſoluit, incidit in totam
pœnam. Idem voluit Salicet. in authent. perpetua. C. de ſacroſanct.
eccle. Quinimo dixit Paul. de Caſt. in l. in executione.
§. pro parte. ff. de verb. obliga. quod ſi debitor totũ
ſoluiſſet, excepto vno nummo, tamẽ pœnam non euitaret.
11 † Ad idem facit quod voluit. gloſſ. in l. res bona. ff. de contrahen.
empt. quæ dixit, quòd ſi ſit vendita res ſub conditione,
quod niſi ſtatuta die pecunia ſoluatur, res cenſeatur
inempta: ſi vnus ſolus nummus reſtaret ad ſoluendum, res
inempta diceretur: idem voluit Iaſon, in authent. qui rẽ. C.
de ſacroſanc. eccle. & Barba. in conſilio x x x v i. in ij. vol.
Concluſionem tamen prædictam, quòd compenſatio fiat
ad euitandam pœnam, quando quis eſt debitor penſionis

Universidad de Deusto Biblioteca



decurſæ,& creditor penſionarij ex alia cauſa : dicas procedere,
quando penſio eſſet reſeruata ſine conſenſu rectoris
beneficij grauati,quod fieri poteſt per Papam : vt latè
vidimus ſuprà q.x.vel ſaltem modernus rector beneficij
grauati,illius reſeruationi nõ conſenſit,ſed eius præceſſor.
12 †Nam quando debitor penſionis fuiſſet ille, qui illius re-
ſeruationi conſenſiſſet:tunc quia conſentiens iurat de ſtilo
curiæ,non poſſet opponere compẽſationem,nec illius be-
neficio iuuari:licet enim Bart. dixerit in dicta l. amplius
non peti.ff.de rem ratam hab.in fin.col.quòd debitor qui
certa die ſoluere promiſit & iurauit , compenſare poſſit:
eius tamen opinio eſt communiter reprobata:vt atteſta-
tur Aret.in conſilio ſuo centeſimo incipiente , longitudo:
& docto.in cap.veniens.de iureiuran. vbi Butrig.Imol. &
Abb. Alexand. conſilio x c i. incipiente , viſis actis. in ij.
volum.Petr.de Anchar. conſilio c x x x v i i i. incipiente,
in auxilium veritatis.Felin.in d.c.ad noſtram. col. penult.
de iureiuran.vbi dixit,quòd cõtra Bart. eſt communis opi
nio:& idem dixit Iaſon , in l.eum qui.§. ſi iurauero.ff.de
iureiuran.& pro iſta opinione contra Barto. quòd iurans
ſoluere non audiatur volens compenſare:eſt text.in d.c.ad
noſtram.ſecundum vnam lecturam gloſ.ibi,habetur quòd
fructus percepti ex re pignorata , qui ipſo iure in ſortem
computantur.l.j. & ij. C. de pignor. attamen ex quo ibi
debitor ſoluere iurauerat,non admittatur compenſatio.
Idem dixit Gozadinus, in conſilio ſuo l x i x. incipiente,
videtur prima facie.colum.j. verſic. illis non obſtantibus.
& idem conſilio x x x i i. incip.prima facie. col.ij. verſic.
Non obſtat & ſecundum.Nec prædictis obſtat, dum dice-
batur compenſationem ſufficere ad implementũ condi-
tionis de ſoluendo.per text.in d.l.ſi peculiũ.§.j. ff. de ſtat.
libe.quia illud procedit in eo,cui relicta eſt libertas fauo-
re libertatis.Ita dixit Gozadinus,præalleg.conſil.l x i x.
in verſic.Non obſtant contraria.

## Solutio penſionis, quo tempore fieri debeat.

### QVÆSTIO XCIII.

1 *Solutio penſionis,cui non eſt tempus appoſitum, fiet in fine anni.*
2 *Solutio penſionis fiet iuxta conſuetudinem , quando tempus ſo-
lutionis fiendæ non eſt appoſitum.*



3 *Penſio domus ſoluetur in fine anni,ceſſante conſuetudine.*
4 *Ciuitas Venetiarum,aliarum ciuitatum Regina.*

NOnageſimotertiò quæro,quo tempore fieri debeat
penſionis ſolutio. In hac quæſtione dicendum erit,
quòd aut in literis reſeruationis annuæ penſionis eſt ap-
poſitum tempus , quo ſolui debeat ipſa penſio , & tunc
ſtatuto in literis tempore ſolui debet:contractus enim ex
conuentione legem accipiunt.l.j.§.conueniatur. ff. depo-
ſit.& ſi ſtatuta die quis non ſoluerit,conſtituitur in mora.
l.magnam.C.de contrahenda & committen. ſtipula.vt di
ctum fuit ſuprà q.lxiiij. Conſueuit tamen regulariter de
ſtilo curiæ apponi in literis reſeruationis annuæ penſio-
nis,quòd dimidia ſoluatur in feſtiuitate beati Ioannis Ba-
ptiſtæ:de menſe Iunij,alia verò in natiuitate domini no-
1 ſtri.† Aut in literis non eſt appoſitum tempus ſolutionis:
& tunc dicendum videtur, quòd ſolutio fieri debeat in
fine anni,per gloſ.in l.defuncta.& ibi Dor. ff. de vſufruc.
doct.in l.diuortio.§.j.ff.ſol.matrim.gloſ.in l.quæro.§. in-
ter.ff.loc.& in l.ſi ædes.§. ſi quis cum, eod.tit. & ibi Bart.
& idem Bart.in l.ædem. C.loca.& Alexand. in l. qui hoc
anno.ff.de verb.oblig.& in l.diuortio.col.viij. verſic. Puto
tamen.ſolut.matrim.vbi allegat ad hoc text.in l. Iulia. §.
offerti.ff.de act.empt.Tamen in dicta l.diuortio. Alexan.
diſtinguit inter ſolutionem penſionis prædij ruſtici , &
prædij Vrbani:& ſimiliter Bald.ibidem, diſtinctionem fe-
cit,inter locationem operarum,& locationem rei:eos vi-
dere poteris:quia cum eorum dicta ſint extra materiam
noſtram penſionis eccleſiaſticæ,de qua tractamus, referre
2 non intendo.†Præmiſſam tamen concluſionẽ intellige nõ
procedere vbi eſſet cõſuetudo,quòd ſolutio penſionis fie-
ret certo tempore:quia tunc attendenda eſſet:quia cõſue
tudo ſemper actui tacitè ineſſe videtur:vt dixit Bald. in d.
l.diuortio.in princ.col.penult.verſi.in gloſ.in tres. allegat
3 text.in l.licet.& in l.excepto.C.loca.†Et idem voluit Bar.
in d.l.ædẽ.vbi dixit,quòd pẽſio domus ſolui debet in fine
anni,niſi ſit aliqua conſuetudo , quòd fiat ſolutio alio tẽ-
4 pore:tunc enim conſuetudinem attendendã dicit.† Prout
eſt in hac alma Venetiarum ciuitate,aliarum ciuitatũ Re-

Universidad de Deusto Biblioteca



gina, in qua extat cōſuetudo, quòd penſiones domorū in fine cuiuſlibet ſemeſtri ſoluantur pro dimidia: idē voluit Alex. in l. qui hoc anno. ff. de verbo. oblig. & idem l. ſi ſeruus. §. cum ſeruus. poſt Bartol. ibi. ff. de ſtipul. ſer. & ideò attenta generali conſuetudine, & ſtilo Romanæ curiæ, ꝙ dimidia eccleſiaſticæ penſionis ſoluatur in feſto natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ, de menſe Iunij, & altera dimidia ſoluatur in feſto Natiuitatis ſanctiſſimi domini noſtri Ieſu Chriſti: vbi in literis non eſt expreſſum tempus ſolutionis penſionis, cenſeatur tacitè actum inter partes, quòd ſolutio fiat iuxta conſuetum: per tex. in d. l. excepto. C. loca. Nunquam tamen vidi aliquas literas reſeruationis penſionis ſine tempore deſtinatæ ſolutionis. Adde quòd hanc quæſtionem examinat etiam Paul. de Roma, in tract. ſuo: de penſ. quem videre poteris.

## Clericus beneficiatus, an is dicatur qui ſolum habet penſionem ſupra fructibus beneficij.

### QVÆSTIO XCIIII.

1 *Clericus habens penſionem pro pulſando campanas, vel faciendo quid ſimile, beneficiatus non dicetur.*
2 *Penſio quando dicatur aſſignata loco beneficij.*
3 *Clericus beneficiatus in materia odioſa, non dicetur qui tantum penſionem habet.*
4 *Interpretatio ſtricta fit in odioſis.*
5 *Executor gratiæ apoſtolicæ, largo modo dicitur delegatus in materia fauorabili, ſecus in ſtricta.*
6 *Sententia priuatoria quorumcunque beneficiorum, penſiones non comprehendit.*
7 *Penſio includitur in priuatione beneficiorum facta ob hæreſim.*
8 *Clericus beneficiatus dicitur is, qui tantum penſionem habet in materia fauorabili clericis.*
9 *Clericus habens penſionem dicetur beneficiatus in materia conſtitutionis, Clem. ſeptimæ, conceſſæ dominis Venetis.*
10 *Habens regreſſum, dicitur habere ius ad beneficium.*
11 *Priuilegium clericale, eſt de iure diuino.*
12 *Clericus qui habet collationem beneficij, & bonum ius in eo, dicitur beneficiatus.*
13 *Impetrans tenetur facere mentionem de beneficio, quod habet etiam ſpe tantum.*

*Clericus*



14 *Clericus qui beneficio eſt ipſo iure priuatus, licet illud poſſideat beneficiatus non dicetur.*

NOnageſimoquartò quæro, an appellatione clerici beneficiati, veniat clericus qui nullum poſſidet eccleſiaſticum beneficium: habet tamen, & percipit annuam penſionem ſibi autoritate apoſtolica reſeruatā ſuper fructibus alicuius eccleſiaſtici beneficij, menſæ vel dignitatis. In hac quæſtione dicendum puto, quòd aut clericus habet penſionem intitulatam, conſuetam aſſignari in titulum beneficij clerico, de qua dixi ſuprà q. j. & quæſt. xxj. & xxviij. & habetur per doct. in ca. conquerente. de cler. non reſid. & iſto caſu talis clericus in quacunque materia dicetur clericus beneficiatus, cum talis pēſio dicatur propriè eccleſiaſticum beneficiū, vt habetur in locis ſuprà alleg. Aut clericus habet ſimplicem penſionem ſuper fructibus
1 beneficij ſibi reſeruatā. † Et tunc ſubdiſtinguendū puto,
quòd aut clericus habet penſionē ſibi reſeruatā, pro temporali ſeruitio impenſo vel impendendo, vtputa pro pulſando cāpanas, aperiēdo fores eccleſiæ, ſiue pro præſtando patrocinio: vel quia eſt maſſarius, caniparius, vel iconomus eccleſiæ, vel ex alia ſimili cauſā: & iſto caſu clericus, habens talem penſionē, beneficiatus nō dicetur: quia ſiue ſit aſſignata talis penſio clerico, ſiue laico, dicetur potius officiū quam beneficiū: vt in ca. poſſeſſiones. xvj. q. j. & in c. conſuetudinem. de conſuet. in vj. vbi glo. & not. Card. in clem. quia regulares. de ſupplen. neglig. prælat. in viij. q.
2 quinimo talis penſio erit potius mercedis loco. † Aut ſumus in penſione alicui clerico aſſignata ſuper fructibus beneficij, loco beneficij, vtputa, quādo reſeruatur clerico reſignāti beneficiū, ſuper fructibus beneficij reſignati, ne reſignās ex reſignatione ipſa nimiū diſpendiū patiatur, ſiue ex cauſa ceſſionis iuris, ꝙ quis in beneficio prętēdebat habere, ac extinctionis litis & cauſæ, vel ex quacūque alia
3 cauſa. † Et iſto etiam caſu ſubdiſtinguendū putarē, quòd
aut ſumus in materia odioſa, aut in fauorabili clericis. Primo caſu, exēpli gratia, ſi ſtatutū ſit, ꝙ clericus beneficiatus atrocius puniatur cōmittens delictum, quàm nō beneficiatus, puto dicendum, quòd appellatione clerici beneficiati, nō veniat clericus, qui ſolum habet penſionem,

Universidad de Deusto Biblioteca



Nam vt vidimus ſuprà q.xxviij.beneficij appellatione ſtri-
4 cto & propriè ſumpto vocabulo , non venit penſio.† In
odioſis enim fit ſtricta interpretatio.cap.odia reſtringi.de
reg.iur.in vj.c.ſtatutũ.de elect.in vj.l.quidam.ff.de libe.&
poſthu.imo in odioſis & pœnalibus , verba propriè intel-
ligi debẽt.l.cõſtitutionibus.ff.ad munic.l.iij.§.hæc verba.
ff.de neg.geſt.& habetur per doct.in c. in noſtra. de iure-
iur.& per doct.in l.quicquid aſtringendæ.ff. de verb.obli.
probatur etiã iſta concluſio,per text.in clem.ij.in §.j.iun-
cto.§.cæteri verò.& ibidem bona gl.in verbo,quodcũque,
de vita & hone.cler.vbi clericus cõtrauenniens illi conſti-
tutioni eſt ſuſpẽſus à perceptione fructuũ beneficij quod
obtinet per ſex menſes.Nec ibi appellatione beneficij ve-
nit penſio.& in §.cæteri.ſacerdotes nõ beneficiati vtentes
virgata veſte,dicit ibi tex.redduntur inhabiles, ad quod-
cunque beneficiũ eccleſiaſticum obtinendum.glo.verò in
dicto verbo quodcũque,dicit quod cõprehenditur pẽſio,
quæ in titulũ datur.Ergo que nõ datur in titulũ non com
5 prehenditur.† Facit ad hoc quia videmus quod licet exe-
cutor gratiæ apoſtolicæ largo modo dicatur delegatus:vt
habetur per doct.in c.ſi ſuper gratia.de offi.dele.in vj.vbi
gl.in verbo principalis:tamen ſecus eſt in materia ſtricta:
in qua delegati appellatione nõ venit executor. Ita dixit
Abb.in c.ſi quis cõtra clericum.col.iiij.de foro compe.&
per Felin.in c.ſuper quæſtionũ.col.penult.in verſic.capio
6 gloſ.de offi.dele.† Adde prædictis ea quæ dicit Re.pater.
D.Lud.Gomes,Rot.auditor,in cõmento regulæ Cancell.
de annal.poſſeſ.q.xx.vbi inquit quòd Rota tenuit ſenten
tiam priuatiuam beneficiorũ quorumcũque,comprehen
dere tantum penſiones , quæ dantur in titulũ : & ad præ-
dicta vide quæ latè dixi ſupra,in d.q.xxviij.in verſicu.erit
7 ergo.† Limita tamen cõcluſionem prædictam non proce-
dere in materia hæreſis : quia ſi in conſtitutione dicatur,
quòd clericus lapſus in hæreſim ſit priuatus beneficiis , ſi-
ue quod ad nullũ eccleſiaſticũ beneficiũ admittatur:eo ca
ſu erit etiã penſione priuatus,nec ad illa admittetur:quia
in odium hæretici,tali caſu verbum beneficium large ac-
cipitur:& ſic etiã penſionem cõprehẽdet, quæ largo mo-
dò beneficiũ dicitur:vt late dictum fuit in dicta. q. xxviij.
ſupra.& ad hoc eſt bonus tex.in c. quicunque.in §. hære-
tici



tici autem.iuncta gloſ.ibi,in verbo beneficium. de hæret.
in vj.& iſta interpretatio ſit fauore fidei , cuius negotium
admodum priuilegiatum exiſtit.ca.accuſatus.§.ſane cum
negotiũ.de hære.eo.lib.Hinc eſt quod fidei fauore cõtra
hæreticum,admittũtur in teſtes excommunicati,& parti-
cipes vel ſocij criminis.c.in fidei fauorẽ, de hæret. eo.lib.
Imò & admittuntur periuri.d.capi.accuſatus.§. licet verò.
8 † Si autẽ ſumus in materia,in qua iſta qualitas eſſe cleri-
cum beneficiatum , eſt fauorabilis clerico : & tunc dicen-
dum eſt,quòd ſicuti odia reſtringũtur,ita fauor ampliari
debet.vulgatus tex.in d.c.odia reſtringi.de regu.iur.in vj.
Et ideò tali caſu clericus habens penſionẽ ſuper fructibus
beneficij ſibi reſeruatam,non pro mercede vel temporali
ſeruitio , dicetur clericus beneficiatus , cùm largo modo
pẽſio beneficiũ dicatur:vt latè tradidi in d.q.xxviij.ſupra.
& habetur per docto.in ca.quamuis.el ij. de præbend.in
vj.& in c.ad audientiam.el ij. de reſcript.vbi per Feli.imò
largo modo penſio dici poteſt eccleſiaſticum beneficium.
vt dixi ſupra in d.q.xxviij.in verſi.ſecundò limita.Et præ-
dicta faciunt ad declarationem conſtitutionis , nuper à
ſanctiſſimo. D. N. Clemente.vij.emanatæ , ad inſtantiam
Sereniſſimi ducis,& domini Venetorum : quorum impe-
rium altiſſimus fœliciter ſecundet & augmentet: per quã
declarauit vt infra. Statuimus & ordinamus quòd decæ-
tero poſt trimeſtre à die publicationis præſentiũ compu-
tandum , tam coniugati , quàm alij dicti domini clerici,
etiam ad mino res ordines promoti,nõ beneficiati, nec in
ſacris ordinibus conſtituti cuiuſcunque dignitatis, ſtatus,
gradus,ordinis vel conditionis fuerint , priuilegio cleri-
cali,in criminalibus duntaxat gaudere nequeant.Sed tales
clericali charactere inſigniti , ac in minoribus ordinibus
conſtituti non beneficiati, & alij qui ætatis legitimæ , ad
ordines ſacros ſuſcipiendos , ſi ordinẽ ſacrum non ſuſce-
perint,delinquentes pro tempore per iudices ſeculares ca
pi inquiri,& iuxta eorum demerita omnibus pœnis qui-
bus meri laici delinquentes de iure puniri deberẽt liberè,
& licitè puniri poſſint: nec ſe ſub prætextu priuilegij cle-
ricalis tueri & defendere,& ad curiam eccleſiaſticam re-
9 currere valeant.† Sæpe interrogatus fui,an in iſta conſti-
tutione appellatione clerici non beneficiati,veniret cleri-

Universidad de Deusto Biblioteca

cus cui reſeruata fuit annua penſio ſuper fructibus alicu-
ius eccleſiaſtici beneficij: & reſpondi quòd non per ſupra
dicta: quibus adde pro confirmatione illius opinionis, ꝙ
clerico cui penſio reſeruatur, vt plurimũ datur in literis
reſeruationis penſionis regreſſus ad beneficiũ ob nõ ſolu-
10 tionem penſionis iuxta ſtilum curiæ.† Et propter huiuſ-
modi regreſſum dicitur habere ius ad beneficiũ, vt tradit
Aeneas de Falco. in tract. ſuo. de reſerua. in XI VII. effectu.
nume. 10. & 11. facit, quia dicta conſtitutio eſt exorbitans
à iure communi: reſtringit enim priuilegium fori clericis
de iure cõmuni indultum, ideò ſtrictè intelligi debet, vt
minus lædat ius cõmune quã fieri poſſit, per ea quæ tra-
dunt docto. in c. cauſam quæ. de reſcrip. vbi dicunt reſcri-
ptum principis eſſe intelligendum vt minus ledat ius com-
mune, quam fieri poſſit: imò ſecundum ius cõmune intel-
ligi & interpretari debet: vt not. in l. ex facto. in princ. vbi
Imol. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. & ibidem Alexand. facit
etiam: quia in exorbitantibus non fit extenſio, quæ à iure
communi. de regu. iur. in vj. & habetur per gloſſ. & doct.
in l. ſi conſtante. in prin. vbi Alexand. ff. ſolut. matri. Verba
ergo non beneficiatus, in dicta conſtitutione, intelligãtur
de clerico qui nõ habet aliquod beneficium, etiam eccle-
11 ſiaſticum penſionem.† Et maximè prædicta procedent in
caſu conſtitutionis prædictæ: quia priuilegium clericale
eſt clericis indultum de iure diuino. text. eſt in c. ſi impe-
rator. vbi gloſſ. in verbo, & diſcuti. xcvj. diſtinct. habetur
per Cald. in repet. c. perpẽdimus. de ſent. excommu. Idem
voluit præpoſitus in c. in illis. diſt. iiij. in fin. & Abb. in cap.
propoſuit. colum. iij. verſi. ex quo infertur. de conceſ. præ-
ben. & Card. in clem. j. q. j. de offi. ordin. Ideò vt minus læ-
datur ius commune in terminis conſtitutionis prædictæ,
12 clericus penſionem habens beneficiatus dicetur.† Quin-
imo dicebam etiã, quòd appellatione clerici beneficiati in
terminis prædictæ conſtitutionis veniret clericus, qui col-
lationem beneficij habet & bonum ius in eo, licet illud
non poſſideat: qui enim actionem habet, rem ipſam ha-
bere videtur. c. qui actionem. de regulis iur. in vj. & id ad
quod actionem habemus in bonis noſtris eſſe dicitur. l.
13 rem in bonis, ff. de acqui. rer. domi.† facit: quia impetrãs
tenetur facere mẽtionem de beneficio, ꝙ habet, non tan-
tum



tum re, ſed etiam ſpe: vt not. Card. in c. in noſtra. in ij. not.
de reſcript. & in cle. ij. q. vij. de offi. ordi. idem voluit Ioan.
Andr. in regula, ignorantia. de reg. iur. in vj. & ad hoc eſt
deciſio Rotæ. CCCCCLXXIII. incip. quidam Cardi. in anti-
quis vbi dixit expreſſe faciendam eſſe mentionem in im-
petratione beneficij de iure, quod quis habet in alio be-
neficio, licet illud non poſſideat: idem tenuit Milus in ſuo
14 aureo repertorio. in verbo, gratia. verſic. xiij.† Clericum
autem qui ætatis legitimæ aſſecutus fuerit beneficiũ cu-
ratum, niſi diſpenſationem haberet de non promonẽdo
ex aliqua iuſta cauſa, ſi ad ſacros ordines intra annũ pro-
motus non fuerit, dicebam quòd licet beneficium poſſi-
deret non eſſe beneficiatus: quia ipſo iure tali caſu eſt
beneficio priuatus, per text. in c. licet canon. in §. quod ſi
infra. de electio. in vj.

## Appellatio an admitti debeat in materia penſionis.

### QVÆSTIO XCV.

1 *Appellatio regulariter eſt permiſſa, niſi prohibita reperiatur.*
2 *Appellatio in dubio deſerta non præſumitur.*
3 *Appellatio non admittitur, quando penſio eſt reſeruata pro ali-
mentis.*
4 *Appellatio non admittitur in materia ſubſidij charitatiui, im-
poſiti per Epiſcopum pro eius alimentis.*
5 *Appellatio non admittitur in cauſa penſionis, quando executi-
ue proceditur.*
6 *Cauſa exprimi debet in appellatione, quando quis appellat in
caſu in quo appellatio eſt prohibita.*
7 *Appellatio eſt remedium oppreſſorum.*

NOnageſimoquintò quæro, An appellatio admitta-
1 tur in cauſa penſionis.† In iſta quæſtione, dicendum
videtur quòd appellatio admitti debeat, quia regulari-
ter eſt permiſſa, niſi prohibita reperiatur gl. in l. qui reſti-
tuere. ff. de rei vendi. eſt enim appellatio defenſio: defen-
ſio autem eſt de iure naturę. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & in
dubio appellatio eſt admittenda, vt per gloſ. & doctor. in
c. vt debitus. de appella. Angel. in l. quoniam iudices. C. de
appella. Card. in clem. j. q. ij. de dolo. & contum. Bald. in l.
2 properãdum. §. ſin autem. C. de iudi.† Et adeò fauorabilis
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt appellatio quòd in dubio deſerta non præſumitur, vt
voluit Paul. de Caſtro per illum text. in l. j. ff. ſi quis cau-
tio. & habetur per Decium in conſi. xxxiiii. in ij. col. in j.
volum. Quinimo de iure canonico appellatio eſt permiſ-
ſa à quolibet grauamine, licet ſecus ſit de iure ciuili. c. ſu-
per eo. vbi Decius col. ij. verſi. iij. nota. de appella. el. ij. Di-
ſtinguendum tamen puto in iſta quæſtione, quòd aut pē-
ſio fuit reſeruata clerico pro alimentis, aut pro ſeruitio
temporali, vtputa pro pulſando campanas, aperiendo fo-
res eccleſiæ, aut pro alio ſimili temporali officio, aut fuit
aſſignata alicui clerico, ex eo quia beneficium quòd ob-
tinebat, alteri renuntiauit: ſeu litigando ceſſit iuri liti &
3 cauſæ, vel alio modo. †Primo caſu quando ſcilicet penſio
fuit reſeruata pro alimentis & vitę ſuſtētatione, ſiue pro-
cedatur executiuè, ſiue alio modo appellatio non admit-
tetur: cauſa enim alimētorum appellationem nō recipit,
ſecūdum Spec. in tit. de appel. §. in quibus. verſi. Sed nun-
quid quando iudex. Bart. in l. mella. in princ. ff. de alim. &
cib. leg. & in l. ſi. circa prin. ff. de appel. Bal. in l. nemo. C. de
4 ſum. Trin. & fid. cathol. & ex prædictis †idem determinat
Bellenc. in tract. ſuo de ſubſid. charit. q. lv. in ſubſidio cha-
ritatiuo, impoſito per epiſcopum pro alimentorum ne-
ceſſitate, dicens quòd eo caſu appellatio non admittetur:
quod etiā in omni caſu eſſet dicendū in penſione, ſi indi-
ſtinctè teneremus opin. Roma. in conſi. ſuo cccxxxviii.
incip. in caſu propoſiti thematis: vbi indiſtinctè voluit pē-
ſionem cedere in cauſam alimentorum, de quo per Feli.
in c. ad audientiam. el. ij. de reſcrip. & dixi latè ſuprà q. xlv.
5 †Aut penſio nō fuit aſſignata. ex cauſa alimentorum: &
tunc ſi executiuè procedatur iuxta ſtilū in ſimilibus ſer-
uari ſolitum, puto appellationem admitti nō debere re-
gulariter niſi aliqua iuſta ſubſiſtente cauſa, quia ab exe-
cutione nō appellatur. l. ab executore. ff. de appel. cū ſimi.
Et ideo in materia pēſionis, regulariter nō datur cōmiſ-
ſio de ſtilo Curiæ, niſi ſine retardatione ſolutionis pēſio-
nis, vt dixi ſupra in pluribus quæſtionibus huius tracta-
tus: niſi in caſibus quos notaui ſuprà q. lxxxv. Verūtamen
ſi executor literarum reſeruationis penſionis in exequē-
do modum excederet, eo caſu appellatio admittenda eſ-
ſet: puto tamen quòd cauſa exprimi deberet in appella-
tione



tione: per ea quæ voluit Abb. poſt Butr. in c. quo ad con-
ſultationem. de re iudic. & ibi Fel. col. ix. in verſi. oportet
exprimere cauſam. & Bart. in d. l. ab executore. & ibi Bald.
6 †In quibus locis doct. cōcludūt, quòd vbi regulariter ap-
pellatio eſt prohibita, appellās cauſam exprimere debet:
licet aliqui contrarium teneāt, quorū opinionem & fun-
damenta refert Fel. in d. c. quo ad conſultationem. col. ix.
quem videre poteris. Aut agitur via ordinaria, vt quando
quis agit ſuper nullitate reſeruationis penſionis ſiue ſu-
per illius reductione vel ſuper ſpolio penſionis ſubtractę:
de quo dixi ſuprà q. xxxv. & q. xlvij. ſiue quado hæres pē-
ſionarij defuncti, petit penſiones decurſas nō ſolutas cō-
tra rectorem beneficij, de quo dixi ſuprà q. xlix. & iſtis ca-
ſibus appellatio admittenda eſſet, quia nulla ratio appel-
lari prohibet cum propterea non retardetur ſolutio pē-
7 ſionis in caſibus expreſſis in d. q. xxxv. & xlv. † Appellatio
enim regulariter eſt permiſſa, cum ſit remedium oppreſ-
ſorum. gl. & doct. in d. l. qui reſtituere. in verbo, reſtitue-
re. ff. de rei vendic. l. in minoribus. & ibi Bar. C. de appel.
Sozin. in conſi. cxcv. incip. circa verſi. ſed præmiſſis nō ob-
ſtantibus. & conſi. ccc. incip. in cauſa interpellationis. ver-
ſic. ſecundum eſt. in ij. vol. & per Spec. latè in tit. de appel.
§. poſtquam. in princ. verſi. Et quidem, vbi regulam ponit
quòd appellatio regulariter eſt permiſſa. faciunt dicta in
8 principio huius quæſtionis. † Vnū tamen notatu dignum
non omitto, quòd in caſibus in quibus in materia penſio-
nis non datur cauſæ commiſſio ſine illa clauſula, ſine re-
tardatione penſionis, debitor penſionis ad beneficium. c.
Odoardus. de ſolut. non admittitur. ita de ſtilo ſignaturæ
iuſtitiæ eſſe dicit Reuerend. pater Dominus Ludouicus
Gomes, in cōmento regulæ de non iudicando, iuxta for-
mam ſupplicationis. q. vlt. in vltima chart. nu 88.

## Penſio an dicatur odioſa vel fauorabilis.

### QVÆSTIO XCVI.

1 *Penſio quo ad certum eſt odioſa.*
2 *Onera incumbentia Rectori eccleſiæ, tria ſunt*
3 *Onera Epiſcopalia incumbentia rectori eccleſiæ quatuor ſunt.*

4 *Penſio*

Universidad de Deusto
Biblioteca



4 *Penſio aſſignata pro alimentis, etiam quo ad ſui ortum, eſt fa-*
*uorabilis.*
5 *Legatum alimentorum etiam factum diuiti, cenſetur in piam*
*cauſam factam.*
*Penſio iam in eſſe deducta, fauorabilis eſt.*
6 *Penſio eſt beneficium ſine ordinis obligatione.*
7 *Penſionarius fructus beneficij, ſine labore manducet.*
8 *Penſio eſt præmium ſine opere.*
9 *Penſio eſt merces ſine cuſtodia.*
10 *Iuriſdictio dum deducitur in eſſe eſt odioſa: in eſſe deducta eſt fa-*
*uorabilis.*

NOnageſimoſextò quæro: vtrũ penſio dicatur odio-
ſa vel fauorabilis. Iſtam quæſtionem intellige in
pẽſione aſſignata clerico ſuper fructibus alicuius eccle-
ſiaſtici beneficij, menſæ, vel dignitatis: non tamen in ſti-
pendium. Circa quam diſtinguẽdum puto, quòd aut cõ-
ſideramus penſionis ortum, & quando in eſſe deducitur:
Aut cõſideramus penſionẽ jam in eſſe deductam, & cle-
1 rico reſeruatã. † Primo caſu dicendũ erit penſionem eſſe
odioſam, eſt enim illius ortus cõtra regularẽ iuris diſpo-
ſitionem, cũ ex illa detur ſciſſio in beneficiis, quod vtique eſt
de iure cõmuni reprobatũ. c. cum cauſam. c. verum. & c.
maioribus. de præb. c. vnico. vt eccl. benefic. ſine dimi. cõ-
feran. Nil etenim aliud eſt penſio, quam certa portio ex
beneficio ad tempus ſeparata, à quo depẽdet ſicuti vſuſ-
fructus à proprietate: de quo late dixi ſupra q. j. Et impo-
nere penſionẽ beneficio, eſt illi ſeruitutẽ iniungere, cũ ſit
quædam ſeruitus pẽſio ipſa, vt dixit Caccialup. in tractat.
ſuo de pẽſ. q. viij. & Paul. de Roma. in tract. ſuo de penſ. in
viij. & vlti. quæſito. num. 22. vbi dixit, quòd penſio eſt pla-
ga fœtida ex percuſſione nerui eccleſiaſticæ diſciplinæ ſi-
militudinariè inflicta. Ad idem Gomes. in cõmento regu
læ cãcel. de infirmis reſignan. q. xvj. vbi dixit penſionis im-
poſitionem eſſe odioſam, quia eſt contra charitatem: nam
qui non ſeruit altari, de altari viuere nõ debet. c. charita-
tem. & c. eccleſiaſticis. vij. q. ij. & cõtra apoſtoli ſententiam
dicentis: qui non laborat non manducet. c. clerici. j. q. ij.
2 † Confirmantur prædicta, quia multoties accidit, quòd
detracta penſione non remanet tantum rectori eccleſiæ
grauatæ



grauatæ illius onere, quod poſſit onera, ad quæ de iure tene-
tur, perſoluere: quæ tria ſunt. Primùm quòd hoſpitalita-
3 tem ſeruet. c. j. xlij. diſt. c. florentinum. lxxxv. † Secundùm
eſt, quòd ſoluat onera epiſcopalia, quæ quatuor ſunt, vt
per Card. in cle. j. de cenſi. q. xij. videlicet viſitatio, corre-
ctio, procuratio & ſolutio cathedratici, quæ omnia dicit
eſſe impræſcriptibilia, & cõtineri ſub epiſcopali imperio
mero, nec ea poſſe epiſcopum tacitè vel expreſſe abdicã-
re: allegat tex. in l. legatus. ff. de offi. præſi. & l. ius agnatio-
nis. ff. de pact. & Hoſt. in ſumma de offic. ordi. in. §. quid
pertinet. tertium eſt quòd poſſit cõgruam ſuſtentationẽ
ex fructibus beneficij habere. xxj. q. j. c. j. & c. is cui. de præ-
ben. in vj. c. j. de inſti. c. ſicut nobis. de ſuppl. negl. prælat. c.
cum adeò. de reſcript. c. conquerente. de cler. non reſidẽt.
c. extirpandæ. de præb. accedat quod propter tenuitatẽ red-
dituum, qui remanẽt rectori beneficij ſoluta penſione, ſæ-
penumero diuinus cultus in eccleſia nõ ſolum minuitur,
ſed cõtemnitur, vt experiẽtia, quæ eſt rerũ magiſtra, nos
4 edocet. c. quã ſit. de elec. in vj. † Erit ergo ex prædictis cõ-
cluſio, quòd pẽſio cũ in eſſe deducitur, dicetur eſſe odio-
ſa; iſta tamen cõcluſio limitãda erit, vt nõ procedat, quã-
do penſio reſeruaretur clerico pro alimẽtis. Nam tali ca-
ſu eſſet fauorabilis, etiã cõſiderato ipſius ortu: nã dicere-
tur tũc pẽſio aſſignari in piã cauſam. Aequiparãtur enim
iſtæ gratiæ papales diſpoſitionibus teſtatorũ. vt eſt text. in
c. quia in cunctis. de conceſ. præb. c. ſi pluribus. de præb. in
vj. Legatum autem alimentorum, cẽſetur in piã cauſam
factũ, etiam ſi fiat diuiti, vt habetur per doct. in l. ſi certis
annis. vbi Alcia. C. de pact. allegat gl. in l. ſi quis titio. ff. de
lega. ij. Ergo idẽ erit in reſeruatione pẽſionis pro alimẽ-
5 tis facta, quia pia dicetur cauſa, & ſic fauorabilis. † Secun-
dò verò caſu videlicet in penſione in eſſe iam deducta &
reſeruata clerico ſuper fructibus beneficij ex cauſa renũ-
tiationis, vel ceſſionis iuris, & extinctionis litis & cauſæ,
vel ex eo quòd Papa voluit prouidere clerico, vt cõmo-
dius ſuſtentari valeat: & iſto caſu puto reſeruatã penſio-
nem eſſe fauorabilẽ, quod ex multis cõprobari poteſt. Et
primò, quia videmus quòd ad exactionẽ penſionis, cõtra
debitorem nõ ſoluẽtem proceditur executiuè nullis ſer-
uatis terminis: niſi monito debitore quod ſoluat vel doceat
de

Universidad de Deusto
Biblioteca



de ſolutione,vt dixi ſuprà q.lxxj. Secundò quia per quan-
cunque litis pendẽtiam, vel ſuper nullitate & inualiditate
reſeruationis penſionis,vel ſuper illius reductione ad con
uenientem ſummam : vel aliter,regulariter nunquam re-
tardatur ſolutio penſionis, nec datur cõmiſſio cauſæ per
ſignaturam iuſtitiæ,niſi cum clauſula ſine retardatione ſo
lutionis penſionis, vt etiam dixi ſuprà q.xxxv.in fi. & tra-
ditur per Staphileum Rotæ auditorem, in tract. ſuo, de
literis iuſtitiæ.fol.153.verſ.quando verò vtraque.veruntа-
men & quibuſdam caſibus etiam in materia penſionis da
tur commiſſio ſine dicta clauſula. quos caſus enumeraui
ſuprà q.lxxxv.Tertiò facit,quia videmus,quòd in iſta ma-
teria penſionis regulariter appellatio non admittitur , de
quo dixi in proxima præcedenti queſtione.Quartò facit,
quia videmus quòd penſionarius officium dicere non te-
netur:& tamen beneficij fructus in ſuos vſus & vtilitatem
conuertit , vt dixi ſuprà q.xxx. Quintò penſionarium ad
reſidentiam non teneri declaratum eſt ſuprà q.xxxj.Sextò
quia penſio multa habet priuilegia quæ enumerat Paulus
de Roma in d.tracta.ſuo, de penſ.in vij.quæſito.in verſic.
6 Redeundo ergo ad principale.num.7. † Primum priuile-
gium dicit eſſe quòd penſio eſt beneficium ſine ordinis
obligatione:quia clerico aſſignata,non obligatur clericus
ad aliquorum ſacrorum ordinũ ſuſceptionem.iuxta not.
in c.ex eo.de elect. in vj.tu dicas quod hoc non eſt priui-
legium penſionis:quia videmus, quòd etiam clericus ob-
tinens beneficium eccleſiaſticum ſine cura non tenetur
promoueri ad ſacros ordines : vt not.in c.licet canon. de
elect.in vj.& in c.ſi eo tempore, de reſcript.eo. lib. & ta-
men maior eſt ratio in habẽte beneficium ſine cura, quã
in pẽſionario,cum penſio proprie non ſit beneficium ec-
cleſiaſticum , vt vidimus ſupra q.j.& q. xxviij. Secundum
priuilegium dicit eſſe, quod in penſione , gratia indebi-
tum reputatur : contra illud apoſtoli ad Roman. iiij. di-
centis , quòd ei cui merces operatur ſecundum gratiam,
non imputabitur,ſed ſecundum debitum.† Tertium pri-
7 uilegium eſſe aſſerit , quia penſionarius fructus beneficij
ſine labore manducat contra ſententiam apoſtoli dicen-
tis : qui non laborat non manducet. c. clerici.j.quæſti.ij.
Quartum priuilegium dicit eſſe:quia penſionarius fran-
git



git iuſtitiæ æqualitatem illud ſcilicet ius ſuum vnicuique
tribuens.inſtitu.de iuſti.& iure. §. iuris precepta.honores
etenim & commoda diuidi debent , ſecundum qualita-
tes laborum.c.ius militare.j.diſtinctio. Penſionarius autẽ
nullos facit labores,cum ad aliquid faciendum non obli-
8 getur. † Quintum priuilegium adducit quòd penſio eſt
præmium ſine opere:quia qui non ſeruit altari,non debet
de altari viuere,nec præmium conſequi.c. charitatem. &
c.eccleſiaſticis.xij. q.ij.hinc eſt , quod os bouis triturantis
alligari non debet.c.extirpandæ.de præben.Sextum priui-
legium atteſtatur eſſe quod penſio ſit ſeges ſine vomere
& aratro,& meſſis ſine ſemine , quia penſionarius metit,
vbi non ſeminauit , & congregat vbi non ſparſit. Lucæ c.
xix.Matthæi c.xxv. & in penſione verificatur illud ioan.
c.iiij. ego miſi vos metere,quod non ſeminaſtis,& alij la-
9 borauerunt,& vos in labores eorum introiuiſtis. † Septi-
mum adducit quia penſio eſt merces ſine cuſtodia,ad quã
paſtor de iure tenetur.c.quamuis.de re iudic. Cle.j.de de
ci.l.qui mercedem.ff.locat.penſionarius enim, ad reſiden-
tiam non tenetur,vt ſupra dixi. Octauum priuilegium eſ-
ſe aſſerit,quia penſio eſt beneficium , ſine onere,penſiona-
rius enim non obligatur ad tria illa onera, ad quæ de iure
tenentur eccleſiarum rectores:de quibus quidẽ oneribus
dixi ſupra. Subdens dictus Paulus quòd dicere poſſumus,
quòd penſio eſt medulla tritici , & adeps frumenti , Buti-
rum de armento, & lac de ouibus meraciſſimus ſanguis
vuæ,mel de petra,& oleũ de duriſſimo ſaxo , videlicet de
patrimonio Chriſti.Et quod penſio reſeruata alicui cleri-
co dicatur eſſe fauorabilis,patet:quia vt plurimum reſer-
uatur pro ſuſtentatione,& eam cauſam alimentorum ſa-
pere tenuit Roma.in conſil.ſuo CCCLXXXVIII. incip.
in caſu propoſiti thematis : vbi latius hæc proſequitur,
& eum refert Felin.in c.ad audientiam.el ij.de reſcrip.cu-
ius opinionem videtur ſequi curia Romana, quæ multum
fauet exactioni penſionis,vt de ſe patet:& ideo de ſtilo ap-
ponitur in literis reſeruationis penſionis : quod ceſſans
illam ſoluere per tempus in illis appoſitum ſit beneficio
ipſo priuatus.facit etiam ad prædicta , quæ dixi ſuprà ij.
10 lxij.lxxj.& q.xcij. † Adde prædictis quod non eſt inconue
niens,quòd aliquid quãdo ineſſe deducitur,dicatur odio-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſum,ſed ineſſe deductũ,dicatur fauorabile:videmus enim quòd iuriſdictio dum ineſſe deducitur, eſt odioſa:ſed poſtquam eſt ineſſe deducta,eſt fauorabilis, vt voluit Abb.in c.j.cl.vij.verſ.quo ad primum.de iudi.

## Regula Cancellariæ de triennali poſſeſſore, an locum habeat in penſione.

### QVÆSTIO XCVII.

1 *Dictio quodcunque,importat omnimodam generalitatem.*
2 *Verbum quoſcunque comprehendit etiam eos,qui veniunt ex impropria ſignificatione.*
3 *Statum ſi dat fa ultatem alicui cognoſcendi de quibuſcunque cauſis,nulla cenſetur excepta.*
4 *Fideiuſſor ſi promiſit præſentare principalem quandocunque, intelligitur etiam poſt ſententiam.*
5 *Geminatio verborum , maiorem vim & expreſſionem habet.*
6 *Geminatio reſcripti habet vim motus proprij.*
7 *Geminatio reſcripti,vim habet clauſulæ ex certa ſcientia.*
8 *Geminatio reſcripti,vim habet clauſulæ,non obſtante.*
9 *Geminata verba enuntiatiua idem operantur,ac ſi eſſent diſpoſitiua.*
10 *Sententia priuatiua quorumcunque beneficiorum , cõprehendet tantum penſiones quæ dantur in titulum.*
11 *Verba intelligi debent,vt aliquid operentur ſecundum naturam actus.*

NOnageſimoſeptimò quæro, ſtatutum eſt per regulam Cancellariæ apoſtolicæ , quòd ſi quis quæcunque Eccleſiaſtica beneficia qualiacunque ſint per triennium pacificè poſſederit,moleſtari nequeat ſuper eiſdem: an dicta regula defendat clericum qui pacificè per triennium poſſedit penſionem ſibi autoritate apoſtolica reſeruatam ſuper fructibus beneficij , qui fuit in poſſeſſione vel quaſi, illam exigendi à rectore beneficij grauati illius onere. & videtur prima facie dicendum quod ſic: quia licet regulariter appellatione beneficij eccleſiaſtici non veniat penſio : vt per Caecilaup.in tract. ſuo de penſ. q.xxx.& vlt. & dixi ſuprà q. xxviij. Tamen vbi apponuntur illa verba,& illud quodcũque beneficiũ , comprehenditur penſio,vt voluit Caccialup.loco proximè allegato. & Feli.



&Felin.in c.poſtulaſti.col. x. verſ. iiij. concluſio. de reſcr.
allegat ad hoc gloſ.in Clem.ij.in §. dignitatem verò.in fi.
1 in verbo quodcũque.de vit.& honeſt . clericorũ. † Dictio
enim quodcunque,importat omnimodã generalitaté.tex.
eſt in c.ſolitæ benignitatis.de maior. & obed. vbi Abb. in
vlt.not.facit,quia dictum verbũ quodcunque,videtur cõ-
prehendere omnia beneficia eccleſiaſtica, etiam quæ im-
propriè veniunt appellatione beneficij eccleſiaſtici : vt eſt
põſio.per ea quæ voluit Curt.iunior,in cõſ. ſuo XLVIII.
incip.præſupponitur in facto.col.j.in j.vol.& idẽ , in con-
2 ſil.j.col.j.num.4.in eod.vol.†Vbi dixit quòd natura verbi
quoſcunque eſt comprehendere omnes, etiam qui veniũt
ſecundum impropriam ſignificationem,& qui aliàs ex na-
tura actus non venirent,per ea quæ not.Bald.in l.j.xxxiiij.
q.ff.de rer.diuiſ.vbi dixit,quòd feudum acceptum pro ſe,
& hæredibus quibuſcunque,tranſit etiã ad extraneos hæ
redes.facit text. in Clem.j.de iudic.vbi verbum quibuſcũ-
que,comprehendit clericos,& laicos.Conferunt ad prædi
cta quæ dixi ſuprà q.xxviij.in verſ. erit ergo conclu. & q.
3 xix.†Facit quod voluit domi.in c.decet.in princ.col.iij.de
immu.eccleſi.in ſexto.vbi dixit,quòd quando lex vel ſta-
tutum dat alicui facultatem cognoſcendi de quibuſcũque
cauſis,tunc nulla cenſetur excepta & excluſa. † Ad idem
4 facit,quod voluit Ange.in l.quod ſi nolit. §. ſi quis ita. ff.
de ædili.edict.vbi dixit,quòd ſi fideiuſſor promiſit præſen
tare principalem,quãdocunque,intelligitur etiã poſt ſen-
tentiam : licet ſecus eſſet ſi ſimpliciter illum præſentare
promiſiſſet.l.Græcè.§.poſt litem.ff.de fideiuſ. Corrobora
tur fortius iſta opinio ex eo,quòd in d.regula ſũt gemina
ta verba,quorũ vnũ quodque de per ſe, denotat omnimo
dam generalitatem,dicitur enim in ea , ſi quis quæcũque
5 eccleſiaſtica beneficia qualiacunque ſint.† Iſta enim gemi
natio verborum generalium maiorem vim , & expreſſio
nem habent,& denotant:vt not.per Bart.in l.cum ſcimus.
C.de agricol.& cenſit.lib.xj.& per Roma.in l.ſi verò. §. de
viro. in xxxj. fallen. ff. ſolut.matr. & Decium , in conſil.
6 CCCXV.incip.ſuperioribus.col.ij.in ij.volu.† Et adeò ma-
gna eſt vis geminationis , quòd licet aliàs motus proprius
non præſumatur niſi ſit expreſſus.tamen geminatio reſcri
pti vim habet motus proprij,vt dixit Bald.in l.nec damno

Universidad de Deusto Biblioteca

ſa.C.de precib.imperat.offeren.cuius dictum extollit Ro-
ma.in d.l.de viro.§.ſi vero.in prædicta xxxj.fallent. Alex.
in l.iij.ff.quod quiſque iur. Præpoſit.in c.per tuas. in iiij.
col.de dunr.Felin.in c.ſi quando.col.fin. in verſ.Gemina-
tio reſcript.de reſcrip. & habetur per inſigné doctorem
dominum,& præceptorum meum. D. Gulielmum Ponta-
7 num perusinum.in l.eum filio.nu. 61. delegat.j.ff.†Quin-
imo, & reſcripti geminatio vim habet clauſulæ ex certa
ſcientia.gloſ.in c.j.in verbo noſcatur. ibi in reſcripto etiā
dicimus.de conſtit.in vj.gloſ. j.in c.reſcripta.xxv. q. ij. &
probatur per text.cum gloſ.in c.ſi quando. de reſcript. &
8 ibi per Felin.col.vlt.verſ. Geminationes ſcripti.†Et etiam
reſcripti geminatio vim habet clauſulæ non obſtante: vt
per D.Ant.de butr.in c.quæ in eccleſiarū.col.pen. in verſ.
quandoque eſt dubium.de conſtit.& idem in c.j.col.iiij.in
verſ.ſaluari poteſt dictum legiſtarum. de reſcript. & per
Feli.in d.c.ſi quando.& licet confeſſio facta abſente par-
te,non probet.text.eſt in l.ſi certum.§.ſi quis abſente.ff.de
confeſ.gloſ.in c.ſi.extra de confeſ. & in l.vnica. C.de con-
feſ.Illud tamen fallit,quando confeſſio eſt geminata.text.
eſt vbi Bar.in d.l.cum ſcimus.C.de agricol. & cenſi.lib.xj.
& tradit Gozadi.conſi.ſuo LXXIX. incip.viſo proceſ-
9 ſu.col.vlt.nu.10.†Et geminata verba enuntiatiua idē ope-
rantur,ac ſi eſſent verba diſpoſitiua: vt dixit Ab.in c.cum
dilectus.in ſi.de ſucceſ.ab inteſt.& in repeti.c. per tuas. de
arbitr.& eſt caſus ſingularis in l. j. C. de plus pet.accedat
quòd geminatio verborū,magis explicitam teſtatoris vo-
luntatem oſtendit. vt not. in l.Baliſta. ff. ad Trebel.& ha-
betur per Decium. conſil. CCCCCLXXXII. incip.pro
fundamento.& cōſi.CCCCCLXXXIIII. incip.viſa pro-
hibitione.col.ij.nu.7.in iij.volu.Et de iſta materia gemina
torum verborum,vide latius per Ant.Corſetum. in tract.
ſuo,de verbis geminatis.Iſtis tamen non obſtatibus, con-
trariā partem puto de iure veriorē,quòd imo dicta regu-
la non defendat penſionarium,licet fuerit in pacifica poſ-
ſeſſione,vel quaſi percipiendi annuam penſioné per trié-
nium.Nam regula prædicta, ſemetipſam declarat in illis
verbis ex apoſtolica vel ordinaria collatione aut electio-
ne.Nam loquitur de beneficiis collatiuis,electiuis,& ſimi-
libus:conſtat autem quòd penſio non eſt titulus beneficij,
nec



nec confertur nec ad illam eligitur aut præſentatur quis,
imo morte penſionarij extinguitur in totum,& finitur,ſi-
cuti vſufructus morte vſufructuarij.§.finitur.inſti.de vſufr.
& dixi ſupra q.j. & tradit Hieronymus Paulus, in libello
ſuo quem aliqui vocant practicam Cancellariæ. fol.48. &
de quo dixi etiā ſuprà q.xij.Cū igitur verba dictæ regulæ
non conueniant penſioni:ergo nec diſpoſitio illius locum
habebit in penſione.l.quarta.§.quoties.vbi Bar.ff.de dam.
infec.l.ita autem.in princ.ff.de admi.tuto.vbi Bart.in c.in-
demnitatibus.§.pen.de elect.in vj.l.hoc accuſare.§.omni
bus accuſatoribus.Nec obſtat quod dicebatur, quod ſub
illo verbo quodcunque beneficium. comprehendere-
tur penſio per glo.in d.cle. ij. in verbo quodcunque. de
vita & honeſt.cleri.quia reſpondetur, quòd illa gloſ. hæc
non dicit, ſolum enim loquitur de penſione, quæ in ti-
tulum datur non autem de ſimplici penſione aſſignata
10 clerico ſuper fructibus beneficij,de qua loquimur.†Qui-
nimo ſententia priuatiua beneficiorum comprehen-
dit tantùm penſiones, quæ in titulum datur: ita re-
fert Gomes Rotæ auditor tenuiſſe Rotam in commen-
to regulæ Cancel.de annali poſſeſſore. q.xxj. Ad illud ve-
rò quod dicebatur,quòd illud verbum quodcunque,com-
prehendit etiam illud quod ſecundum impropria ſignifi-
tionem vocabuli venit,reſpōdetur quòd procedit quando
ſubiecta materia id patitur: ſecus vbi repugnat. Nam
eo caſu generalitas recipit reſtrictionem de habilitate.
facit text.in l.vt gradatim.& ibi no. ff.de muner.& honor.
11 & eſt glo.in §.ſed hæc ſolennia. inſti. de verb. obli. †Fa-
cit quia licet aliàs verba intelligi debeant vt aliquid o-
perentur,tamen operari non debent, niſi ſecundum na-
turam actus de quo agitur,vt not.Bal.in rub. C. de cōtr.
empt.in ix.q.& habetur per Alex cōſi.xxj. inci. viſo com-
promiſſo.col.iij.lib.v. & per Deciū cōſ. CCCCLXXIII.
incip.quæritur in effectu.col.vlt. verſ.& licet verba. in iij.
volu.An autē dicta regula defendat Rectorē beneficij,qui
per trienniū penſionem non ſoluit.Gomes auditor.Rot.in
cōmento regulæ prædictæ mouet hāc quæſtionē, & deter
minat quòd non,in q.l.Quid autem ſit de regula Cancella
riæ de annali poſſeſſore,an locum habeat in penſione im-
poſita ſuper fructibus beneficij per annum poſſeſſio idem

Universidad de Deusto
Biblioteca



Gomes in commento regulæ prædictæ. q.xxj. determinat quòd non. vide vtrobique per eum.

## Pẽſio an ſolui debeat iuxta valorem ducati auri de camera currentem tempore reſeruationis, vel tempore ſolutionis fiendæ.

QVAESTIO XCVIII.

1 *Decima ſolui debet conſiderato valore monetæ tempore ſolutionis.*
2 *Solutio quæ fieri debet ex lege vel ſtatuto, debet fieri ex moneta & valore currenti tempore ſolutionis.*
3 *Statutum & reſcriptum, æquiparantur.*
4 *Pecunia quando ex vltima voluntate debetur, fieri debet ſolutio iuxta valorem monetæ currentis tempore ſolutionis.*
5 *Quid dicendum ſit in contractibus, & ſententiis.*
6 *Debitor penſionis, an pẽſionem ſoluere debeat in ducatis auri de camera, vel in moneta currente.*
7 *Penſio reſeruata in ducatis auri, in auro de camera, non poteſt ſolui in moneta.*

NOnageſimooctauo quæro. Iam pluribus annis fuit reſeruata penſio annua ducatorum x x x. auri de camera Titio clerico, ſuper fructibus alicuius beneficij, & tunc temporis ducatus auri de camera valebat minus quam nunc valeat: quæritur an ſolutio penſionis fieri debeat in moneta habito reſpectu ad valorẽ ducati auri de camera, tempore reſeruationis penſionis currente, ſiue habito reſpectu ad valorẽ currentem tempore ſolutionis fiendæ. Iſta quæſtio eſt frequens, & de ea pluries fuimus interrogati propter valorem ducati auri de camera, qui multum excreuit, non pondere, ſed valore monetæ currẽtis: quæ videtur decidi poſſe per tex. in c. olim cauſam. de cẽſi. vbi dicitur quòd ſinodaticũ epiſcopo ſolui debet de moneta antiqua, quæ currebat tempore conſtitutionis, vel ſaltem ſolui debet æſtimatio antiquæ monetæ. Sic dicẽdũ videtur in caſu noſtro: vel dari & ſolui debere tot aurei de camera eiuſdem qualitatis, vt eſſent tẽpore reſeruationis penſionis: vel ſolui debere in moneta, æſtimatio, & valor ducati de camera currens tempore ſolutionis fiendæ.

†Idem



1 † Idem in decima quòd ſolui debeat alterato valore monetæ, non ſecundum tempus quo impoſita fuit. Sed conſiderato valore monetæ tempore ſolutionis fiendæ, vt concludit Pau. de Liazar. in cle. ij beneficiorũ. de decim. vbi ad partes arguit, quem ſequitur ibidem Petr. de Ancha. & licet Cardi. ibidem in xiij. q. & etiam Ioan. de Imol. dictam concluſionem in decima non firmant: tamen illam tenuit Io. And. ibi in ſua glo. ſuper verbo currentem. hanc etiam concluſionẽ in decima tenet Bellenci. in trac. ſuo de charita. ſubſid. q. lxxxvij. pro qua adducit,
2 † quòd quando ſolutio debet fieri ex lege vel ſtatuto ſuperioris: moneta currens tempore legis vel ſtatuti conditi, nõ debet cõſiderari ſed ea quæ currit tempore ſolutionis fiẽdæ: allegat Spec. in titu. de oblig. & ſolu. §. nunc aliqua. ad fi. in verſic. pone in ſtatuto. qui id tenet per. l. pen. C. qui admit. & l. ij. C. de cõlli. pecu. quẽ Butr. refert & ſequitur in c. quãto. de iureiur. Bald. in l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. & latius Roman. in conſil. ſuo c x x i i i. incip. circa primum dubium, vbi dixit idem dicendum eſſe in pecunia quæ debetur ex reſcripto vel ſuperioris præcepto, in qua attendi non debet tempus reſcripti vel præcepti, quo ad monetã tunc currentem, ſed tempus ſolutionis fiendæ.
3 † Statutum enim & reſcriptum æquiparantur, vt no. Inn. in cauſam c. quæ. de reſcrip. & videtur ſentire glo. in l. ſi procuratorẽ. §. Si ignorantes. in verſi. Igitur. ff. mand. Quando autem ex ſtatuto debetur pecunia, vt ſupra dictum eſt, attenditur tempus
4 ſolutionis, ergo idem erit quando ex reſcripto. † Et idem dicendum eſt ſecundum Rom. in d. ſuo conſi. quando pecunia debetur ex vltima voluntate, nam etiam tunc fieri debet ſolutio conſiderato valore, & curſu monetæ currentis tempore ſolutionis fiendæ, nõ autem tempore conditi teſtamenti: pro quo dicit eſſe caſum multum notabilem, in l. cum certum. in verſic. pretium præſentis tẽporis. ff. de aur. & argen. leg. Contrarium tamen in teſtamento videtur ſenſiſſe Oldra. in conſi. ſuo x x x i. incipien. thema tale eſt, quidam. vbi dicit quòd ſi quis reliquit in ſuo teſtamento libras ducentum alicui, & poſtmodum vixerit annis decem, & altera eſt moneta, quòd ſolutio fiet de moneta vſuali, quæ currebat tempore conditi teſtamenti. & Oldr. ſequitur Abb. in c. olim cauſam. prope finẽ, de cenſi.

Universidad de Deusto Biblioteca



Iſtam tamen opinionem Oldra. reprobat Roma. in dicto
conſil. & reſpondet ad omnia adducta per Oldra. dicens
5 quòd eius intentionem non probant.† Quid autẽ dicen-
dum ſit in contractibus, & ſententiis, cum non ſit præſen-
tis ſpeculationis, non pono, videre poteris Old. in d. conſi.
XXXI. Cyn. & alios in l. in minorum. C. in quib. cau. in
integrum reſtitu. non eſt neceſ. ſpec. in d. §. nunc aliqua. &
ibidem Ioan. Andr. in addi. Bartol. in l. Pau. ff. de ſolu. & in
l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Bald. in l. ſi quis argentum. C. de
donat. & in l. acceptum. C. de vſur. & in l. quicunque. col.
vltim. C. de ſeru. fugi. Butr. & alios in d. c. quanto. de iure-
iuran. text. & gloſ. in c. olim. & in ca. cum canon. de conſu.
Oldra. conſil. XIII. conſil. XXXVIII. conſil. CLXVIII. &
conſi. CCI. Alberi. in tract. ſuo ſtat. in j. parte. q. cxlij. Imo.
poſt Bartol. in l. penul. §. mancipia. ff. ſolu. matr. Doct. in d.
clem. ſi beneficiorum, de decim. & latiſſimè per Albert.
Brunũ. in trac. ſuo de augmẽto, in vltima cõcluſione prin-
cipali: ad quem recurras in iſta materia, tanquam ad fon-
tem, ſi cupis materiam augmenti monetarum copioſè &
radicitus videre, erit ergo concluſio in caſu q. noſtræ, q
ſolutio penſionis fieri debeat, habito reſpectu ad valo-
rem ducati auri de camera currẽtem tempore ſolutionis
fiendæ. Quid autem dicendum ſit quando debitor pẽſio-
nis fuit in mora non ſoluendo tempore deſtinatę ſolutio-
nis, & poſtmodum creuit valor ducati auri de camera vi-
6 de per dictum Alber. Brun. loco præallegato.† An autem
debitor penſionis teneatur ſoluere in ducatis auri de ca-
mera, vel in moneta currente. Rota in quadam cauſa Hi-
ſpana, decidit quòd ſolutio penſionis quæ fit in partibus,
fieri poſſit in moneta currente, dummodo tantum valeat
Ita dicit D. Ludouicus Gomes, Epiſcopus Sarnen. & audi-
tor Rotæ, in commento regu. Cancel. de valore exprimen.
q. viij. ſubdit tamen quòd in curia fit talis ſolutio in du-
7 catis auri de camera.† Vnum tamen non omitto, quòd ſi
in literis reſeruationis penſionis eſſet expreſſum quod ſo-
lutio penſionis fieret in ducatis auri, in auro de camera
ſiue in ducatis auri, in auro largis, tunc debitor penſio-
nis non cogi poſſet ad ſoluendum æſtimationem dicto-
rum ducatorum in moneta currente. Nec ipſe ſoluere
poſſet in moneta, vt concludunt docto. maximè Marti-

nus



nus de Laud. in tracta. ſuo, de monet. Alber. in d. tract. de augmento in d. q. vltim. col. viij. & Curt. in l. cum quid. ff. ſi certum peta.

## Tranſlatio penſionis de vno in alium, an fieri poſsit data pecunia transferenti pro tranſlatione ab eo obtinenda.

### QVÆSTIO XCIX.

1 *Decima ſoluitur ita de penſione, ſicuti de beneficio.*
2 *Illegitimus penſionis non eſt capax, ſine diſpenſatione.*
3 *Cauſa penſionis eccleſiaſtica.*
4 *Extinctio penſionis eſt fauorabilis.*
5 *Regreſſum habens ad beneficium dicitur ius ad illud habere.*
6 *Simonia quid ſit.*
7 *Penſio non eſt quid ſpirituale, nec ſpiritualitati annexum.*
8 *Penſio vti debitum pecuniarium poteſt remitti in totum vel pro parte, ſimpliciter vel ad tempus.*
9 *Penſio redimi poteſt per rectorem beneficij grauati illius onere.*
10 *Penſio contractibus profanis æquiparatur.*
11 *Illegitimus non eſt capax feudi, ſiue emphiteuſis eccleſiaſticę.*
12 *Ingreſſus religionem, facta profeſſione, pro mortuo habetur.*
13 *Cauſa penſionis quare agitari nõ poſsit coram ſeculari iudice.*
14 *Cauſa priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis, eſt profana.*
15 *In extinctione penſionis, magis verſari poteſt animæ periculum, cùm ſit per pecuniam, quàm in tranſlatione.*
16 *Ius patronatus quare in alium transferri non poteſt accepta pecunia.*
17 *Simonia ita committitur in annexis ſpirituali, ſicuti in ipſis ſpiritualibus.*
18 *Simonia eſt dare aliquid temporale, pro conſequendo aliquod præambulum ad beneficium.*
19 *Regreſſus ob non ſolutionem penſionis, cauſatur ex non ſolutione illius.*
20 *Quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam venit, conſideratur.*
21 *Creditor eſſe poteſt teſtis, in cauſa ſui debitoris.*
22 *Regreſſus ad beneficium, ob non ſolutionem penſionis, quando, & cui reſeruetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*23 Beneficium eccleſiaſticum, purè & ſimpliciter conferri debet.*
*24 Beneficium eccleſiaſticum, requirit ſex qualitates.*

NOnageſimononò quæro: Titio clerico Venetiarum
reſeruata fuit annua penſio, ſuper fructibus, reddi-
tibus, & prouentibus alicuius eccleſiaſtici beneficij, cum
facultate illam transferendi in totum vel in parte, in vnā
vel plures perſonas, vt concedi ſæpe ſolet per ſedem apo-
ſtolicam. Modo quæritur an Titius dictam penſionem in
totum vel in parte transferre poſſit in Sempronium, re-
cepta ab eo certa pecuniarū ſumma, pro facienda tranſ-
latione prædicta. In iſta quæſtione videtur dicendum,
quòd tranſlatio prædicta, non poſſit fieri recepta pecu-
nia, quia ſicuti ſimoniacū eſt dare aliquid temporale pro
conſequendo beneficio eccleſiaſtico: vt latè tradit Ab-
bas in conſil. x l v i i. incip. illud de iure quæritur: in verſi.
Quartum conſideratur: facit tex. in c. cum eſſent. c. quære-
lam. & c. ex diligenti. de ſimon. c. veniens. de pact. cap. cum
pridem. xij. q. ij. c. quicūque. xvj. q. j. Ita videtur dicendū in
penſione, quæ ab ipſo beneficio pēdet, vt vidimus in præ-
ſenti tracta. q. j. & habetur per Cardi. in Clem. j. §. eadem.
de ſupplend. negli. prælat. Videmus enim, quòd penſio in
multis regulatur, vt regulantur beneficia eccleſiaſtica, vt
1 patet ex infra dicēdis. † Secundò pro iſta parte facit: quia
videmus, q̧ ſicuti de beneficio ſoluitur Papalis decima, ita
de penſione: vt per Bellenc. in tract. de ſubſid. charita. q.
lxxv. Caccialup. in tracta. de penſio. q. xvij. & latè dixi ſuprà
q. lix. Item de penſione, ſicuti de beneficio ſoluitur chari-
tatiuum ſubſidium, vt diximus ſuprà q. xxxviij. Tertiò fa-
cit, quòd ſicuti de beneficio excedente ſummam xiiij. du-
catorum auri de camera ſoluitur annata in expeditione
literarum, ita de penſione, annata ſoluitur in expeditione
literarū reſeruationis annuæ penſionis, vt vidimus ſuprà
q. xxvj. hoc tamen intellige procedere, niſi rector benefi-
cij: ſuper cuius fructibus eſt impoſita annua pēſio, ſoluiſ-
ſet integrè annatam. Nam tunc de penſione non eſſet ſol-
2 uenda, & ita curia ſeruat. † Quartò pro iſta parte facit:
quia ſicuti illegitimè natus non eſt capax eccleſiaſtici be-
neficij, ſine diſpenſatione. c. literas. de filiis presbyt. c. j. eo.
tit. libr. vj. Ita pariter ſine diſpenſatione non eſt penſionis
capax,



capax, vt vidimus ſuprà q. xvj. per totā. Quintò facit: quia
ſicuti beneficia ingreſſi religionem, ſecuta profeſſione
vacant: ita extinguitur penſio, vt patet ex iis quæ diffuſè
diximus ſuprà q. lvij. Et ſicuti per contractum matrimonij
per verba de præſenti vacant omnia beneficia, quæ con-
trahens habebat: ita etiam per contractum matrimonij
3 extinguitur penſio, vt deciſum fuit, ſuprà q. liiij. † Sextò
facit: quia cauſa penſionis, eſt cauſa eccleſiaſtica, nec po-
teſt agitari coram iudice ſeculari, vt de ſe patet: ſicuti nec
cauſa iuriſpatronatus agitari poteſt coram ſeculari iudi-
ce. c. quāto. de iudi. Septimò facit: quia videmus q̧ penſio
extingui non poteſt pro tot anticipatis penſionibus, niſi
accedente conſenſu Papæ, de quo dixi ſuprà q. lxxxvij. Ita
pariter dicendum erit, quòd de vno ad alium penſio ac-
cepta pecunia transferri non poſſit, Papa inſcio, & non
4 conſentiente. † Fauorabilis enim eſt extinctio penſionis:
quia per eā vendicatur libertas beneficio & illius recto-
ri, quæ eſt res inæſtimabilis. l. libertas. & l. non eſt. §. infini-
ta. ff. de regul. iur. tranſlatio autem eſt odioſa: quia penſio
eſt ſeruitus quædam beneficio, & eius Rectori, vt dixit
Caccialup. in tracta. de penſ. q. viij. & dixi ſuprà q. xlv. in
verſic. Primò quia. Ex tranſlatione autem inducitur con-
tinuatio ſeruitutis, quod vtique odioſum eſt: vt ſentit
etiam Reuerend. Gomes Rotæ auditor in commento re-
gulæ Cancellariæ. de infirm. reſignāt. q. xvj. vbi dixit, quòd
admittere tranſlationes penſionum ſuper beneficiis ec-
cleſiaſticis, nihil aliud eſt, quam ſeruitutem propagare.
Octauo facit: quia videmus quod ius patronatus quod
etiam laico competit ex gratia ſedis apoſtolicæ. c. quan-
to. & ibi gloſ. & doctor. de iudic. Tamen in alium tranſ-
ferri non poteſt, accepta pecunia. c. de iure. de iure patro.
& latiſſime per Rocchum de Curt. in tracta. de iur. pa-
tro. parte vlt. q. xxv. Nec poteſt patronus pecuniam acci-
pere, pro præſentatione facienda. & ſi ſecus faciat, ſimo-
niam committit: ita decidit Abb. in c. ex inſtitutione. & in
d. c. de iure. de iure patron. & firmat idem Rocchus in d.
tracta. ſuo in verbo vtile. q. iij. Nono pro iſta parte facit:
quia vt plurimum de ſtilo Curiæ habenti reſeruationem
penſionis ſuper fructibus beneficij, datur ei regreſſus ad
beneficium oneratum penſione ob illius non ſolutionē,
quando

Universidad de Deusto
Biblioteca



quando debitor penſionis illam non ſoluit, infra xxx. dies,
& elapſis menſibus ſex, poſt dies xxx. prædictos, pertinaci-
ter ſteterit in cenſuris, iuxta formam literarum. Nam eô
caſu dicere poſſumus, quòd ſicuti pro cõſequendo bene-
ficio dare pecuniam eſt ſimoniacum: ita ſimonia ſit dare
pecuniam pro cõſequendo eo, quod eſt præambulum ad
beneficiũ conſequendum, vt no. Ioan. de Ana. in c. ſi. pen.
nota. de ſimon. facit text. in l. oratio. ff. de ſponſ. Sed cla-
rum eſt, quòd habere regreſſum ad beneficium, eſt quod-
dam præambulum ad beneficium cõſequendum, vt de ſe
patet. Ergo tranſlatio penſionis per penſionarium ha-
bentem facultatem illam trãsferendi, fieri non poterit re-
5 cepta pecunia ab eo in quem trãnsfertur. † Habens enim
regreſſum ad beneficiũ dicitur ad illud ius habere: vt vo-
luit Aeneas de Falconibus, in tracta. ſuo, de reſeruatio. in
xlvij. effectu, vbi melius quàm omnes ante hac, ponit ipſe
Aeneas de Falconib. inferẽs omnes caſus in quibus acqui
ritur ius ad beneficiũ, inter quos enumerat caſum, quan-
do quis regreſſum ſeu acceſſum habet ad beneficium: vt
patet in dicto tractatu ſuo loco ſupra allegato. verſi. No-
nus modus. Et ex præmiſſis, videtur dicendum non eſſe li-
citum pecuniam in totum poſſe dari, vt omnimodo obti-
neretur ipſius emptionis tranſlatio. In contrarium autem
6 faciunt infra dicenda. † Primò quia ſimonia dicitur eſſe
crimen, propter quodcũque geſtũ vel obmiſſum circa ſpi
ritualia vel ſpiritualibus annexum, à quo aliquid tempo-
rale emolumentum pro ſpirituali, nõ gratuitè accipiatur
vel commutetur: ita ſimoniam diffinit Card. in c. nemo. de
ſimo. ſequitur Felin. in rub. de ſimo. Hoſtien. autem in ru-
brica de ſimon. ſimoniam diffiniens dicit, quòd ſimonia
eſt ſpiritualium vel annexorum ſpiritualibus præcedente
pacto promiſſionis, conditionis modi ſeruitij pretiũ, vel
7 cuiuſuis temporalitatis receptio ſiue donatio. † Pẽſio au
tem nõ eſt quid ſpirituale, nec ſpiritualitati annexũ: imò
eſt quid profanum in mera temporalitate conſiſtens, vt
patet ex dictis ſuprà q. j. in præſenti tracta. & dixi ſuprà
q. vij. & q. xvj. in princip. & q. lij. verſicu. & primò. Hinc eſt
quòd etiam laico aſſignari poteſt: vt per Bald. Felin. &
alios, in c. ad audientiam. el ij. de reſcrip. & dictum fuit ſu-
prà q. xxj. Ergo dare pecuniam penſionario, vt fiat danti
translatio



tranſlatio penſionis, ſimonia non erit. Et quòd pẽſio, quæ
reſeruatur ſuper fructibus beneficij, ſit quid merè tẽpo-
rale: patet etiã, quia permutari nõ poteſt cum beneficio
eccleſiaſtico. Dicunt enim doct. quòd eſſet ſimoniaca ta-
lis permutatio: quia daretur temporale, hoc eſt pẽſio pro
ſpirituali: Ita decidunt Card. Ioan. de Imol. & alij in cle-
men. vnica. §. eadem. de ſupplen. negli. prælator. vbi etiam
Guli. & Egid. & de hoc latè dixi ſuprà q. xxxiij. Et quòd
penſio nil ſpiritualitatis habeat, ſed in mera temporalita
te cõſiſtat, faciunt etiã plura alia, Primò, quia regulariter
non venit appellatione beneficij, de quo latiſſimè dictum
fuit ſuprà q. xxviij. Secundò, quia clericus penſionem ha-
bens officium dicere non tenetur, de quo habetur ſuprà
8 q. xxx. † Tertiò facit: quia penſio vti debitum pecuniariũ
poteſt remitti in totum vel in parte, ſimpliciter vel ad tẽ-
pus ſine autoritate ſuperioris: vt voluit Hieronymus Pau-
lus magnus practicus Curiæ Romanæ, in libello ſuo inti-
tulato Prouinciale omnium eccleſiarum. fol. 48. in verſic.
quid penſiones: & Card. Alex. in c. Agatoſa. lxiiij. diſtinct.
9 & de hoc diffuſè ſatis dictum fuit, ſuprà q. xlv. † Quartò
facit: quia penſio redimi poſt per Rectorem beneficij,
ſuper cuius fructibus fuit impoſita pro certis anticipatis
penſionibus, & illud approbarunt Romani Pontifices, vt
copioſè deduxi ſuprà q. lxxxvij. Quintò facit: quia pen-
ſio morte penſionarij non vacat, nec impetratur, ſed ex-
tinguitur, ſicuti vſusfructus morte vſusfructuari. §. finitur.
inſtit. de vſufr. l. antiquitas. C. de vſufruct. & dixi ſuprà q.
10 xij. † Sextò facit: quia penſio contractibus profanis æqui-
paratur, vt dixit Gomes, Rotæ Auditor, in commento re-
gulæ Cancel. de infirm. reſignan. q. xvj. in verſic. Nam pen-
ſiones. allegat Romanum, in conſi. cccxxxix. col. iij. Et te-
nendo iſtam partem, quòd ſimonia non cõmittatur dan-
dò pecuniam pro obtinenda tranſlatione penſionis, ad al-
legata ſupra in contrarium reſponderi poteſt. Primò nõ
obſtat, quòd ſicuti pro obtinendo beneficio eccleſiaſti-
co, ſi datur aliquid temporale, ſimonia cõmittitur. Idem
videtur dicendum in penſione, quæ à beneficio depẽdet:
quia clarum eſt, quòd penſio eſt quid merè profanum, vt
dictum fuit ſupra: & hinc eſt quòd non poteſt cum bene-
ficio eccleſiaſtico permutari per ſupradicta. Nec obſtat
ſecundum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſecundum, quòd ſicuti de beneficio, ſoluitur decima Pa-
palis, ità de penſione: quia id eſt ex eo, quod decima im-
ponitur per reſpectum ad fructus beneficij, non reſpectu
ſpiritualitatis, hinc eſt, quòd penſionarius pro rata pen-
ſionis, decimam ſoluere tenetur: quià pẽſio eſt certa por-
tio à beneficio ſeparata, & impoſita ſuper bonis tempo-
ralibus beneficij, faciunt dicta ſuprà q. j. & q. vij. Nec ſimi-
liter obſtat tertium: dum dicebatur, quòd annata ſolui-
tur ità de penſione, ſicuti de beneficio: quia annata ſolui-
tur per reſpectum ad fructus beneficij. hinc eſt, quòd pẽ-
ſionarius, qui partem fructuum per reſpectum penſionis
ex beneficio capit, ad annatam tenetur. faciunt dicta ſu-
pra q. xxvj. Ad quartum quod illegitimus non ſit capax
penſionis, ſicuti nõ eſt capax beneficij ſine diſpenſatione:
reſpondetur, quòd non: propterea ſequitur quòd penſio
ſit eccleſiaſticum beneficiũ, vel quod habeat aliquid ſpi-
11 ritualitatis annexum: † quia videmus, quòd illegitimus nõ
eſt etiam capax feudi, neque emphiteuſis eccleſiæ ſine di-
ſpenſatione: vt eſt text. & ibi doctores in cap. naturales. in
tit. ſi de feud. fuer. contr. in vſib. feud. Bal. in l. generaliter.
§. cum autem. de inſtit. & ſubſtit. Alexand. in l. ex facto. §. ſi
quis rogatus. col. xij. ad Trebel. & in l. ſi perceperit. col. ij.
ff. de libe. & poſthu. & latè per Matthæum, de afflict. in d.
c. naturales. Et tamẽ nemo dixerit feudum, & emphiteu-
ſim aliquid ſpiritualitatis habere. Nec minus obſtant ad-
ducta in quinto fundamento contrario: quia & ſi penſio
per ingreſſum religionis facta profeſſione, & per contra-
ctum matrimonij vacet ſicuti beneficium, id eſt nõ ex eo,
12 quod ſit eccleſiaſticum beneficium: † ſed ex eo, quia
ingreſſus religionem, facta profeſſione, habetur pro mor
tuo quo ad mundum. l. Deo nobis. C. de epiſc. & cleric. c.
placuit. ij. q. j. §. illud. in authent. de monach. & morte pẽ-
ſionarij penſio extinguitur, vt dictum fuit ſupra. Ad illud
quòd ſicuti beneficia vacant per cõtractum matrimonij,
ita extinguatur penſio, ſimiliter reſpondetur, quòd ideò
eſt: quia clericus matrimonium contrahens, deſinit eſſe
clericus, & priui egiũ clericale amittit in omnibus, præ-
terquam in duobus, de quibus. in c. j. de cleric. coniugat.
in vj. Illud tamen quod clericus ſi matrimonium contra-
hat, penſio extinguatur: qualiter, & quibus caſibus proce-
dit,



dat, vide ſuprà q. liiij. per totam. Ad ſextum quòd cauſa
penſionis ſit eccleſiaſtica, nec agitari poſſit coram iudice
ſeculari, reſpondetur quòd non valet conſequentia, ergo
eſt ſpiritualitati annexa, vel eſt beneficium eccleſiaſticum,
patet, quia cauſa fructuum beneficij eſt profana non be-
neficialis: vt not. in c. ij. vt lite pen. in vj. Idem eſt quando
agitur ſuper penſione, cum penſio ita ſe habeat reſpectu
fructuum, ſicut vſusfructus reſpectu proprietatis. c. fin. de
13 pign. c. quicũque. xij. q. ij. † Agitur autem coram eccleſia-
ſtico, non coram ſeculari: quia data eſt per literas apoſto-
licas, & ex conceſſione Papæ, nõ ſoluenti, cenſurarum ec-
cleſiaſticarum pœna ingeritur, & ſucceſſiue priuationis
beneficij pœna imponitur penſionario, ſi per ſex menſes
computandos à die lapſus dierum xxx. datorum ad ſol-
uendum, non ſatisfecerit: quorum omnium eſt incapax
iudex ſecularis. per not. in d. c. decernimus. de iudic. cum
vulgaribus. meritò iudex ſecularis de his cauſis ſe ingere-
re nõ poteſt. & ſententia excõmunicationis per iudicem
ſecularem, qui ordines non habet, fieri non poteſt. glo. &
Panor. in c. dilecta. de maior. & obed. eſto etiam, q; cauſa
14 priuationis beneficij, † ob non ſolutionem penſionis ſit
profana & non beneficialis: vt not. in clement. diſpendio-
ſam. de iudi. Ita dixit etiam Gomes Rotæ auditor, in cõ-
mento regulæ Cancellariæ de triennali poſſeſſore nõ mo-
leſtando. quæſtione l. verſic. Circa tertiam. Non obſtat,
quod ſeptimo loco dicebatur, quòd penſio extingui non
poteſt pro tot anticipatis penſionibus, niſi accedẽte con-
ſenſu Papæ: quia magis periculoſa videtur extinctio,
quàm tranſlatio penſionis. Nam per extinctionem vide-
tur eſſe aperta via vendendi beneficia: quia volens be-
neficium vendere, & hoc tractato & conuento, po-
terit illud renunciare in manibus Papæ ad fauorem il-
lius, cum quo conuenit, reſeruata ſibi annua penſione,
quam demum is qui beneficiũ fuerit aſſecutus extingue-
re poſſet pretio inter eos conuento, quod eſſet fœtida ſi-
monia, vt dixi etiam ſuprà q. lxxxvij. Hinc eſt quod cum
in extinctione penſionis maius verſetur periculum, cau-
tius eſt agendũ. c. vbi periculum. de elect. in vj. & propter-
ea requiritur ibi conſenſus Papæ, quo accedente, purga-
tur omnis ſuſpitio ſimoniæ, per not. per gl. in c. cum pri-
dem

Universidad de Deusto Biblioteca

15 dé.in verbo licitè.de pac.†Et licet extinctio videatur fa-
uorabilis eccleſiæ,traſlatio verò penſionis odioſa,per ſu-
pradicta in dicto ſeptimo cõtrario:tamen in extinctione
verſari poteſt certius animæ periculum per ſupradicta,
quàm in trãſlatione.& hoc eſt attendendum:quia anima
eſt cũctis rebus anteponẽda.l.ſancimus.in fi.C.de ſacro-
16 ſanc.eccl.c.vt animarum.de conſti.in vj.† Octauo dũ di-
cebatur quod ius patronatus quod in laicũ cadit, nõ po-
teſt accepta pecunia in alium transferri:nec minus accipi
poteſt pecunia pro præſentatione faciẽda:reſpõde quod
ius patronatus licet laico conceſſum,habet annexã ſpiri-
tualitatem:vt habetur in c.quanto.de iudi.vbi per glo.&
doc.Hinc eſt, quòd pecunia de vna perſona ad aliã tranſ-
ferri nõ poteſt.allegato c.de iure.de iur.patr. & per Roc-
cum late in d.tract.ſuo de iure patr. in vlti. parte. q. xxv.
bene tamen traſit iuſpatronatus,quòd quis habet in ali-
qua villa,ſi illã villã vendat, in emptorem illius villæ c.ex
literis.& ibi doct.de iur.patr.vbi Card.q.xj. & de hoc vi-
dere poteris late per dictum Roccum in ſuo tract.de iur.
patr.q.xxiij.in vlt.parte.Nec mirum eſt ſi dicitur quod ſi-
monia eſt dare pecuniam patrono pro conſequenda ab
17 eo præſentatione:† quia ſimonia ita committitur in an-
nexis ſpiritualibus,ſicut in ipſis ſpiritualibus.tex. eſt in c.
ex inſinuatione.& in d.c.de iure.de iure patr.ſed præſen-
tatio eſt annexa ſpiritualitati,ſicuti & ipſum iuſpatrona-
tus,vt probatur in c.præterea.de trãſact. & ibi Abb. in j.
no.& idẽ Abb.in d.c.quãto.ij.col.de iudi.eſt enim præſen
tatio præambulum ad inſtitutionẽ,& ſic ad ius ſpirituale
obtinẽdum.c.quod autẽ.in verbo,inchoatũ.de iur. patr.
hinc eſt quòd licitum nõ erit dare pecuniam pro ea obti-
nenda:ſed pẽſio ñil penitus ſpiritualitatis in ſe habet:er-
go pecuniam dare pro obtinẽda illius trãſlatione non vi-
detur prohibitum.Nono dum dicebatur, quòd trãſlatio
pẽſionis fieri nõ poterat pecunia,ex eo ꝙ ex ipſa tranſla-
tione transferebatur etiam ius regrediendi ad beneficiũ
ob nõ ſolutã penſionẽ, quòd ius regrediendi transfere-
bat ius ad rẽ,& ſic ad beneficium ipſum oneratum pen-
18 ſionis onere.†Et ſicuti ſimonia eſt dare pecunia vel aliud
quid temporale pro conſequẽdo beneficiũ,ita erit ſimo-
nia pro conſequendo illud,quod eſt præambulum ad be-
neficium



neficium conſequendum:iuxta no.per Ioan.Andr.in c.ij.
penul.not.de ſimo.ad quod facit tex.in l.oratio.de ſpõſa.
ff.ſed ex tranſlatione penſionis regulariter ſimul cum ip-
ſa tranſlatione quis conſequitur etiam regreſſum ad be-
neficium penſione oneratum , ob illius non ſolutionem.
Ergo dare pecuniam pro obtinenda tranſlatione videtur
eſſe ſimoniacum. Reſpondetur quòd ſicuti licitum nõ eſt
pecunia accepta ius patronatus in alium transferre,ex eo
quia habet admixtam ſpiritualitatẽ per ſupradicta,ita nõ
erit licitum dare pecuniam pro conſequendo regreſſu ad
beneficium,ex regula d.l.oratio.de ſpõſal.ff. quia vt pro-
batur ibidem cũ quid prohibetur,cenſentur omnia pro-
hibita,per quæ ad illud peruenitur. Sed ſicuti iuſpatro-
natus in conſequentiam venit vendita villa,& ſic bonorũ
vniuerſitate in qua ſit ius patronatus competẽs ipſi ven-
ditori:& per talem venditionem,nõ obſtante quòd anne-
xam habeat ſpiritualitatem tranſit in emptorem, dũmo-
do de eo nõ fiat mentio in venditione:vt tradunt docto.
in locis ſupra allegatis:ita dicendum erit in caſu noſtro
facta trãſlatione penſionis pecunia accepta,quę pẽſio cõ-
ſiſtit in mera tẽporalitate:vt in conſequentiã trãſferatur
19 ius regrediẽdi abſq. vitio ſimoniæ,per ſupradicta.† Cõ-
probatur hæc opinio ex eo quòd ius regreſſus nõ cauſa-
tur immediate ex penſionis tranſlatione, ſed cauſatur ex
pertinacia nõ ſoluentis penſionem iuxta formam litera-
rum reſeruationis illius:& ſic regreſſus non cauſatur ſim-
pliciter ex ipſa tranſlatione,ſed in quandam cõſequentiã
20 Rectore beneficij non ſoluente penſionem.† Illud autem
quòd principaliter agitur , non quod in conſequentiam
venit,contemplatur.facit text.in l.qui teſtamento.in prin.
ff.de teſtam.cum ibi not.& in l.ſi quis.ff.de reb.dub. & in
l.dictãtibus.C. de teſtamen.vbi legatarius in cauſa teſta-
menti poteſt eſſe teſtis;quia principaliter non diſputatur
de ſuo legato:licet in quandam conſequentiam illa cau-
ſa concernat commodum legatarij , vt declaratur per
21 Cyn.& Bald.in l.omnibus.C.de teſta.† Et iſta ratione di-
cebat Iac.Butr.& Ange.in l.non ſolum.§.quæritur.ff. de
procu. quod licet creditoris interſit habere debitorem
ſuum locupletem : tamen in cauſa ſui debitoris poterit
teſtimonium ferre : vide ad hoc Alexand. conſi. lxxviij.

Universidad de Deusto Biblioteca

incipien.in cauſa & lite. col. j. in j. volu. & tantò magis
non debet eſſe in conſideratione regreſſus ob non ſolu-
tionem penſionis in caſu noſtro : quia habet ſe ad eſſe &
non eſſe, prout Rectori beneficij placuerit ſoluere vel non
ſoluere penſionem ad quam tenetur: quinimo ſemper præ
ſumendum eſt, quòd ſoluere velit ne incidat in pœnam
priuationis, cum nemo ſuum iactare & velle perdere præ-
ſumatur. l. cum de indebito. ff. de proba. Nec eſt veriſi-
mile vt quis perdere velit beneficium, multis forte ex-
penſis & laboribus acquiſitum, vt inquit text. in c. ſuper
22 hoc. §. j. de renun. † Sciendum tamen eſt quòd regreſſus
ad beneficium penſionis onere grauatum ei reſeruari
ſolet, qui ipſum beneficium reſignauit reſeruata ſibi an-
nua penſione : vel illi qui ceſſit iuri, liti & cauſæ, ad fa-
uorem colligitantis reſeruata ei penſione annua, ne
ex ceſſione ipſa nimium diſpendium patiatur. Quibus
caſibus concedi ſolet regreſſus ob non ſolutionem
penſionis, in aliis autem caſibus ob non ſolutionem
penſionis, apponitur pœna priuationis beneficij vt ſty-
lus & practica Romanæ curiæ nos edocet. Ex prædictis
videtur de iure concludi poſſe, quòd ſimoniacum non
ſit pecuniam dare penſionario habenti facultatem trã-
ferendi penſionem pro obtinenda tranſlatione penſio-
nis: quam concluſionem intellige ſanè procedere in ſim-
plici penſione: ſiue illa habeatur ex cauſa oneroſa, vt pu-
ta ex cauſa reſignationis beneficij, vel ceſſionis iuris & li-
tis: ſiue ex cauſa lucratiua. Secus autem eſſet in penſio-
ne, quæ clerico ea lege aſſignatur, vt ſit de cætero eccle-
ſiaſticum beneficium : iuxta not. per Abb. & alios in c.
conquerente. de cler. non reſid. Talis enim penſio eſt
eccleſiaſticum beneficium, vt dixi in præſenti tract. q. j.
& q. XXI. & q. XXVIII. Nam ſi pro obtinenda iſta pen-
ſione detur pecunia, ſimoniacum erit: vt concludit Abb.
in dicto conſi. XLVII. incipien. illud de iure quæritur. in
23 verſic. Quartum conſideratur. † Vbi dixit, quòd de bene-
ficio eccleſiaſtico prouideri debet purè, & ſine pacto vel
conditione, & non pro alio commodo temporali : aliàs
committeretur ſimonia. c. quam pio. j. q. ij. c. fin. de pact.
c. cõſulere. de ſimo. Nec debet eſſe vis in nomine, dummo
do adſint qualitates alias requiſitę in beneficio eccleſiaſti





cõmam habẽs illas qualitates ſiue appelletur beneficium,
ſiue officium, ſiue poſſeſſio, ſiue præſtimonium, vel penſio,
nil refert. adducit tex. in c. poſſeſſiones. xvj. q. j. & in d. cap.
conquerente. & in c. ſaluator. j. q. iij. quia ex nominum di-
uerſitate non diuerſificatur rei ſubſtantia: ex cuius verbis
à contrario ſenſu colligitur, quòd quando penſio nõ habet
qualitates requiſita in beneficio eccleſiaſtico, ſi cõcedatur
adhibita pactione alicuius rei temporalis, non eſt ſimonia.
24 † Qualitates autem prædictæ quæ in eccleſiaſtico requi-
runtur beneficio, ſex ſunt, prima: quia non niſi per epiſco-
pum vel prælatum eccleſiaſticum poteſt de eo prouideri
de iure communi, licet quandoque ad laicũ pertineat præ
ſentatio. c. iij. de iur. patr. Inno. in c. ſicut. de elect. Secunda
qualitas, quod is qui prouideri habet, illud ſibi retinere nõ
poteſt: vt in c. fi. de inſtit. facit quod notatur in c. relatum.
de præbend. Tertia qualitas eſt, quia de ipſo nõ poteſt pro
uideri niſi clerico. c. cũ adeo. de reſcrip. c. ex literis. de trã-
ſactio. c. ſecũdo de inſtitutio. Quarta qualitas eſt, quia ha
bet aliquid ſpiritualitatis annexũ, vel cui annectitur : vnde
propter diuinũ officium datur eccleſiaſticium beneficiũ: vt
in c. fi. de reſcr. in vj. capitu. ſi quis ſacerdotum. lxxxj. diſtin.
Quinta qualitas eſt, quòd eſt perpetuũ, hoc enim propriũ
eſt beneficiorum eccleſiaſticorũ. lxx. diſtinctione. c. ſancto
rum. cap. penul. de cleri. ægrotan. not. in capitu. ſi gratioſæ.
de reſcriptis. in ſexto. Sexta qualitas eſt quod debet de eo
pure ſimpliciter & ſine vlla pactione vel promiſſione tem-
porali, ſiue alio commodo prouideri, vt ſupradictũ fuit.
Iſtæ autem qualitates ceſſant in ſimplici penſione : ideò
videtur comprobari ſupradicta concluſio, quòd ſimonia-
cum non ſit dare pecuniam pro obtinenda tranſlatione
penſionis. Conſulerem tamen ne id fieret, quia bonarum
mentium eſt ibi culpã timere, vbi culpa non eſt: quinimo,
vbi animæ periculũ timetur, ſemper etiã durior pars quæ
animæ fauet, tenenda eſt: in c. iuuenis. de ſponſa. c. j. §. item
ſi. de pœnitẽ. diſt. vij. c. ſicut. xiiij. di. & honeſtati repugna re
videtur. ꝙ penſio quæ eſt onus & ſeruitus quædã ipſi bene
ficio ſuper cuius fructibus eſt impoſita pecunia acquiratur

Exceptiones quæ & quales opponi poſsint co-
rã executore literarũ reſeruationis pẽſionis

Universidad de Deusto Biblioteca

coram quo penſionarius petit penſionem ſibi ſolui.

## QVAESTIO VLTIMA.


1 *Exceptio ſolutionis opponi poteſt coram executore penſionis.*
2 *Exceptio pacti de non petendo opponi poteſt coram eodem.*
3 *Pactum de nõ petendo geminatum tollit obligationem ipſo iure.*
4 *Clauſula geminata maiorem habet efficaciam.*
5 *Geminatio quid & quando operetur diuerſis caſibus.*
6 *Exceptio compenſationis opponi poteſt contra petentem penſionem.*
7 *Exceptio extinctionis penſionis opponi poteſt contra eundem.*
8 *Exceptio extinctionis penſionis opponi poteſt, ſiue ſit extincta autoritate ſuperioris, ſiue non.*
9 *Exceptio quòd penſio fuit reſeruata ſine conſenſu rectoris beneficij, opponi poteſt contra petentem penſionem.*
10 *Dictio nullatenus importat actus nullitatem ipſo iure.*
11 *Exceptio falſitatis literarum obſtat penſionario.*
12 *Exceptio quod ſecunda penſio non valet, quia de prima mentionem non facit opponi poteſt coram executore.*
13 *Literæ reſeruationis penſionis de ſtilo curiæ regulantur vt literæ beneficiales.*
14 *Executor datus vigore literarum ſurrepitiarum ſi procedat nulliter procedit.*
15 *Exceptio quod modus & conditio ſub quibus eſt aſſignata annua penſio, non fuerunt adimpleti, opponi poteſt.*
16 *Exceptio fructuum non recollectorum, obſtat agenti ad penſionẽ conſequendam.*
17 *Exceptio excommunicationis opponi poteſt penſionario.*
17 *Exceptio excommunicationis, etiam coram mero executore ſententiam exequente opponi poterit.*
19 *Exceptio excommunicationis opponi poteſt etiam coram iudice ſeculari.*
20 *Exceptio defectus iuriſdictionis opponi poteſt executori penſionis.*
21 *Exceptio defectus iuriſdictionis nunquam tollitur per ſtatutum excludentem omnes exceptiones.*
22 *Nullitas notoria, præualet ſententiæ ſuper executione latæ.*
23 *Exceptio falſitatis quæ incontinenti probari poteſt admittitur contra inſtrumentum depoſiti.*







24 *Exceptio quæ non eſt notoria, neque incontinenti probari poteſt, non admittitur contra executionem ſententiæ.*
25 *Executor an poſſit recuſari ſuſpectus.*
26 *Incontinenti probari quando aliquid dicatur.*


VLtimò quæro, quas exceptiones opponere poterit Rector beneficij grauati penſionis onere corã executore, ſeu ſub executore literarũ reſeruationis annuæ penſionis, coram quo conuenitur ad ſolutionem pen-
1 ſionis. † Et dicendum eſt, quòd primo opponere poterit exceptionem ſolutionis, cum ſolutione eius quod debetur, omnis tollatur obligatio. inſt. quib. mod. tol. oblig. in prin. Talis enim exceptio, etiam ſi per ſtatutum tollantur omnes exceptiones, non eſt ſublata: vt not. Angel. in l. & non tantum. §. quod ſi pro emptore. ff. de petit. hæred. Alexand. conſi. cxiii. incip. viſo. col. ij. in v. volu. Anchar. conſil. cclxx. incip. ex verbis. circa finem. Decius conſilio cccxvii. incipiente, viſis quæ acutiſſimè. column. ij.
2 in princi. in ij. volumi. † Secundò opponi poterit exceptio pacti de nõ petendo, quæ ſolutioni æquipollet, imò ex tali pacto inducitur donatio rei, quam quis pactus eſt non petere. l. ſi quis obligatione. in princ. ff. de regul. iur. Bart. & Ioan. de Imol. in l. aquilius. ff. de dona. Alexand. in l. creditori. C. de pact. & habetur per Inſignem doctorem dominum & præceptorem meum colendiſſimũ Dominum Gulielmum Pontanum à quo ius ciuile per quinquenniũ audiui in almo peruſino Gymnaſio in l. eadem. §. Cato. verſic. contra quam opinionem. num. 11. ff. de verbo. obli-
3 gatio. & per Decium in d. l. ſi quis obligatione. † Et licet aliàs per tale pactum de non petendo non tollatur obligatio niſi per viam exceptionis: tamen quãdo tale pactũ eſt geminatũ, obligatio tollitur ipſo iure: vt voluerũt Angel. & Paul. de Caſtro in l. legitima. ff. de pact. hoc enim operatur natura geminationis. Nam videmus quòd geminata verba, ampliant effectum & plus operantur. Archidia. in cap. ab eo. de appel. in vj. Bal. in l. fructus. C. de
4 actio. † Et geminata clauſula maiorem habet efficaciam, & geminata & multiplicata verba plus operantur. Bald. in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſtitu. verſicul. nunc vlterius procedo. Curtius Senior in conſil. xlix. inci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



piente, memoriæ recolendæ. nume.55.& verba geminata
& multiplicata deſignant præciſam mentem diſponentis.
Bald.in ca. eam te.col.ij.de reſcript.& habetur per Cur-
tium ſupra allegatum, conſil.L I I I.incipiente,ſuper arti-
culo.colum.j.nume.5.& Idem conſi.L x.incipien.Dux Phi-
lippus. nume.13.& conſil.C L X V I I. incipiente ſapienter.
5 nume.60.† Et quid & quando in diuerſis caſibus opere-
tur geminatio,vide etiam Gazadinum conſil.L X X I X.nu-
mer.10.conſi.X V I I. num.18. conſi.X X I I I. nume.8. conſil.
X X X.num.3.conſil.L I I.nume.2. conſil.X L. nume.9. conſil.
L.nume.37.conſil.L I I I. nume.25.conſil. L I. numero 34. &
conſil. L X X I I I I. & Claudium de Seiſello in l.baliſta. ff.
ad trebellia. & plura ponit ad hoc Corſetus in tractatu
ſuo de verbis geminatis: & de hoc dixi etiã ſuprà q.xcvij.
6 † Tertiò opponi poterit exceptio compenſationis. Nam
& compenſatio vim ſolutionis habet. Bar.in l.amplius nõ
peti.colum.penult. ff. rem ratam habe. Et quando ſtatu-
tum non permittit opponi poſſe aliam exceptionem, quã
ſolutionis,tamen cõpenſatio admittitur.Ita cõſuluit An-
ge.conſil. C C I X. incip.quidam nomine Alex.conſil. X I I.
col.penult.in ij.volum.de hoc tamen dic vt latè dixi ſuprà
q.xcij.vbi examinaui hunc articulum, An & quãdo com-
penſatio locum habeat in materia iſta penſionis, ad quæ
7 dicta me refero.† Quartò opponi poterit exceptio extin-
ctionis penſionis factæ de partium conſenſu,ex hoc enim
apparet de notorio non iure penſionarij petentis ſibi pẽ-
ſionem ſolui,quod quidem excludit agẽtem, ſiue petito-
rio agat,ſiue etiam agat poſſeſſorio recuperandæ. vt not.
Butri.in c.ex literis.col.x.de reſti.ſpo.vbi alij.& Inno.in c.
conſtitutus.de filiis presbyt. Alex.in l. naturaliter. §. nihil
commune.col.xvj.verſic.x.fallit.ff.de acquirend.poſ.Idem
Alex.in conſil.L X X V I I. incip.in cauſa & lite. col. penult.
in ij.volu.Old.conſi.I.Rota deciſ. V I I I. deciſ.C C C X L V.
& deciſ. D C X X V I. in antiquis:hinc eſt quòd qui benefi-
cium renuntiauit, non poteſt poſtea agere ſuper ſpolio:
quia agenti ſuper ſpolio obſtat exceptio ſpontaneæ reſi-
gnationis.c.accepta.de reſti.ſpo.per ceſſionem enim bene
ficij quis perdit dominum & poſſeſſionem. Inno.in c. ſu-
per hoc.de renun.Ioan.Andr.Imol.& Abba.in c.ſolitæ.de
reſtit.ſpol.& vide per Caſſad.deciſ. I I I I. in tit.de reſtitu.
ſpol.



ſpo.hoc tamen quòd de reſignatione beneficij dicitur,in-
tel'ige procedere dũmodo reſignatio beneficij facta fue-
rit in manibus illius, qui autoritatem habebat recipiendi
illam, aliàs ſecus. Ita dixit Rota deciſ. I I I. incip.quidam
primus.in rub. de renuntia.in recollectis Biſgnetti. & tra-
dit Alexand. in conſil. C X V I I I. incip. in cauſa & lite. in
8 j. volum. † Et iſta exceptio extinctionis penſionis opponi
poterit,ſiue talis extinctio facta fuerit autoritate ſuperio-
ris, ſiue non, cum poſſit etiam fieri per ipſum penſiona-
rium ſine autoritate & ſcientia ſuperioris, vt dictum fuit
ſuprà q. xlv. per totam.niſi eſſet penſio reſeruata clerico
ſignanter pro alimentis, quo caſu ſine ſuperioris & iudi-
cis autoritate extingui non poſſet nudo conſenſu penſio-
narij,vt dixi in d.xlv.quæſtio. circa finem.vbi videre pote-
9 ris.† Quintò opponi poterit exceptio nullitatis & inuali-
ditatis literarum reſeruationis penſionis, quando ex illa-
rum tenore apparet quòd penſio reſeruata fuit ſine con-
ſenſu Rectoribus beneficij illius onere grauati.Nec eſt de
10 rogatum regulæ cãcellariæ de cõſenſu præſtando. † Tali
enim caſu huiuſmodi literæ ſunt ipſo iure nullæ propter
dictionem nullatenus,de qua in prædicta regula: quæ di-
ctio importat nullitatem ipſo iure: vt not.Domi.in c. Ro-
mana.§.penult.de appel.gloſ.in Clem. j.in verbo,nullate-
nus. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Decius conſil. C X. incip.
uiſis diligenter.col. j. in ij.volum.& de hoc dixi latius ſu-
11 prà q.x. † Sexto opponi poterit exceptio falſitatis litera-
rũ:nam talis exceptio etiã coram mero executore oppo-
ni poteſt:vt voluit Domi.in c.ſicut.col.penult.ij.q.j.vbi di-
xit,quòd merus executor poteſt cognoſcere de exceptio-
ne falſitatis reſcripti:allegat text.in c.ſuper eo.de crimin.
falſi.vbi Ioã.de Anan.poſt principiũ dicit,quòd merus exe
cutor admittere debet exceptionem nullitatis reſcripti.ꝙ
etiam voluerunt Hoſtien. Imol.& alij,in c.cum contingat
in vlti.col.de reſcript.Felin.in c. decætero. col.ij.in fin. de
12 ſent. & re iudi.in verſic.Ad illud.† Septimò opponi pote-
rit de nullitate & inualiditate literarũ reſeruationis pen-
ſionis factæ ſuper fructibus, redditibus,& prouẽtibus ali-
cuius beneficij,alia anteriori penſione grauati, de qua nõ
fuit facta mentio in literis,quarum executionẽ penſiona-
rius petit coram ſuo executore: tali enim caſu penſio ſe-

Universidad de Deusto Biblioteca

cunda non faciens mentioné de prima, eſt ipſo iure nul-
la, vt decidit Caſſadorus Rotæ auditor in ſuis deciſioni-
bus ſuper regul. cancellariæ, deciſ. III. in rubri. de pen-
13 ſionibus, de quo ad ſaturitatem dixi ſuprà q. xxix. † Facit
ad hoc: quia literæ reſeruationis penſionis de ſtilo curiæ
regulantur ſicuti literæ beneficiales quæ ſurreptitiæ ſunt
ipſo iure nullæ. c. ad audiẽtiam. el. ij. de reſcript. & ibidem
Innocen. Ioan. And. Abb. & alij maximè Felin. diligentiſ-
ſimus & copioſus commentator in penult. col. in verſicu.
literæ beneficiales. & not. Idem Innocen. in c. ad aures & in
c. conſtitutus. eo. titu. de reſcript. Idem probatur in Clem.
j. de præbend. & in c. ſi motu proprio. de præbend. in vj.
Idem tenet Oldra. conſil. VIII. incipiente, quod proceſſus
& conſil. CCLVII. incipien. factum tale. col. viij. Calder.
conſi. XIII. in titu. de reb. eccleſiæ non alienan. Card. cõ-
ſil. XXXIII. incipien. in hac dubia quæſtione ad finem.
& idem erit dicendum in literis reſeruationis annuæ pen-
14 ſionis, per ſupradicta. † Quinimo ſi executor datus vigo-
re talium literarum ſurreptitiarum procederet, quicquid
ageret eſſet nullum. text. eſt in c. cum in noſtris. de conceſ.
præben. per quem text. Ita dixit Felin. in c. fina. col. vltima,
15 quæſtione penult. de præſumpt. † Octauo opponi pote-
rit quòd penſio fuit aſſignata, ſub modo vel conditione,
& modus vel conditio verificationem non acceperunt: ſi
enim modus vel conditio ſunt in literis expreſſi, tunc illis
non verificatis, rector beneficij penſionem ſoluere non
tenetur. Ita decidit Caſſador. Rotæ auditor, deciſio. x. in
titu. de reſcript. vbi hunc articulum examinat cum videre
poteris: & ratio huius exceptionis eſt: quia licet prohi-
beatur etiam per ſtatutum quòd aliqua exceptio opponi
non poſſit, intelligitur tamẽ dummodo conditio, ſub qua
contractum eſt debitum, ſit adimpleta: vt tradit Bald. in l.
ſi cauſam circa fin. C. de execu. rei iudic. Imol. in l. fin. col.
x. ff. à quib. appel. non licet. Bald. in l. etiam. col. j. & in l. ij.
C. de execu. rei iudic. Alexand. conſil. XX. incipiente, viſo
16 proceſſu. col. ij. in vj. volu. † Nono opponi poterit, quòd
rector beneficij, qui aſtringitur ad ſoluendam penſionem
eo anno, pro quo ſoluere compellitur ab executore, nul-
los fructus percepit, vel ſaltim tenuiſſimo ex beneficio gra-
uato penſionis onere: nam tali caſu communiter doctor.
tenent



tenent, quòd penſionem ſoluere non teneatur, vt copioſè
examinat Felin. in d. c. ad audientiam. el. ij. de reſcript. &
dictum fuit ſuprà ad ſaturitatem, in lxij. q. & q. lxxvij. in
verſic. iſtam concluſionem limita, & ad ibidem dicta me
17 remitto pro veritate iſtius nonæ exceptionis. † Decimo
opponi poterit, quòd penſionarius qui coram ſuo execu-
tore penſionem petit, eſt excommunicatus: quo caſu ex-
cutor illum repellere debet. c. exceptioné, de exceptioni.
vbi doct. magis communiter tenent, quod etiam reo vo-
lente, iudex non debet admittere excommunicatum ad
agendum, quòd etiam poſt alios tenuit in d. c. exceptioné.
dominus Petrus Paulus Pariſius nunc Cardinalis meri-
18 tiſſimus. col. antepenult. in verſic. circa prædicta. † Et hu-
iuſmodi exceptio opponi poteſt etiam coram mero exe-
cutore ſententiam exequente, & executionem ipſam im-
pedit gloſ. in c. ſicut. ij. q. j. & ibi Domini. eſt enim exce-
ptio quæ concernit inhabilitatem agentis, quæ nunquam
cenſetur excluſa, per generalem excluſionem exceptio-
num. argum. gloſſ. in Clemen. j. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.
Butr. in c. licet. de elect. Bald. in l. ſi quis filio. §. ſi quis. ff.
de iniuſt. rupto & irrit. fact. teſtamen. † Vnum notatu di-
19 gnum non omitto, quòd nedum coram mero executore,
ſed etiam coram ſæculari iudice, opponi poteſt contra
agentem exceptio excommunicationis. gloſſ. eſt notabilis
in l. j. de iuris & fact. ignoran. quam gloſſ. reputat ad hoc
ſingularem Raphael Fulg. & illam ad hoc adducit Bald.
in c. cum contingit. de dol. & contu. & in c. intelleximus.
de iudi. Idem voluit Bald. in l. quoties C. de iudi. & ad hoc
facit text. in c. fin. de except. in vj. & text. in c. poſtulaſti.
de homici. vbi fuit oppoſita excõmunicatio coram rege:
quem tex. ad hoc ponderat Ioan. de Anã. ibi in primo no-
ta. ad idem Gemini. in c. j. §. ij. col. v. de except. in vj. & tra-
dit Iaſo. in l. j. nume. 9. C. de iur. & fact. ignorant. & in l.
placet. in fin. in lectura Paduana. C. de ſacroſanct. eccleſ.
20 † Vndecimo opponi poterit quòd executor iuriſdictione
caret: nam nullitas quæ ex defectu iuriſdictionis prouenit,
opponi poteſt etiã contra tres ſantentias conformes, con-
tra quas regulariter non poteſt opponi aliqua exceptio,
donec nõ fuerint executæ. Clemen. j. de re iudica. Ita dixit
Pet. de Anch. in cõſil. LXXVIII. incip. excellens domine.

Universidad de Deusto
Biblioteca



col.iij.Sozi.conſil. c c l x x i i i i. col.penult. Decius con-
ſil. x x x v i i i. incipiente, circa primum. in j. volum.col.
v.Claudius in l.in prouinciali. §. qui opus.ff.de noui.ope.
nuntia. Stephanus Beltran. conſil.c x x x. incip.quemad-
modum.per gloſſ. in Clem.j.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.Cal
caneus conſil. c x i i i. incipiente, in cauſa illorum verſi-
21 cu. † Et hæc exceptio nullitatis, nec vnquam huiuſmodi
exceptio cenſetur excluſa per ſtatutum excludens omnes
exceptiones, vt tradit dominus Hippolyt.de Marſiliis do-
minus & præceptor meus in conſil. l x x v i. num. 13. &
conſil. l x x x i. nume.38. in ij. volu. Idem voluit Sozin. in
conſil. l x x x i i i. in fin. in iiij. volu. incipit pro clariori.
Prædicta tamen omnia procedere intelligas, quando tales
exceptiones ſunt notoriæ & euidentes, vel poſſunt incon-
tinenti probari, per ea quæ dicunt Bart.& docto. in l. iiij.
§. condemnatum.ff.de re iudic.vbi dicunt quòd in execu-
tione ſententiæ opponi poteſt ad illam impediẽdam eui-
dens ſententiæ nullitas, vel quæ incontinenti probari po-
22 teſt.† Notoria enim nullitas præualet ſententiæ etiam ſu-
per executione latæ. gloſ. eſt notabilis in c. & ſi non co-
gnitio.xxv.q.ij.quam gloſ. ſequitur Imol.in clemen.j.col.
ix.verſicu.Nunquid.de re iudic.vbi dixit, quòd merus exe
cutor parere non tenetur ſuperiori viſa notoria nullitate
ſententiæ:& ad hoc plura allegat Romanus, in conſil. ſuo
incipiente, attentis his.quem refert, & ſequitur Feli.in d.
23 c.de cætero.col.j.verſic.Primus eſt.de ſent.& re iud.c. † Et
dixit Iaſon in conſi. l x x x v. in j. vol. incipiente.punctus
præſentis. quòd exceptio falſitatis, quæ in continenti pro-
bari poteſt, admittitur etiam contra inſtrumentum depo-
ſiti, ad idem facit quod voluit Corn.conſil.c c v i i i.in iij.
volu.nume.2.& in conſi.c c i i i i. nume.1. in ij.vol. & ſo-
lennis doctor, dominus & præceptor meus, dominus Hip-
polyt.de Marſil.conſil.x v i. nume. 18. & conſil.c x i. num.
24 21.in ij.volu.† Quando autem huiuſmodi exceptiones nõ
eſſent notoriæ, & indigerent longiori indagine, tunc non
releuarent coram executore propoſitæ. Ita dicunt Bart.
& doctor. in d.l. iiij. §.condemnatum, ff.de re iudic. Nec
minus releuarent excipientem quando executor videret
illas opponi per malitiam cauſa dilatandi ſolutionem.
Nam tunc propter illas non tardabit executionem. Innoc.
in



in capit.poſt electionem.in fi.de conceſ.præbend.Abb.in
cap.paſtoralis.§.quia vero. & in cap.ex parte.el ij. de offi.
deleg.& idem Abb.in cap. nullus. de præſumpt. & in cap.
interpoſita.in princ. de appel.& plura alia accumulat Fel.
in d.cap.de cætero.col.iiij.verſic. limita omnia prædicta.
Adde quòd idẽ voluit Domi.in d.c. de cætero. Cuius le-
ctura ſuper ſecundo decretalium admodũ fertilis & co-
pioſa apud me eſt nondum impreſſa, idem voluit etiam
Alexand.d.conſi.c l x x x i. incipiente, in cauſa & lite. col. ij.
25 nume.3.in vj.volumi.† An autem executor recuſari poſ-
ſit ſuſpectus, vide Inno.in c.propoſuit. de appellatio. do-
ctor. in c.nouit.eodem tit.vbi Card.& in clement.j.§.pe-
nult. de foro competen. Archidiaco. in c. ſunt quorum.
ij.quæſtio.vij.Et quia ſuperius dictum fuit, quòd exceptio
quæ incontinenti probari poteſt, impedit executionem,
operæpretium exiſtimaui inſerere hic quando inconti-
26 nenti probari dicatur exceptio.† Circa quod Innocen.in
c.veniens.de teſtib.dixit, quòd incontinenti quid probari
dicitur arbitrio iudicis, attenta negotij & perſonarum
qualitate, quem ſequuntur ibidẽ Imol.& Abb. idem vo-
luit Bald.in l.ſi ex falſis.col.iij.C.de tranſactio. & in l. fin.
C.de ordi.cogni.Idem in l.ij.C.de edict.diui adria.tol.&
in l.iij.§.ibidem.ff.ad exhib.gl.in l.is à quo.in verbo, ho-
die.ff.vt in poſſeſ.leg.Iſtam partem tenuit Aret.in d. cap.
veniens, vbi dixit, quòd iſta eſt communis opinio, & quòd
in practica ſeruatur.Bar.verò in d.l.iij. §. condemnatum.
dixit, quòd in cõtinenti dicitur probari ſi probetur intra
tempus, intra quod fieret executio ſententiæ:ſi talis exe-
cutio nullitatis non eſſet oppoſita.Idem tenuit idem Bar.
in l.is à quo.in princ. ff.vt in poſſe.legat.& in extrauagan.
ad reprimendam, in verbo ſummariȩ.cum quo pertranſ-
eunt Cardinal. & Ioan. de Imol. in capitul. cum in iure
peritus. de offic. deleg.Angel. in l. ille à quo.§. tempeſti-
uum.ff.ad trebel.Butr.in d.capit. veniens. de teſtib. Ale-
xand.& Iaſon in d.§.condemnatum.vbi Alexander dixit,
quòd id quòd dicitur per Innocent. & alios, quod ſit in
arbitrio iudicis, quando probari dicatur incõtinenti:de-
bet intelligi quòd arbitriũ iudicis regulari debeat iuxta
prædictam doctrinam Barto. & ſequacium. Opinionem
tamen Innocent.ſequitur Felin.in d. capit. veniens.el ij.de
teſtib.

Universidad de Deusto Biblioteca

teſtib. in verſicu. Sexta concluſio. Addens quòd Bald. in l. vltim. C. de iudi. per illum text. dicebat quòd offerens ſe probaturum in continenti, probare poterit intra triduũ. Ab iſta opinione Inno. & ſequacium in practica non diſcederem, cum iure cautum nõ reperiatur huiuſmodi iudicis ſeu executoris arbitrium coarctatũ eſſe ad aliquod certum tempus. Vnum tamen nõ omitto, quòd quãdo in continenti aliquid eſſet probandum, non ſunt expectandi teſtes de vltra montes. Ita dixit Inno. in d. c. veniens. arg. tex. in c. literas. in fin. de reſti. ſpolia. His tamen quæ dixi ſuperius circa exceptiones ſupradictas, videtur obſtare id quod dicunt domini Curiales in iſta materia: dicere enim ſolent, vt ſæpe dixi, ſolue & repete. quod eſt contra tex. in l. iij. ff. de compenſa. vbi habetur, quòd melius eſt nõ ſoluere, quam ſolutum repetere. Et ex iſtis ſit finis huius vltimæ quæſtionis, in iſta materia eccleſiaſticæ penſionis: in qua licet quamplures alias quæſtiones collegerim, cum tamen illas propter varias occupationes reuidere & corrigere hucuſque non potuerim, illarum editionem in aliud tempus differendam duxi: eas tamen Deo optimo maximóque fauente, otij opportunitatem nactus, ſi in humanis ero, ad communem ſtudioſorum vtilitatem in medium emittere conabor. Laus Deo omnipotenti.

## EXPLICIT TRACTATVS DE PENſionibus, innumeris quæſtionibus diſtinctus.

*CVm ſæpius in diuerſis quæſtionibus huius noſtri tractatus mentionẽ fecerimus de tranſlatione penſionis, quæ fit de vna perſona ad aliam vigore facultatis à ſede apoſtolica indultæ, ei cui penſio reſeruatur, vt patet in q. lxxiiij. lxxviij. & q. vlt. & penul. ſupra, ac etiã de penſionis extinctione, quæ fit receptis anticipatis penſionibus, de qua diximus ſuprà q. lxxviij. Ideò operæ preciũ eſſe, & quodam modo neceſſarium exiſtimauimus ad commodum eorum qui Romanæ curiæ ſtilum ignorant, qui quidem plurimi ſunt, vt atteſtatur Lapus allegat. ſua I I I. incipiente Lætatus ſum. hic inſerere formam Tranſlationis & Extinctionis penſionis ſecundum ſtilum Curiæ, vt facilius dicta in prædictis quæſtionibus ab his quibus curiæ prædictæ ſtilus innoteſcit, intelligi valeant.*





## FORMA SVPPLICAtionis quæ fit in tranſlatione Penſionis.

BEATISSIME pater, cum deuotus ſanctitatis veſtræ Orator, Ioannes Ceccolinus clericus Piſaurenſis, cui aliàs penſio annua ducatorum viginti auri de camera ſuper fructibus, redditibus & prouentibus parochialis eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Caſtro Galiardo, foro ſempronienſis diœceſis, ſibi quoad viueret, vel procuratori ſuo legitimo annis ſingulis per Franciſcum de Albertinis dictæ parochialis eccleſiæ Rectorem, & ſucceſſores ſuos dictã eccleſiam pro tempore obtinentes in terminis & locis in literis & proceſſibus deſuper confectis expreſſis & contentis, integrè perſoluenda, apoſtolica autoritate reſeruata, conſtituta, & aſſignata extitit: cum poteſtate & facultate penſionem huiuſmodi in quancunque aliam perſonam de qua ſibi videretur, etiam quæcunque & quotcunque eccleſiaſtica beneficia obtinentem & expectantem, abſque alio dicti Franciſci conſenſu, in hoc tunc expreſſe conſentientis, & ſucceſſorum ſuorum transferendi caſſationi & extinctioni penſionis ſeu illius reſeruationi huiuſmodi, ac illius tranſlationi ex certis cauſis ad id animũ ſuum mouentibus conſentire proponat, prout cõſentit de præſenti: ſupplicat humiliter. S. V. deuotus Orat. Antonius Manfredus clericus Piſaurenſis diœceſis, quatenus penſionem ſeu illius reſeruationem prædictas, caſſantes & extinguentes, ac modernum dictæ eccleſiæ Rectorem, & ſucceſſores præfatos ad illius ſolutionem dicto Ioanni de cætero faciendam, amplius non teneri, & ob illius non ſolutionem aliquas cenſuras & pœnas minimè incurrere decernẽtes, ſibique, vt commodius ſuſtentari valeat, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidentes, ac ſpecialem gratiã faciẽtes, ſibi ſimilẽ penſionem annuã viginti ducatorũ auri ſimilium, ſuper dictæ parochialis eccleſiæ fructibus, redditibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



tibus & prouentibus, quorum medietatem ipſa penſio nõ excedit: ſibi quoad vixerit vel procuratori ſuo legitimo per modernum Rectorẽ eccleſiæ predictæ, & ſucceſſores præfatos, annis ſingulis in prioribus ſeu aliis locis & terminis in literis ſtatuendis, ac ſub ſentẽtiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis in talibus apponi ſolitis, integrè per ſoluenda: & aliàs eiſdem modo & forma quibus dicto Ioanni reſeruata erat, reſeruare cõſtituere & aſſignare dignemini de gratia ſpeciali, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis & conſuetis.

ET cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. Et quod obſtan. ora. habeatur pro expreſſis ſeu in totum vel in partem exprimi poſſint, & cum caſſatione, extinctione & decreto prædictis, quoad præſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat: attento quòd literæ ſuper reſeruatione nouæ penſionis expedientur, & cum noua penſione prædicta pro dicto oratore, quæ trãſeat ad ſucceſſores, & aliàs vt ſupra. Et cum acceſſu, ſeu regeſſu ad dictam parochialem eccleſiam ob non ſolutionem penſionis ac decreto irritanti, &c. ac aliàs in omnibus & ſingulis euentibus, prout ipſi Ioanni reſeruata erat, latiſſimè extendẽda: & quod præmiſſorum omnium qualitates, inuocationes, denominationes annexorũ, & fructus augendo vel minuendo, quãtum opus fuerit, regula nõ obſtante. Nec nõ nominum, & cognominum, ac tenori primæ reſeruationis, aliorúmque neceſſariorũ, maior & verior ſpecificatio fieri poſſit. Et ſi ſuper fructibus eiuſdem eccleſiæ, alia vel aliæ penſiones annuæ reſeruatæ ſint, dummodo omnes penſiones huiuſmodi medietatem eorundem fructuum non excedant, exprimi poſſit in literis.

SCiendum eſt etiã, quòd quandoque Papa ei, cui reſeruat annuam penſionem, ſuper fructibus beneficij, dat facultatem illam transferendi in aliam perſonam: quam tranſlationem facere poſſit quilibet loci ordinarius, aut canonicus alicuius metropolitanæ, vel alterius cathedralis eccleſiæ: aut perſona in dignitate eccleſiaſtica cõſtituta, eligendus aut eligenda, per ipſum penſionarium, qui penſionem transferre vult, ſeu per eius procuratorẽ. Verba autem literarum quibus concedi cõſueuit talis facul-





tas, eſſe ſolent talia: Tibíque, vt quicũque loci ordinarius, aut canonicus alicuius metropolitanæ, vel alterius cathedralis eccleſiæ, aut perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta ad id, per te vel procuratorem tuum eligendus aut eligenda, penſionem huiuſmodi in totum vel in partem de expreſſo tuo conſenſu caſſare pœnitus & extinguere, ac etiam aliam illi ſimilem pẽſionem annuam cuicunque alteri clerico, per te ad id nominando, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica obtinenti, & expectãti eidem clerico ſimiliter quoad viueret, vel procuratori ſuo ad id ab eo ſpeciale mandatum habenti, per dictũ A. & ſucceſſores præfatos annis ſingulis in feſto & loco ac ſub ſententia, & pœna ac alias, modo & forma præmiſſis, integre perſoluendam, abſque alio A. & ſucceſſorũ prædictorum præſtando deſuper cõſenſu, reſeruare, conſtituere, & aſſignare liberè, & licitè valeret, de ſpeciali gratia indulſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# FORMA TRANSLATIONIS PENſIONIS, quæ fit per perſonam in eccleſiaſtica dignitate conſtitutam.

PAVLVS dei gratia epiſcopus Teatinus, vigore clauſulæ in infraſcriptis literis apoſtolicis cõtẽtæ, videlicet tibique, vt quicũq; loci ordinarius aut canonicus alicuius metropolitanę vel alterius cathedralis eccleſiæ, aut perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta. Executor ad infraſcripta specialiter electus & aſſumptus, venerabilibus, & circuſpectis viris bonæ memoriæ Marci ſanctæ Mariæ, in via lata diaconi Cardinalis de corneliis nuncupati in canonicatus, & præbendę eccleſiæ Taruiſinæ, ac parochiali eccleſię ſancti Ioan. Baptiſtæ Taruiſinæ diœceſis ſucceſſoribus, canonicatum, & præbendam ac parochialem eccleſiam prædictos pro tempore quomodolibet obtinentibus. Necnon illi, vel illis, ad quem, vel quos infraſcriptum tangit negotium ſeu tãgere poterit quomodolibet in futurum quibuſcunque nominibus cenſeatur: aut quacunque præfulgeat dignitate Sal. in domino, & noſtris huiuſmodi: Imò verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Literas ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini domini noſtri Clementis diuina prouidentia Papæ ſeptimi, eius vera bulla plumbea cum filis ſericeis rubri, croceique colorum, more Romanæ Curiæ impenden. bullatas: ſanas ſiquidem, & integras non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, vt in eis prima facie apparebat, nobis pro parte venerabilis viri Aſcanij Rufini clerici Romani, principalis in infraſcriptis literis apoſtolicis nominati corã notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, nos cum ea qua decuit reuerẽtia noueritis recepiſſe, huiuſmodi ſub tenore. Clemẽs epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio Aſcanio Rufino clerico Romano. &c. Hic inſeritur totus tenor literarũ Apoſtolicarũ reſeruationis

penſionis



penſionis: poſt quarũ quidẽ literarum Apoſtolicarum præſentationẽ, & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas: fuimus per præfatum dominum Aſcanium Rufinum canonicum Baſilicæ principis apoſtolorum de vrbe, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus penſionem annuam quadraginta ducatorum auri de camera, vt in præinſertis literis Apoſtolicis cõtinetur ſibi reſeruatam, caſſare, & extinguere, illáque caſſa, & extincta, venerabili viro domino Mario Rufino clerico Romano dicti domini Aſcanij fratri licet abſenti, ſimilem annuam penſionem reſeruare, conſtituere, & aſſignare, ac ad ominum aliorum in eiſdem literis contentorum executionem, procedere dignaremur, iuxta earũdem literarum Apoſtolicarum vim, formam & tenorem. Nos igitur Paulus Epiſcopus, & executor præfatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam volentéſque cõmiſſionem huiuſmodi nobis factam ad effectum debitum deducere ac reuerenter exequi, vt tenemur: idcirco autoritate Apoſtolica, & qua fungimur in hac parte, penſionem annuam quadraginta ducatorum auri de camera. Videlicet viginti ſuper canonicatus, & præbendæ eccleſiæ Taruiſinæ, quos poſſidet dominus Alexander Thealdinus, & reliquorum viginti ducatorum huiuſmodi, ſuper parochialis eccleſiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Taruiſinæ diœceſis: de quibus in præinſertis literis Apoſtolicis fit mentio & quã dominus Franciſcus Ramberti, clericus Venetiarum obtinet, fructibus, redditibus, & prouentibus eidem domino Aſcanio, vt in præinſertis literis Apoſtolicis continetur, reſeruatam, conſtitutam, & aſignatam, & per bonæ memoriæ Marcum Cardinalem de corneliis, & ſucceſſores ſuos, canonicatum, & præbend. ac parochialem eccleſiam pro tempore obtinentes, annis ſingulis in terminis & loco, ac ſub ſententiis cenſuris, & pœnis in præinſertis literis Apoſtolicis contentis, & expreſſis: præfato domino Aſcanio ſeu eius legitimo procuratori integrè perſoluẽdam reſeruationem, cõſtitutionem, & aſſignationem huiuſmodi de expreſſo ipſius Domini Aſcanij conſenſu ibidem præſentis, & cõſentientis, caſſauimus, aboleuimus, & extinximus: caſſamus, abolemus, & extinguimus: per præſentes, præfatóſque dominos, Franciſcum, & Alexandrum,

Universidad de Deusto Biblioteca

ac ſucceſſores ſuos ad illius ſolutionem , dicto dominõ
Aſcanio vlterius faciendam non teneri , neque propterea
cenſuras, & pœnas prædictas quouiſmodo in currere , ea-
dem autoritate decernimus & declaramus: & nihilominus
eandem vel ſimilem annuam penſionem, præfato domino
Mario principali, quoad vixerit exigenda , percipienda,
& leuanda de ſimili ipſius domini. Aſcanij conſenſu per
eoſdem dominos Alexandrum , & Franciſcum ac ſucceſ-
ſores præfatos in terminis, & loco, & ſub ſimlibus ſenten-
tiis, cenſuris , & pœnis, eidem domino Mario principa-
li vel procuratori ſuo legitimo , integrè perſoluendam,
eadem autoritate reſeruamus , conſtituimus , & aſſigna-
mus præſentium tenore INHIBENTES dominis
Alexandro , & Franciſco dictæ bonæ memoriæ Mar-
ci Cardinalis ſucceſſoribus , & veſtris ſucceſſoribus præ-
fatis, quibus præſens noſter proceſſus dirigitur , ſupradi-
ctam commiſſionem ac literas Apoſtolicas huiuſmo-
di , noſtrum proceſſum , ac omnia , & ſingula in eis con-
tenta communiter vel diuiſim intimamus , inſinuamus,
& notificamus: ac ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum noti-
tiam deducimus , & deduci volumus per præſentes. &
nihilominus vos alexandrum , & Franciſcum , & ſucceſ-
ſores prædictos , & veſtrum quemlibet in ſolidum in vir-
tute ſanctæ obedientiæ , & ſub pœnis, ſententiis , & cen-
ſuris , in præinſertis literis contentis , quas & earum
quamlibet, vos, & veſtrum quemlibet, niſi feceritis quę vo-
bis in hac parte præcipimus , incurrere volumus ipſo fa-
cto, prout dictus Clemẽs incurrere voluit. Diſtrictè perci-
piendo mãdamus quatenus annis ſingulis in loco & termi
nis præinſertis , præfato domino Mario vel procuratori
prædicto ad hoc ſufficiens mandatũ habẽti, pro eo penſio
nem annuam prædictã iuxta reſeruationis, cõſtitutionis, &
aſſignationis prædictarum vim, formã, & tenorem ſine diffi
cultate & cõtradictione quibuſlibet , efficaciter perſolua-
tis, & veſtrũ quilibet perſoluat , aut vos cũ dicto domino
Mario principali vel eius procuratore prædicto ſuper
hoc amicabiliter cõcordetis, & veſtrũ quilibet concordet
MONEMVS inſuper, modo & forma premiſſis vos o-
mnes, & ſingulos ſupra dictos, & alios quoſcũque, tam ec-
cleſiaſticos quàm ſeculares cuiuſcũque dignitatis , ſtatus,
gradus



gradus ordinis vel cõditionis exiſtant, aut eorum quemli-
bet, vobis, & cuiiibet , veſtrum diſtrictius inhibentes , ne
præfato domino Mario principali , vel eius procuratori
prædicto , quominus de dicta annua penſione integrè ſa-
tisfactum fuerit, impedimentum aliquod præſtetis, ſeu præ
ſtare, aut ipſum impediendum, detis, ſeu dent, auxiliũ con-
ſilium vel fauorem publicè vel occultè, directè vel indire-
ctè, quouis quæſito colore, ſed in omnibus , & per omnia
huiuſmodi mandatis Apoſtolicis , atque noſtris pareatis,
ſeu pareant realiter & cum effectu. QVOD SI FORTE
&c. CAETERVM cum ad executionem præmiſſorũ. &c.

## FORMA SVPPLICA- tionis pro extinctione penſionis.

BEATISSIME pater, cum deuotus
S. V. Orator Hieronymus de Angelis
clericus Piſaurenſis , cui aliàs penſio
annua xx. ducatorum auri de camera,
ſuper canonicatus, & præbendæ eccle-
ſiæ Foroſemproníenſis quos deuotus
ſanctitatis. V Antonius de Gigantibus,
clericus dictæ Foroſemproníenſis diœceſis obtinet fructi-
bus, redditibus, & prouentibus , & per eundem Antoniũ
& ſucceſſores ſuos canonicatũ, & prębẽdã prædictos pro
tẽpore obtinẽtes, eidẽ Hieronimo quo ad viueret vel pro
curatori ſuo legitimo annis ſingulis, & aliàs prout in ſup-
plicatione de ſuper expedita plenius continetur ſoluenda
autoritate Apoſtolica reſeruata , conſtituta , & aſſignata
extitit certis ſibi de ſuper anticipatis ſolutionibus, ſeu aliis
de cauſis ad hoc animum ſuum iuſtè mouentibus, quòd hu
iuſmodi penſio quo ad omnes eius partes caſſetur , & ex-
tinguatur, conſentire paratus exiſtat , prout conſentit de
præſenti. Supplicat igitur humiliter S. V. Ora. præfatus,
quatenus conſenſum huiuſmodi admittentes, ſeu admitti
mandantes, ſibique ſpecialem gratiam facientes, penſionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



huiuſmodi caſſare,& extinguere ac annullare : & Antonium & ſucceſſores præfatos in dictis canonicatu & præbenda,ad illius ſolutionem de cætero eidem Hieronymo vel procuratori ſuo faciendam,deinceps non aſtrictos nec obligatos fore , & propter illius non ſolutionem aliquas pœnas,nec cenſuras eccleſiaſticis incurrere non poſſe:decernere & declarare dignemini,de gratia ſpeciali:nõ obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis , cæteriſque contrariis quibuſcunque cũ clauſulis conſuetis & opportunis.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c. etiam in caſibus regulæ & c. Et de admiſſione conſenſus,caſſatione, extinctione,& annullatione dictæ penſionis de cetero,& declaratione præmiſſis quæ pro ſigillatim repetitis ad partes habeantur:& quòd præſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat,& vbique fidem faciat & de conſenſu dicti Hieronimi.

*.*

F I N I S.

# TABVLA QVÆSTIONVM POSITARVM IN ISTO

## Tractatu, in qua quidem omnes quæſtiones , ſunt ſuo ordine digeſtæ.


j QVid ſit Penſio , & vnde dicatur.pag. 1
ij Penſio quo iure fuerit introducta. 5
iij Quot ſint ſpecies penſionum. 5 & 6
iiij Quæ ſint penſiones licitæ. 7
v Penſiones illicitæ quæ ſint. 9
vj Quis poſſit penſionem imponere. 12
vij Super quibus bonis reſeruetur annua penſio. 23
viij An penſio conſtitui poſſit in quota fructuum vel in quãtitate. 24
ix Penſio in quanta quantitate conſtitui poſſit & debeat. 26
x Conſenſus rectoris beneficij , an requiratur cũ aſſignatur penſio. 30
xj Præſens in curia,an per procuratorem conſentire poſſit reſeruationi penſionis. 35
xij Penſio vtrum ſit perpetua,vel temporalis. 37
xiij Qua ætate quis ſit capax penſionis. 38
xiiij Penſio an reſeruari poſſit excommunicato. 40
xv Penſio an religioſo aſſignari poſſit. 42
xvj Illegitimè natus an ſit capax penſionis. 44
xvij Illegitimus an poſſit per epiſcopum diſpenſari ad penſionem. 49
xviij Diſpẽſatus ad beneficia ſimplicia & curata an penſionẽ habere poſſit. 50
xix Illegitimus diſpẽſatus ad beneficia cũ cura & ſine cura & ad alia quæcũque beneficia,an penſionẽ cõſequi poterit vigore talis diſpenſationis. 53
xx Si fiat reſeruatio penſionis illegitimo non facta mentione quòd ſuper eo ſit diſpẽſatus,an valeat reſeruatio talis. 57
xxj Laicus an ſit penſionis capax. 57
xxij Reſeruatio penſionis facta alicui tãquàm clerico qui ta

Universidad de Deusto
Biblioteca



men erat laicus an valeat. 60.& 61
xxiij. Pēſio an imponi poſſit ſuper fructibus beneficij quod eſt de iure patrona.ſine conſenſu patroni. 66.& 67
xxiiij In reſeruatiōe penſiōis ſup fructibus beneficij qđ eſt de iure patro.an fieri debeat mētio iure patro. 70.& 71
xxv Pēſio an poſſit alicui ſub ea cōditiōe aſſignari,vt illā dimittere teneatur cū adeptus fuerit cōpetēs beneficiū 71
xxvj An & quando annata ſolui debeat de penſione. 74
xxvij Conceſſio annuę penſionis motu proprio facta,cuius pars ſolui debet intra terminum intra quem eſt impoſſibile quòd ſoluatur,an pro parte ſit nulla. 76
xxviij Penſio an veniat appellatione beneficij. 79 & 80
xxix Penſionis reſeruatio an valeat non facta mentione quòd idem beneficium ſit grauatum alia penſione. 87
xxx Penſionarius an teneatur dicere officium. 91
xxxj Penſionarius an teneatur ad reſidentiam. 93
xxxij Penſio an faciat incōpatibile ſub eodem tecto. 94
xxxiij Penſio an poſſit permutari cum beneficio eccleſiaſtico. 95
xxxiiij Penſio an ſalua conſcientia peti & ſolui poſſit literis non expeditis. 96.& 97
xxxv Penſio impoſita ſuper fructibus beneficij ſi ſit exceſſiua peti poteſt reformari,& reduci ad conuenientem quātitatem. 102.&103
